Universidad de Deusto
Biblioteca

APOPHTHEGMATVM
EX. OPTIMIS
VTRIVSQVE. LINGVAE
SCRIPTORIBVS
LIBRI. IIX

PAVLLI. MANVTII
studio, atque industria,

ctissimorum Theologorum consilio, atque ope, ab omnibus mendis vindicati, quae pium, & veritatis Catholicae studiosum lectorem poterant offendere.



CEDIT INVIDIA.

uetiis, Ex Officina Damiani Zenari. 1583

Universidad de Deusto
Biblioteca

CLARISS. VIRO

MATTHAEO SENAREGAE

ALDVS. MANVTIVS PAVLLI. F. ALDI. N.

HOminem homini praestare,&, vt quisque educatus est, ita maximos, minimosue educationis fructus inde emanare, nemo non videt. inde fit, vt summam nos vel ex librorũ lectione, vel ex amplissimorum virorũ consuetudine vtilitatem capere sentiamus. Quae duae res cũ eiusmodi sint, vt earũ altera omnibus pateat, altera non item; praeclare fecerunt, qui suam operã in id praecipue contulere, vt, hominum vsui cõsulentes, de omnibus benemerẽdi exẽplum posteris traderent, immortalitatiq. laudum suarum prospicerẽt. Hoc

ſtudiũ cũ in multiplici lectione conſiſtat, nec tam variae librorũ ſupellectili poſſint homines totos dies tradere, qui libri multa in pauca contrahant, breuitateq. ſtudioſorũ animos explicatiores reddant, nae illos prae cereris multis modis laudandos iudico. Huiuſmodi ſunt Apophthegmata, quae nũc, expurgata, deletis, Pont. Max. approbãte, quae piorum mentes aliquo modo offendere poterãt, edimus. Praeſcriptũ illis ſit in fronte nomẽ tuũ perpetuũ obſeruãtiae meae teſtimoniũ, nec vulgariũ meritorũ. Interim maiora adornent, ex eo forſan genere, quo tu in primis delectaris, eoq. gratus tuis ciuibus, gratus toti Reip. fuiſti. Ego quidẽ, qui te de facie olim puer noui, ita nũc abſentẽ iure colo, quaſi maximũ mihi ornamentũ, pſidiumq. in te ſit cõſtitutũ: hancq. meã volũtatẽ tibi vt aliquo modo notã faciã, operam dabo; poſteris certe, ſi quid erunt mea ſcripta, quae hoc ſaltẽ nomine aliquid eſſe cupio, vt teſtatum ſit, quantũ tibi debeã, nõ enitar tantũ, ſed, vt ſpero, conſequar. Vale.
Venetijs, Idib. Nou. ∞ D LXXVI.

APOPHTHEGMATA, AC LEPIDE DICTA,

Principum, Philoſophorum,

Ac diuerſi generis hominum, ex Græcis, pariter ac Latinis ſcriptoribus ſelecta, cum interpretatione commoda, dicti argutiam aperiente.

APOPHTHEGMATA LACONICA ſecundum ordinem literarum Græcarũ.

LIBER PRIMVS.

AGASICLES.

LACEDEMONII quoniam ſeueriores erant, ac moribus incorruptioribus, belliq́ue gloriam potiſſimum ſpectabant, contemnebant omneis artes, quae ciuium animos videbantur, amaſculare, & à vera virtute ad otioſam oſtentationem traducere. Nam & Roma quum adhuc ſpiraret germanam illam auſteritatem, Græculos profeſſores vrbe exegit. Hoc genus ſtudiis nulla Græciae pars corruptior erat quàm Attica, ubi Gorgias, Lyſias, Iſocrates, Prodicus, aliiq́ue in numeri ſophiſtae, magno cum applauſu populi, nec mediocri mercede gaeriebant.

Cum igitur Agaſicli Lacedæmoniorum regi diceret quidam, admirari ſeſe, quòd quum eſſet auidus diſcendi, non adiungeret ſibi Philophanem ſophiſtam: regali prorſus in dole reſpondit: Eorum, inquiens, volo eſſe diſcipulus, quorum ſum & filius: ſignificans non minus intereſſe quos nactus ſis parentes quàm quos aſciſcas præceptores. Etenim vt liberi ferme referunt maiorum, vnde prognati ſunt, ingenium, ita præceptorum vitia demigrant in eos. qui inſtituunt. Et honeſtæ vitæ inſtitutio potiſſimum ab illis petenda eſt, qui virtutem ipſis factis præſtiterunt, non ab iis qui compoſitis arte verbis de virtute nugantur. At nunc ſummi orbis monarchæ futuri, deum immortalem, quibus interdum viris à teneris annis formandi inſtituendique creduntur? quum principi non minus tum pernicioſum ſit, tum indecorum, ab inhoneſtis inſtitui, quàm naſci.

Generosè.

Rurſus quum alius quiſpiam ab eo ſciſcitaretur quo pacto poſſet aliquis tutò imperare, nullo ſtipatus ſatellitio, reſpondit: Si ſic imperet ſuis, quemadmodom pater imperat liberis. Nemo plura dixit vnquam maiore compendio. Domini tantum timentur à ſeruis, quo mali metu coerceantur, quos non corrigit pudor. Pater quoniam liberis conſulit potius quàm ſibi, diligitur ab illis, ſic vt autoritatem comitetur reuerentia. Aduerſus hoc adeò non eſt opus ſatellitio, vt non aliud ſit ſatellitium fidelius illorum ſtipatus. Quòd ſi rex beneuolentia ac benefactis adiungeret ſibi ciuium animos, non eſſet opus barbarico conductitioque ſatellitio, ſed nullos haberet corporis ſui cuſtodes tutiores, quàm ciues, erga quos patris gereret affectum. Porrò quibus placent

Graviter ta modera cè.

placet hoc dictũ, Oderint dũ metuant, nullos magis habent ſuſpectos, quàm quibus oportebat maximè cõfidere: ac multos metuat oportet, quem metuunt multi.

AGESILAVS

Ageſilaus ille magnus Lacedæmoniorum rex, quum in compotatione quadam ſortibus ex more ductis factus eſſet princeps conuiuii: huius autem partes erant præſcribere, quantum quiſque biberet: rogatus à pincerna, quã tum cuique vini deberet apponeret: Si multũ, inquit, vini paratum eſt, dato cuique quãtum poſcit: Sin parum, cunctis ex æquo diuidito. Hac dexteritate mire proſpexit, ne vel parata vini copia deeſſet, quibus placeret largior potatio, vel ad bibendum cogerentur, quibus placeret ſobrietas. Rurſus in malignione vini copia, per æqualitatem excluſit occaſionem murmuris. Etenim quum ſingularis æqua vini portio diſtribueretur, nihil deerat his, qui bibebant moderatius; & qui largius fuerant bibituri, quum haberẽt, quod naturæ ſatis eſſet, queri nõ poterant, ſi deerat libidini, eò quòd nemo omnium plus aut minus haberet cæteris. Itaque æquis animis ſe illi quoque ad moderationem componebant, quibus alioqui placebat luxus. Porrò Lacedæmonii præter cæteros Græcos victus frugalitatem probabant.

Solerter.

Quum vero narraretur apud eum, maleficum quempiam ac ſceleroſum hominem conſtanter pertuliſſe tormenta: Vt inſigniter, inquit, miſer eſt homo, qui tolerantiam ac patientiam in res flagitioſas ac turpes collocet. Apud Lacedæmonios admirabilis erat malorum tolerantia, quæ ſi ſuſcipiatur ob res honeſtas, magnam promeretur laudem; ſin ob turpes, non ſolùm non meretur fortitudinis

Graviter.

laudem, qui tolerat, sed hoc miserior est ac vir peior, quò constantius se gesserit. πονηρος. n. Græcè, & malum sonat, & translato tono, laboriosum siue calamitosum. Dolebat egregio duci, tantum animi robur ac naturæ vim in re turpi consumptam, quam si attulisset ad res honestas, magno vsui poterat esse reipublicæ.

Salsè. 5 Alio quodam laudante rhetorem hoc nomine, quòd mirificè res exiguas verbis amplificaret: Ego, inquit, ne sutorem quidem arbitrer bonum, qui paruo pedi magnos inducat calceos. Veritas in dicendo maximè probanda est, & is optimè dicit, cuius oratio congruit rebus, ex quibus petenda est orationis qualitas potius, quàm ex artificio.

Iustè et vrbaniter. 6 Quum quidam vrgeret illum improbe postulando, dixissetque, ei promisisti, atque idem crebrò repeteret quasi iam fas non esset, negare quod petebatur: Recte sanè, inquit, si quidé iustum est, quod petis promisi; sin minus, dixi, non promisi. Hoc dicto elusit flagitatoris improbitatem. Ille verò quum nondum faceret flagitandi finem, sed subiiceret, Atqui decet reges præstare, quicquid vel capite annuetint: Nihilo magis, inquit, quàm eos qui reges adeunt, decet ea petere, loquique, quæ iusta sunt, spectantes simul & opportunitatem, & quid regibus conueniat, decorumque sit. Sùt qui principes velut ex insidiis adoriuntur, & à bene potis aut alioqui aliud agentibus, vt non vacet, quale sit, quod petitur, considerare, postulant quod iniquum est. His merito negatur, quod promissum est, & repulsi immerito requirunt fidem à promissore, qui sui officii non meminerunt in postulando.

Quoties audiebat aliquos ab aliis laudari, aut

aut vituperari, existimabat non minus esse discendos eorum mores, qui loquebantur, quá eorum de quibus loquebantur. Sensit vir prudentissimus, qui auide obtrectant alienæ laudi, magis prodere morbum suum, quàm detegere mores alienos: & qui ob res parum honestas laudant quempiam, aut ob laudabiles vituperant, indicare stultitiam suam, peruertsumque iudicium. *Prudèter.*

Quum adhuc puer esset, & ageretur ludus 8
solennis, quo pueritiá tum exercebatur, atque is, qui negotio præfectus erat, statuisset illum in loco parum honorifico, paruit quidem, tametsi iam rex designatus, ac dixit: Bene sanè habet: ostendam enim, non locum viris, sed viros loco conciliare dignitatem. Nimirum vox ea declarat in puero, miram animi celsitudinem, cum pari moderatione coniunctam. Nec alii magis sunt administrando regno idonei. Simile quiddam tribuunt Aristippo. *Magnáimiter.*

Quum medicus quispiam illi præscriberet 9
curationem nimis exactam, minimeque simplicem, qualis esse solet apud Lacedæmonios: Per Geminos, inquit, sumam, quæ præscribis, si mihi prorsus est in fatis, vt non viuam, etiá si non omnia sumpsero. Significabat eiusmodi curationes citius acceleraturas mortem, q̃ depulsuras morbum. Nec tam operosa pharmaca sumenda, nisi q̃ destinauit mori. Oĩbus rebus ei gẽti placuit frugalitas ac simplicitas. *Argutè.*

Quum astantem aræ Palladis, cui apud Spar 10
tanos ab æreo delubro χαλκιοικῷ cognomen est, vt bouem immolaret, momordisset pedicu lus, non auersus est, sed arreptum palam omnibus occidit, Per deos inquiens, equidem insidiatorem lubens vel in ipsa ara: videlicet declarauit animũ nec inepto pudori, nec supiti- *Simplicíter.*

tioni

tioni obnoxium: tectéque significauit, insidias molientibus nullam aram aut asylum oportere tutum esse.

11 Quum puer quidam eo vidente murem caprum è cauo protraheret, musque conuersus momordisset tenentis manum, atque effugisset, Agesilaus indicauit his, qui aderant, dixitque: Postea quàm minimum animalculũ sic vlciscitur eos, à quibus lædit, qd viros oportet facere cogitate. Ita dux fortissimus vndecunque captata occasione animum addere studebat suis, vt audientiores fierent aduersus hostem. Sed idem exemplum magis eò valet, ne quis quamlibet potens iniuria prouocet infirmiorem. Fit enim sæpenumero, vt, qui, sicut ait Flaccus, fragili quærit illidere dentẽ, infringat solido.

12 Quum in animo haberet mouere bellum aduersus regem Persarum, quò Græcos Asiam incolentes libertati restitueret, consuluit oraculum Iouis Dodonæi. Nam ea gens ex oraculis deorum pleraque gerebat. Is quum iussisset, vt pro suo arbitratu bellum institueret, Agesilaus Dei responsum renunciauit Ephonis. Hi erant quinque iudices, quorum autoritati reges quoque parere cogebantur. Illi verò suaserunt, vt adiret & Delphicum oraculum iisdẽ de rebus scisciturus. Eò profectus hoc pacto proposuit consultationem: Apollo nunRelegiosè. idem tibi videtur, quod patri? Quum Apollo comprobasset Iouis oraculum, ita demum delectus imperator, bellum apparat, vnico facto non vnã rem nos docens: Primùm moderatio nẽ animi, qquũ rex esset, nõ grauatus sit Ephoris obtemperare rem superuacaneam imperãtibus. Deinde declarauit, q̃ non temere sit bellum capessendum. Illis non sat erat Iouis oraculum,

culum, quum hodie principes frequenter incõsultis vel potius inuitis proceribus ac ciuitatibus ad arma prosiliant. Postremò demonstrauit quã religiosam haberet de diis opinionẽ, qui si inter se dissentiant, non sint dii, obiter notans Homeri fabulas, q̃ fingit deorũ ac dearũ atrocia dissidia, & qd in principibus ac magistratibus turpe sit, ascribi suis numinibus.

Tissaphernes Persarum dux cum Agesilao 13
fœdus, non ex animo, sed metu percussĕrat, hac lege, vt Græcas ciuitates sineret liberè suis que viuere legibus: mox ingentibus copiis à rege suo accersitis bellum illi denunciauit ni Asia decederet. Hoc fœdus violatum libẽter arripuit Agesilaus, legatis hilari vultu ridẽs, se magnam habere gram' Tissapherni, q̃ per iurio suo & deos & homines sibi infensos redidisset, aduersæ verò parti propitios. Recte sensit absque prouidentia Dei nihil geri in rebs mortalium, magisque fidendum diuino fauori, quàm humanis consiliis aut viribus. Cæterum exercitum mouit velut in Cariam impressionem facturus. Quò quum Tissaphernes ignarus doli, cogeret militem, Agesilaus repentè copias mouit in Phrygiam, vbi quum multas cepisset vrbes, magnamque pecuniarum vim abstulisset, dixit amicis; Fœdera quidem violare præter causam impium est, cæterum hostibus imponere, non modò iustum est, ac laude dignum verum etiam & iucundum & lucrosum. Vir bellandi auidus, tamen ab iniusto bello abhorrebat, nec eius suscipiendi ansam dare voluit, datam feliciter arripuit, nec turpe putauit dolis in illum vti, qui violato fœdere periurio fefellisset & deos & homines. Iustè.

Idem quum parum esset instructus eq̃tatu, 14
Ephe-

Ephesim sese recepit: ibi opulentis denuntiauit, vt quisquis pro se virum & equum præberet, à militia esset immunis. Hac arte factum est, vt pro ignauis ac timidis diuitibus breui colligeret & æquos & viros strenuos ac bello idoneos. Qua quidem in re dicebat se se Agamemnonis exemplum retulisse, qui is accepta equa generosa, virum diuitem, sed ignauum militia liberasset. Locus autem est apud Homerum Iliados ψ.

Vallide.

Τὴν Ἀγαμέμνονι δῶκε Ασχεπιάδης Ἐχέπολος.
Δῶρ' ἵνα μὲ οἱ ἐπιεθ' ὑπὸ ἴλιον ἠνεμόεσσαν
Αλλ' αὐτὸς πέρι πολὺ μετέπρεπε μήστωρ ἀγυιεύς ἔδωκε
Ζεὺς ἄφενος, ναίων δ' ὃ γ' ἐν εὐρυχόρῳ Σικυῶνι. De equa loquitur.

Quam dederat Anchisiades Echepolus Atrida
Dono, ne huic comes iret ad alta mœnia Troia,
Sed remanere domi, ac sese oblectare liceret.
Nam viro opes pater altitonans donarat opimas,
Incoluit verò prædiuitem agrum Sicyonem.

Hæ sunt artes excellenti principe dignæ, quibus efficitur, vt quod ad reipub. dignitatem incolumitatemue necessarium est, non per violentiam inuidiosam extorqueat, sed ea dexteritate impetret, vt nec tenues grauet, & à ditioribus etiam gratiam ineat.

Cæterum quum edixisset, vt captiui nudi venderentur, Laphyropolæ, quorū munus erat res prædatitias diuendere, quod erant iussi, faciebant: ac vestium quidem qm̃ iuxta barbaricum morem erant splendidæ, multiq; pretii, complures extiterunt emptores. Cæterum ipsa corpora candida, prorsusque tenera ac delicata, nec quicquam virile præseferentia, quippe in vmbra, otio, ac voluptatibus educata,

educata, adeò nemo concupiuit emere, vt deriderent etiam hoc mercium genus velut inutilium, nec vllius omnino pretii: id animaduertens Agesilaus, qui auctioni præsidebat, & hunc casum forsit ad animandos ad fortitudinem milites: Hæc inquit, sunt, pro quibus pugnatis, ornamenta captiuorum ostendens: hi, quibus cum pugnatis, nuda captiuorum corpora demonstrans. Duplici nimirum argumẽto addidit suis animos, amplissima spe præmiorum, & hostium imbellium extremo contemptu. *Solertem.*

Idem quum in Lydia Tissaphernem vertisset in fugam, ac quam plurimis interemptis iam in agros regios fecisset incursionem, rex Persarum per legatos, quorum præcipuus Titraustes ingentem pecuniarum vim vltro ad illum misit, petens, vt à bello desisteret: Agesilaus spreta pecunia respondit, pacis quidem tẽpore, reipub. vigere autoritatem, vt ius habeat decernendi, quod ad tuendam ciuitatis tranquillitatem censuerit conducere: belli verò tẽpore non item. Sibi verò iucundius esse, si militares suos ditet, quàm si ditescat ipse: præterea se pulcherrimum ducere, si Græci non munera caperent ab hostibus, sed armis pararent spolia. Vox excellentis animi, qui nõ aliud virtutis præmium ambiret quàm gloriam, nec pacem hosti venderet, fraudato milite. *Animosè. Liberaliter.*

Quum Megabates Spitridatis filius eximia forma adolescens, Agesilaum adisset aliquando salutandi gratia, ac iuxta Persarum morẽ osculum offerret quod ab eo videretur admodũ amari, Agesilaus auertit vultum refugiens osculum. Cæterũ quum erubuisset ille, ratus se contemptui fuisse, ac deinceps salutaret eum eminus: rex pœnitens vitati osculi, finxit se mirari

mirari quid accidisset Megabatæ, q̃ ipsum nõ saluaret oculo: familiares responderunt, ipse fuisti in causa ò rex, qui veniẽtẽ nõ exceperis, sed formosi basium exhorrueris. Alioqui nũquoque persuaderi poterit, vt tibi veniat ad oculum, tantum ne rursus refugias. Hic posteaquam Agesilaus aliquãdiu tacitus suo cũ animo cogitasset: Non est inquit, opus, vt illi reditum persuadeatis. nã ego mihi sic videor affectus, vt malim huiusmodi rebus superiori esse, quàm aduersariorum vrbem fortibus viris instructissimam per vim capere. Præstãtius, n. duco, vt quis sibi ipsi seruet suam libertatẽ, quàm vt aliis libertatem adimat. O virum gerendo in alios imperio idoneum, qui suis cupiditatibus imperare posset. Quis non miretur tam philosophicum in homine militari iudicium? Intellexit neminem esse liberũ, qui seruiret cupiditatibus. Intellexit nullum esse imperium speciosius, quàm si quis animo suo posset imperare, Hoc exemplum temperantiæ multo pulchrius videbitur reputanti, q̃ Græcorum leges formosorum adolescentiũ amorẽ concedant, citra turpitudinem tamen aut vim. Quanquam hoc apophthegma Plutarchus in vitis paulò secus refert: Ego, inquit, denuo malim illã de oculo pugnare, pugnãquàm oĩa quæ viderim mihi fieri aurea. Quo vir ille sensit amoris flammam acrioreni, hoc pulchrius ducebat, non obsequi animo.

Continenter.

Cum cæteris in rebus esset rigidior & exacte iusti legumque tenax, tamen in amicorum negotiis existimabat inhumanitatis ac sæuitiæ prætextum esse, nimium aduersus illos esse instum. Huius rei testis est epistola quidam perbreuis, quæ fertur ad Hidrieum Carẽ scripta, qua cuidam amico veniã deprecat, in hu-

modum. Nicias si nihil peccat, dimitte hominem: si peccat, mihi dimitte, sed oino dimitte. Innocentem punire scelus est, culpam interdum condonare in gratiam honesti deprecatoris, humanitas est. Quum enim iustitiam semper oporteat esse elementia temperatam, quoties nacta est grauem interpellatorem, & minus habet inuidiæ, & plus impetrat gratiæ. In plerisque igitur amicorum negotiis ad eũ modum se gerebat Agesilaus. Interdum tamẽ magis sequebatur Reipub. vtilitatem per occasionem oblatã, quàm indulgebat amicitiæ. *Humaniter.*

Quodam ergo die quũ castra tumultuosius essent mouenda adolescentem, cuius amore tenebatur, relinquebat ægrotum: quumque is & blandis precibus & lacrymis illum remorari conaretur, versus ad eum, quàm difficile est, inquit, simul & misereri & sapere: malens sequi qđ id temporis expediebat, quàm quod dictabat ĩ amicum effectus. His animi dotibus cæteris præcellebat Agesilaus. *Continenter & sapienter.*

Cæterum quod ad corporis curam attinebat nulla in re melius habebat, quam hi quibuscum viuebat, à saturitate quidem & crapula in totum abstinens. Somno verò sic vtebatur, non vt ille dominaretur, sed vt seruiret negotiis. Aduersus æstum autem & frigus sic erat instructus, vt quator anni temporibus vni eis tantum vestibus vteretur. Cæterum quum in tentoriis inter milites ageret velut, vnus qui libet è numero, nihilo melioré culcitram habebat quàm cæteri: illud assiduè habens in ore, principis esse, non mollicie deliciis ue, sed temperantia ac fortitudine priuatis hominibus anteceliere. *Temperate.*

Scisciante quodam quid Spartæ fructus attulissent Lycurgi leges, voluptatum, inquit cõ,

Moderatè. temptum': videlicet iudicans, non alia magis ex re nasci reipub. corruptelam, quam ex deliciis.

22 Alii cuidam qui se dicebat admirari, quòd *Sapienter.* Agesilaus cum cæteris Lacædemoniis tam frugali cibo vestituque uteretur: Atqui, inquit, ô hospes, pro hac frugalitate optimam messem metimus, libertatem: sapienter admonens nullam esse voluptatem viris ingenuis libertate suauiorem, nec ibi diu libertatem esse posse, vbi regnat luxus.

23 Rursus quum alius quidam eum admoneret, vt aliquid de vitæ rigore remitteret, cãm addens, quòd quæ est vitæ volubilitas, euenire posset, vt tempus ipsum exigeret aliã viuendi *Continenter, & constanter.* rationem: At ego, inquit, me consuefacio, vt quæcunque inciderit fortunæ mutatio, ne quæram ipse mutationem. Mira animi continentia, qui nec in austeriore vita delicias requireret, nec inter delicias agens ab illis corrumpi posset.

24 Quin ne senex quidem factus quidpiam de victus vitæque ratione & corporis exercitiis remisit. Itaque cunctanti cur per aerem hiemem solo pallio tectus obambularet absque *Grauiter.* tunica homo tam prouectæ ætatis: Vt, inquit iuuenes hanc vitæ rationem imitentur, quum exemplum habeant & extremæ senectutis hominem, & principem: sapienter admonens senibus ita viuendum esse, vt adolescentibus exhibeant recte viuendi formam: & vulgus nihil imitari libentius, quàm quod à viris principibus conspexerint factitari.

25 Thasiorum gens vt copia rerum abundabat, præcipue vini præstantia nobilis, ita deliciis erat addictior. per horum agros cũ exercitu proficiscenti Agesilao, Thasii honori gratia

gratia miserunt farinas, anseres, bellaria, liba ex melle condita, & item omnis generis alia maximi pretij tum esculenta, tum poculenta: *Frugaliter* at ille præter farinas nihil accepit, reliqua domum referri iussit ab ijs, qui attulerant, tanquam sibi suisque prorsus inutilia. Cæterùm quum illi precibus & obtestationibus vrgerent omnino, vt acciperet xenia, iussit ea inter helotes distribui: id erat apud Lacedæmonios mancipiorum genus. Eius facti causam scisciantibus respondit, non decere qui virtutis ac fortitudinis studio tenerentur, id genus delicias cupediasque recipere: propterea quòd istiusmodi res, quibus inescarentur ingenio seruili nati, oporteret à liberis procul abesse: grauiter taxans Thasiorum mores, qui dum voluptatibus seruirent, nec ingenuos se præstarent nec liberos.

Aduersus voluptates quidem inuicti pectoris hoc specimen dedit. Aduersus inanem gloriam non minus insuperatum fuisse declarat, 26 quod dicturus sum. Thasij quoniam intelligebant Agesilaum de ipsis optimè meritum, templis ac diuinis honoribus illum dignati sunt: atque hac de re legationem ad illum miserunt. Is vbi legisset honores, quos legati ad illum detulerant, perconclatus est, num illorũ patria potestatem haberet ex hominibus faciendi deos: quum illi respondissent habere, Agedum, inquit, primum vos ipsos deos facite. Id si præstiteritis, tum vobis credam, & me *Liberè & grauiter.* quoque Deum facere poteritis. Vtiũ hic prius admirari conueniat, animi celsitudinem adeò contemnentis oblatum, ob quod Empedocles philosophus semet in Ætnam coniecit, quod que tot eruditi principes tot artibus & impendijs ambiebant: an ingenij solertiam, quam

Thrasijs vel summam stultitiam, vel abiectam adulationem suam in oculos ingessit?

27 Nec minus excelsi animi fuit, quòd quum nationes, quæ id temporis Græciam incolebant, decreuissent illi in elarissimis quibusque ciuitatibus honoris, causa statuas erigi, rescripsit illis hunc in modum: Mei nulla sit imago, neque picta, neque ficta, neque vllo alio artificio parata. At principum vulgus hoc honoris genere se diis æquiparari credebat, summumque rerum bene gestarum præmium arbitrabatur. Agesilaus ipso honesto contentus, negligebat ciusmodi adulationes verius quã glorias, malens insculpi prudentum ac bonorum hominum pectoribus, quàm in foro æreus aureusve stare. Eximiam virtutem sponte suum consequitur decus. Nec vlla speciosior statua, quam honorifica bene actæ vitæ memoria. *Magnanimiter.*

28 In Asia quum ædes quasdam conspexisset, quarum tectum quadratis trabibus contextũ esset, rogauit ædium dominum, num apud illos ligna quadra nascerentur: qui quũ negasset talia nasci, sed ex rotundis, arte quadrari: Quid, inquit, ergo ne si quadrata nascerentur, faceretis rotunda? Immane quantum abfuit illius regis animus à nostrorum ædificiorũ deliciis, in quibus nihil placet, nisi ex alieno deuctum orbe, aut multo artificio adulteratum. *Temperatè*

29 Quum aliquando quidam perconctatus esset, quinam essent fines Laconicæ ditionis, vibrata, lancea, quousque, inquit, hæc valeat pertingere. Vox egregio duce digna, qui bellũ nõ nisi iustum susciperet, imperiumque virtute partum virtute tueretur. *Fortitũ.*

30 Rursus alij cuidam perconctanti, quam ob causam Sparta non cingeretur mœnibus: ostendit ciues armatos, hi, inquiens, sunt Spartanæ ciuitatis mœnia: significans respub. nullo munimento tutiores esse, quàm virtute ciuium. *Fortiter.*

Similiter quum alius quidam hoc idem per cunctatus esset, respondit ciuitatem non saxis lignisve, sed pro vallis ac mœnibus, incolentiũ virtute muniri oportere. 31 *Sapienter.*

Aduersus pecuniarum studium, quo vitio plerique laborant, amicos admonere consueuit, ne tam pecuniis, quàm fortitudine ac virtute studerent ditescere, quòd frustra parat opes, qui veris animi bonis vacat. 32 *Sapienter.*

Si quid autem esset, quod per milites celeriter confici vellet, primus ipse sub oculis omnium operas aggrediebatur, quo vel pudore ad industriam extimularentur. Efficacissimũ exhortationis genus, principem hoc facere, qđ ab aliis fieri velit. 33 *Impigrè. Exempli.*

Illud sibi cum primis ducere solet gloriæ, q̃ quum rex esset, cæterisque consilio prospiceret, nihilo secius in laboribus obeundis nemini cederet: quodque sibi ipsi imperaret, suique, vt ita loquar, rex esset, id pulchrius esse iudicabat, quàm quòd regnum obtineret in alios. 34 *Grauiter.*

Quidam conspiciens Lacedæmonium quẽdam claudum ad bellum exeuntem, quum ei equum veluti debili necessarium quæreret, Non intelligis, inquit Agesilaus, in bello opus esse, non qui fugiant, sed qui loco maneant? Significans eos demum esse bello vtiles milites, quibus decretum est in prælio aut vincere, aut mortem opportere. 35 *Facere.*

Perconctanti cuidam qua ratione sibi pararet eximiam gloriam, si mortem, inquit, contẽpseris. Nihil enim in bello præclaræ rei get. 36 *Grauiter. Vitæ contẽptus.*

ret, cuius animum mortis metus occupauit. Idem affectus in omni vita mortalium à pulcherrimis facinoribus reuocare solet.

37 *Prudenter.* Roganti quam ob causam Spartiatæ ad tibiarum cantum inituri prælium exercentur, vt quum ad numerum, inquit, incedunt, appareat qui formidolosi sint, qui fortes: Nam ana pæstorum ictus strenuis addebant animum, vehementer meticulosis paliorem ac tremoré incutiebant. Itaque quum pes non respondere tur ad modulos tibiarum, prodebatur ignauorum imbecillitas. Magni siquidem refert, vt dux perspectos habeat militum suorum animos, quo norit, qui sint à prælio submouendi, aut qui qua parte exercitus collocandi. Valerius Maximus lib. 11. putat tubias adhiberi solitas ad incitandos militum animos: contrà Thucydides apud Aul Gellium tradit, pro tubis & cornibus Lacedæmonios ad prælium tibiis vti solitos, ad moderandam vim & impetum militum: me parsi, dispalatique prodierent in hostem, sed compositè incederent suo quisque ordine. Proditum est literis Cretenses cithara præcinente prælium inire solitos.

Quum maximam Asiæ partem armis sibi 38 subegisset, constituerat ad ipsum regem Per- *Moderatè.* sarum proficisci, vt eum compesceret: qui sic erat quietus à bello, vt interim Græcorum duces pecunia corrumperet: cæterum reuocatus demum ab Ephoris, ob Spartam Græcorum obsidione cinctam. (Nam id rex Persarum pecuniis missis effecerat) patuit, *Oportet bonum Imperatorē parere legibus.* dicens bonum imperatorem legum imperatis parere oportere, citraque cunctationem soluit ex Asia, magno sui desiderio relicto Græcis Asiaticis. Offerebatur rei bene gerendæ occasio, inuitabat illum Græcorum affectus, vt instituta

stituta perageret.

Quoniam verò Persarum numisma sagitta 39 rium habebat insculptum, ex Asia discedens *Facetè.* aiebat, se triginta sagittariorum millibus à rege Asia depelli. Tot enim Daricorum aureorū millibus Athenas ac Thebas deportatis, & in plebis moderatores distributis Timocrates effecerat vt populus hostilem animum aduersus milites susciperet. Ephoris autē rescripsit in hunc modum: Agesilaus Ephoris salutem. Asiā magna ex parte subegimus, barbaros expulimus frequenter in Ionia confligimus: attamen quoniam pro magistratus autoritate iubetis, vt istuc ad diem præscriptum adsim, *Moderatè.* consequor hanc meam epistolam, ac fortassis anteuertam etiam. Neo enim mihi principatum gero, sed tum reipub. tum sociis & amicis reipub. Atque ita demum qui potitur imperio, vere legitimeque imperat, quum & ipse paret imperio legū & Ephororū, aut cuicunq; sint illi, qui in repub. magistratu funguntur.

Dein quum transmisso Hellesponto iter fa- 40 ceret per Thraciam, nulli quidem barbarorū *Fidenter.* supplex fuit vt daretur transitus, sed missis ad singulos nuncijs, rogabat vtrum per hostium aut amicorum regionem iret. Ac cæteri quidē ilium amicè recipiebant, venientem ac discedentem deducebant. Cæterum qui Troadenses appellātur, à quibus vt fertur, Xerxes datis muneribus transeundi copiam emerat, transitus *Animosè.* mercedem postulabant ab Agesilao cētum argenti talenta, totidemque fœminas. At is irridens eos rogauit cur non protinus venissent accepturi qđ postulabant. Admonuit exercitū, 4 & congressus cum his qui se obiter collocarāt in acie, omnes vertit in fugam, compluribus trucidatis, itaque sibi ferro viam aperuit.

41 Itidem & ad Macedonum regem nuncios
Intrepidè. missi, rogans, vtrum per hostium solum irent an amicorum. Quum ille respondisset se consultaturum: Fiat, inquit, igitur cōsultatio, nos tamen interim iter faciemus. Rex admiratus hominis audaciam, sibique metuens, satius esse censuit illum vt amicum suscipere.

42 Ad Larissæos autem qui non iuuerant res hostium, Xenoclem ac Scythen legatos misit amicitiæ conciliandæ gratia. Hos quum Larissæi comprehensos asseruarent in custodia, cæteri quidem id factum grauiter ferentes censuerunt, Agesilaus admoto exercitu
Moderatè. Larissam vrbem obsidione vallaret. At ille negabat se vel vniuersam Thessaliam hac conditione velle capere, vt ex his, quos miserat, alterius faceret iacturam, amissurus vtrunque, si illos bello lacessisset. Itaque captos acceptis conditionibus liberauit ac recepit. Tam atrocem iniuriam duorum amicorum incolumitati condonauit, alioqui contumeliarum impatiens. Dicas illum suos affectus in sua habuisse potestate.

43 Feliciter pugnatum erat apud Corinthum: in eo prælio quanquam accepisset Spartanorum admodum paucos desideratos, cæterùm è Corinthijs, & Athenienſibus aliisque sociis ingentem numerum interijsse, adeò non gauisus est, nec elatus ea victoria, vt grauiter ingemiscens deploraret Græciæ vicem:
Clementer. heu, inquiens, Græciam, quæ tot viros intestino bello perdidit, quot vniuersis barbaris debellandis satis esse poterant. Viro magnanimo victoria erat optabilis, sed cætior erat sociorum incolumitas.

Cæterum quum Pharsali vrgerent, latrocinijsque

nijsque vexarent ipsius exercitum, sexcentis *Feliciter.*
equitibus vertit illos in fugam: moxque trophæum statuit sub Narthaciis. Nec alia victoria magis lætatus est, quòd ipse per se constituto equitatu paucorum, nec alijs adhibitis copiis, eos superasset, qui de re equestri præcipue gloriabantur. Pulchrum est vincere lacessentes, præsertim ijs præsidijs, quibus hostes potissimum sese iactant.

Nunc accipe geminum in gloriæ cupidis- 45
simo duce temperantiæ exemplum. Quum Diphtridas illi è patria nuncium attulisset, vt omissis quæ tum agebat, protinus in Bœotiam irrumperet, quanquam destinarat hoc ipsum posteà maiore aggredi apparatu, tamē magistratibus obtemperans, acceritis ad se viginti millibus eorum, qui apud Corinthum militabant, inuasit Bœotiam, ac iuxta Coroneam congressus cum Thebanis, Athenienſibus, Argiuis, & Corinthijs, ambas acies superauit, licèt ipse multis acceptis vulneribus corpore esset grauiter affectus. Quæ pugna *Modestè.*
cum esset inter res ab illo gestas omnium maxima, quemadmodum scripsit Xenophon: tamen domum reuersus nihil de pristino victu vitaque modestia mutauit, ob tantos rerum successus, totque victorias. Multò dignior erat triumpho victoria, qua vir ille primum suis consiliis antepositi legum autoritatem, deinde tot egregijs facinoribus nihilo factus est insolentior.

Animaduertens ciuium nonnullos qui in 46
ptetio habebantur, ac sibi placerent, quòd *Facetè.*
equis alendis intenderent animum, sorori Cynisce persuasit, vt conscenso curru certaret in Olympijs, hoc pacto Græcis ostendere cupiens, id genus exercitamenta nullius es-

se veræ virtutis, sed nihil aliud habere quàm opum & impendiorum ostentationem, eoque fœminis esse digniora quàm viris.

47 Quum haberet apud se Xenophontem illum sapientem, cumque plurimi faceret, iussit vt filios suos accerseret Lacedæmonem, docendos artem omnium pulcherrimam, videlicet imperare & parere imperio. Athenis florebat omnium liberalium disciplinarum genus, sed hanc cæteris omnibus præstantiorem existimabat nusquam melius disci quàm apud Lacedæmonios, vbi non verbis disputabatur de bene administranda republ. sed ciuium moribus honestissimæ rei exemplum exprimebatur. *Grauiter.*

48 Proinde rogatus abs quopiam, quam ob rem Spartanorum respublica præ cæteris secundis rebus floreret: quoniam, inquit, plus cæteris in hoc sese exercent, vt pariter & imperare & parere sciant. Quæ duæ res à ciuibus excludunt seditiones, & tuentur concordiam. *Disciplina ciuilis.*

Cùm vita defunctus esset Lysander. Agesilaus numerosam sodalitatem aggregatam 49 comperit, quam ille ex Asia domum reuersus statim aduersus Agesilaum instituerat. Id indignè ferens Agesilaus, destinabat omnibus palàm facere, cuiusmodi ciuis fuisset Lysander, dum viueret. Ac perlecta quadam oratione, quàm Lysander in libro descriptam reliquerat, compositam quidem à Creonte Halicarnassæo, sed in hoc vt hanc Lysander edisceret, atque apud popularem multitudinem recitaret: Tractabat autem oratio de nouandis rebus deque mutando reipubli. statu. Hanc, quoniam arguebat Lysandrum fuisse ciuem perniciosum ac seditionis auidum,

Agesilau

Agesilaus voluit euulgare. Cæterùm vbi senex quidam Ephorus orationem perlegisset, metuens dictionis grauitatem ac vehementiam, ne lecta quoque multi ad rerum nouarum studium excitaret, consuluit Agesilao, ne Lysandrum sepultum refoderet: sed orationem premeret. Senis consilio paruit, & à cœptis conquieuit Agesilaus, doctus non solùm obtemperare publicis legibus ac magistratui, verum etiam priuato senioris consilio. Vir excelsi animi plus apud se valere voluit publicam vtilitatem, quàm priuatum odium, simulque perspexit indecorum esse simultatem exercere cum sepulto. Hac moderatione vsus est aduersus manifestum inimicum. *Moderatè.*

Porrò qui clanculum ipsi aduersarentur, 50 eis palàm quidem non exhibebat negotium, sed efficiebat. vt ipsum in militiam sequerentur, atque ex his nonnullos duces exercitus ac magistratus factos euehebat: qui quum se in magistratu improbe & auare gessissent, eoque in ius vocati periclitarentur, rursus Agesilaus illis patrocinabatur, & ab ipsis stabat: atque hac arte reddebat eos ex clancularijs hostibus amicos, & ad se reuocabat. Quibus rebus factum est, vt iam neminem haberet aduersarium. Quid hac prudentia ciuilius, qua mederi maleuolis maluit quàm vlcisci? *Callidè. Moderatè.*

Quidam petijt ab Agesilao, vt se scriptis 51 ad hospites & amicos suos Asiaticos literis commendaret, quò apud illos ius suum consequeretur: respondit nihil esse opus literis commendaticiis: Nam mei, inquit, hospites sua sponte, quæ iusta sunt, faciunt, etiam si illis non scripsero, Dux egregius non nisi *Iustè. Humaniter.*

cum

cum sui similibus hospitium coniunxerat.

52 Ostendebat illi quidam ciuitatis cuiusdam muros bene tutos valideque extructos: cumque rogasset, viderentur ne pulchri: Pulchri, inquit, per Iouem verum apparet in hoc paratos, vt mulieres inhabitent, non viri: sentiens non aliis mœnibus rectius comuniri ciuitatem, quàm strenuis ciuibus. *Grauiter.*

53 Megarensi cuidam, multa iuueniliter de sua ciuitate aduersus Agesilaum iactanti, Adolescens, inquit, tui sermones opus habent magnis viribus: Significans indecenter eum magnifice loqui, cui vires non suppetunt orationi pares. *Modestè.*

54 Tantum & cæteris in rebus aberat à vulgi iudicio vir prudentissimus, vt quæ cernebat alios admirari, ipse in tantum contemneret, vt ne nosset quidem, Quod euenit in Callipide. Is erat tragœdiarum actor, multi nominis, famaque celebris apud Græcos, & à cunctis in pretio habitus. Primùm quidem occurrit Agesilao, eumque est allocutus: post improbe semet admiscuit his, qui simul cum rege ambulabant, sese que ostentabat, ratus futurum, vt rex prior ipsum comiter appellaret. Id quum non fieret, Tandem non, inquit, agnoscis me ò rex, nec audisti qui sim? Agesilaus autem intuitus illum, An non tu es, inquit, ille Dicelicta? Nam hac voce peculiaris Lacedæmoniorum lingua signat mimum, hoc est, imitatorem: Δίκηλον enim illis simulacrum sonat aut effictam imaginem. Adeò vir prudens, & omnia reipubl. commodis metiens, nullo honore dignatus est histrionem quamuis insignem, cuius ars ad solam parata voluptatem corrumpendis ciuium moribus esset accommodatior, quam erudiendis.

Huic

Huic simile est, quod rogatus vt vellet audire quendam, qui mira similitudine luscinię vocem imitabatur, recusauit: Frequenter, inquiens, ipsam audiui luscinian: Significans ineptam esse voluptatem, magis delectari ipsa simulatione, quàm natura. 55 *Argutè.*

Quemadmodum autem ipse singulari modestia præditus erat, ita non tulit in alijs arrogantiam. Menecrates quidam medicus, quum desperatæ quædã curationes ipsi feliciter cessissent, populari adulatione dictus est Iupiter. Hoc cognomento vir arrogantis ingenij delectatus insolentius vsus est eo titulo. Tandem quum & Agesilao scriberet, nec veritus esset hac vti salutatione: Menecrates Iupiter Agesilao regi salutem: Rex hoc offensus proœmio, præterea nihil dignatus est legere, sed rescripsit in hunc modum: Rex Agesilaus Menecrati sanitatem. χαίρειν Græci dicunt, quibus bene precantur, ὑγιαίνειν ambiguum verbũ ferè in malum sonat, quum significamus abesse sanitatem mentis. Eo verbo quidam Cęsari exprobrauit insaniam. 56 *Laceto. Modestè.*

Fortitudinis etiam in rebus aduersis insigne dedit specimen. Conon & Pharnabazus per classem regiam mari potiti obsidebant maritimas Lacedæmoniorum regiones, quum interim Athenienśium ciuitas mœnibus esset cincta. Itaque Lacedæmonij Pharnabazo donante pecuniam pacem ineunt cum rege, mittuntque ciuem Antalcidam ad Teribazum, Græcos Asiaticos, pro quibus bellum gesserat Agesilaus, tradentes regi. Vnde pessimè euenit, vt huius ignominiæ portio recideret in Agesilaum: Antalcidas enim inimicus erat Agesilao: eò pacem quacunque occasione confecit, inuidens illius gloriæ, quem 57 *Fortiter.*

videbat

videbat bello crescere, reddique maximum ac maximè celebrem. nec tamen hæc infelicitas deiecit illius animum. Quinetiam cuidam dicenti, quòd Lacedæmonij Medissarent, ita respondit, imò Medi potius Laconissant Significans indolem suæ gentis corrumpi fortuna non posse.

Iustè. 58 Quodam tempore rogatus, vtra virtus esset præstantior, fortitudo, an iustitia, grauiter respondit, Fortitudinis nullum esse vsum, nisi adsit iustitia. Quòd si omnes essent iusti, nihil opus fore fortitudine. En animum summo dignum duce, qui nihil vi præter æquum iudicarit faciendum, rectèque perspexerit plutinum interesse inter audaciam & fortitudinem.

Animosè. 59 Quum Græci, qui Asiam incolebant, Persarum regem ex more magnum appellarent, Qua, inquit, re ille me maior est, nisi sit iustior ac temperantior? Ea sententia philosophis esse consueuit in ore, sed hanc bellator expressit affectu.

Grauiter. 60 Notans præposteram licentiam eorum, qui Asiam incolebant, eius gentis corruptis moribus, dicere solet: inter illos, qui improbi essent, eos esse liberos: contrà qui probi, eos esse seruos: quòd ibi vitiis laterent omnia; virtus haberetur odio.

Sapienter. 61 Interrogatus qua ratione potissimum quis assequi posset, vt apud homines honestam haberet famam: Si loquatur, inquit, quæ sunt optima, & faciat quæ sunt honestissima. Quid dici poterat breuius, ac rursus quid absolutius? Itidem Socrates idem perconstanti. Si talis, inquit, esse studeas, qualis haberi vis. Siquidem fucis parta gloria, vt non est vera gloria, ita nec diuturna est.

Cele-

Celebratur & hoc illius dictum principibus edisseendum, Imperatoris officium esse, 63 *Iustè.* erga rebellantes audacia, erga subiectos benuolentia vti: quod idem Maro nobili carmine docuit: *Moderatè.*

Parcere subiectis, & debellare superbos.

Neque enim verè victor est, qui iracundiæ vindictam flagitanti frenum nescit imponere.

Cuidam scisciranti, quæ potissimum pueris 63 esset discenda: Ea, inquit, quibus vsuri sint, *Sapienter.* & quum ad virilem peruenerint ætatem. Rectè censuit vir prudens, solam virtutem primũ ac statim à teneris vnguiculis disci oportere: nec vllam æui portionem attibus friuolis dãdam; quę vt in pueris habent ostentationem plausibilem, ita nec grandibus decoræ futuræ sint, nec ad seria vocatis vtiles.

Idem quum in causa quadam sederet iu- 64 dex, & is quidem qui accusabat, rectè dixisset, patronus contrà malè, subinde tamen repeteret inter dicendum, Agesilae, decet regem opitulari legibus, perinde quasi bonam haberet causam, & ab ipso starent leges: hominis im- *Salè.* probitatem interpellans Agesilaus: Si quis, inquit, tibi domum perfoderit, aut vestem abstulerit, nũ expectaturus es, vt architectus, aut qui vestem contexuit, tibi sit auxilio futurus? Subindicabat regem esse veluti legum architectum, nec conuenire, vt is opituletur ei, qui contra leges aliquid admiserit.

Cum pax consset, eique à rege Persarum es- 65 sent allatæ literæ, quas Perses vnà cum Callia Lacedæmonem perferebat, de hospitio, deque amicitia tractantes, non recepit, sed iussit

Incorrupte. iussit illos regi renũciare, nihil esse necesse priuatim ad ipsum literas mittere: cæterum si perspicuum foret, illum bene velle Lacedæmonis & Græcis, ipsum quoque illi pro viribus futurum amicum. Quod si deprehenderetur insidias tendere, ne putet, inquit, quòd me sit habiturus amicum, etiam si vehementer multas ab eo recepero epistolas. cui in omnibus rebus gerendis hic vnicus erat scopus, consule re reipublicæ commodis.

66 Pie, urbane. Quum miro esset affectu erga liberos suos, dicitur aliquando arundine pro equo cõscensa, vnà cum pueris lusisse domi. Id quum fortè vidisset ex amicis illius quidam, rogabat ne cui diceret, quod viderat, priusquam ipse quoque liberorum parens esset factus: festiuè subindicans eum lusum non esse leuitatis, sed pietatis: nec hoc, quod agebat, videri posse ineptum ei, qui modò expertus esset, quàm ingens sit affectus caritatis parentum erga filios.

Audierat socios molestè ferre tam crebras expeditiones, præsertim quum ipsi per multi, Lacedæmonios numero paucos sequerentur. Agesilaus itaque volens ostendere quanta esset Lacedæmoniorum multitudo, iussit vniuersos socios simul considere permixtos *Solerter.* inuicem Lacedæmonios item separatim scilos. Mox per præconem edixit, vt primi omnium surgerent figuli. Hi quum surrexissent, secundo loco per præconem iussit surgere fabros ærarios: deinceps architectos, ac domorum opifices, similiter & aliarum artium singulos. Ita factum est, vt propemodum socij surgerent omnes, Lacedæmoniorum verò nullus, eò quòd Lacedæmoniis, qui militiæ parantur, interdictum sit, opificium aut artem sedentariam vel exercere, vel discere. Hoc facto risit Agesilaus: Videtis, inquit, ò viri quantò plures nos educimus, quàm vos. Hoc stratagemate dux inclytus demonstrauit, non perinde referre, quàm numerosum militem educas in prælium, vt quàm fortem & exercitatum.

In pugna Leuctrica quum Lacedæmoniorũ 68
multi fugissent, ijque legibus pœnas dare deberent, Ephori reputantes ciuitatem viris desertam, egere militibus, cupiebant eam ignominiam militibus remittere, simulque seruare leges. Deligunt igitur Agesilaum nouarum legum conditorem. Is prodiens in suggestum, Ego, inquit, alias leges haud quaquam laturus sum. Neque enim his, quas habetis, aut additurus sum aliquid, aut detracturus, neque *Solerter.* quidquam omnino mutaturus. Sed mihi rectum videtur, vt leges, quas habetis, à die crastino robur habeant & autoritatem. Eo commento vir solers simul & præsenti ciuitatis necessitati consuluit, & periculosum mutandarum legum exemplum exclusit à repu. vno tantum die legibus abrogatis.

Cùm pugnaretur apud Mantineam, ad- 9
monuit Lacedæmonios, vt cæteris omissis *Prudenter.*
omnibus in vnum Epaminondam intenderent vim prælij, dicens, solos cordatos esse viros fortes, hosque solos esse autores victoriæ. Itaque, si hunc, inquit, ceperimus, facillime cæteros in potestatem nostram redigemus, vt vecordes nulliusque precii, quod & euenit. Nam inclinante ad Epaminondam victoria, quum nonnullorum fuga fieret, adhortanti illi suos & à fuga reuocanti, Lacedæmonius quispiam letale vulnus inflixit. Eo prostrato qui erant cum Agesilao à fuga reuersi, iam accipiti Mar-

te

te cum hoste depugnarunt, sic tamen multò inferiores Thebani, multò præstantiores Lacedæmonij viderentur. Hac arte prudentia ducis consuluit incolumitati suorum, qui fuerant haud dubie perituri. Simul illud docuit: in bello plus habere momenti vnum vere prudentem & cordatum, quàm turbam imprudentium.

70 *Pie in patriam.*

Quum Spartanos pecuniæ deficerent ad bellum, eò quòd alerent externum militem, Agesilaus in Ægyptum profectus est, ab Thaco Ægypti rege accitus stipendio. Cæterùm Agesilaus ob corpus incultum ac vestis vilitatem venit in contemptum eius gentis hominibus, qui sperarant se visuros Spartanum regem talem, qualis esset rex Persarum, corpore decentissimè ornatum, perperam sane de regibus sentiens, quos externo cultu putarint æstimandos potius, quam animi virtutibus. Nihil ille quidem de cultus ac victus simplicitate mutauit, sed interim ostendit, maiestatem dignitatemque regiam, non vestium splendore, sed prudentia ac fortitudine parari oportere. Quin eodem facto declarauit insignem erga patriam pietatem qui ob publicam vtilitatem non grauatus sit in Ægyptum proficisci: nec ætatis iam serę ac vergentis ad annum octogesimum excusatione vti voluit, quò minus apud barbaros stipendium faceret, modò respublica subueniret. Athnæus hoc modo rem narrat: Agesilaus in Ægyptum profectus Tacho regi laturus suppetias, quoniam corpore erat pusillo, his verbis à rege contemptus est: Parturiit mons, Iupiter metuit, at ille peperit murem. Id vt audiuit Agesilaus. At ego, inquit, aliquando tibi videbor leo. Nam post

post, quum illi non adesset Agesilaus, regno pulsus fugit ad Persas.

Cæterùm vbi quos educturus erat in aciẽ 75
conspiceret ob imminens periculũ formidolosos partim propter hostium multitudinẽ, erant. n. numero ducenta, millia, partim ob ipsorum paucitatẽ; decreuit conflictum rem diuinam facere, veluti capturus auspicium ab extis: itaque non cõscijs cæteris, lætę manus volæ literis inuersis victoriam inscripsit, deinde iecur ab aruspice acceptũ, supposuit manui, quæ clàm scripturam habebat, diuq; tenuit fingẽs interim se deliberabundum ac dubitantis speciem præ se ferens, donec literarũ figuræ iecinori imprimerentur: moxque militibus, quos in aciẽ educturus erat, ostendit, dicens deos his literis certò portendere victoriam. Illi verò existimantes sese certum habere signum futuræ victoriæ, vehemẽter animati sunt ad pugnam. Hic dolus multo plus valuit, quàm oratio, quàuis prolixa ac meditata. Et hoc stratagema est, non apophtegma. *Callidè.*

Cùm hostes Agesilai exercitum fossa cin- 76
gerent, id quòd facile poterant ob multitudinem ac Nectabius, cui suppetias ferebat, censeret erumpendum, & cum hoste consertendas manus, ne quod instituerent, perficerent, ille negabat impediendos hostes, qui pares hostibus esse studerent, non superiores. Siquidem fossã vtrisque adimebat confligendi copiam. Porrò quum parum abesset, quin fossa coiret, per hoc angustum interuallum instruxit, quod erat reliquum militum: ac inter partes commissa pugna vertit illos in fugam, hostiumque ingentẽ stragẽ edidit paucis militibus, quos secum habebat, atque ex pda magnã pecuniarũ vim misit Spartã. *Animosè.*

77 Decessit ab Agypto patriam repetens, morbo implicitus in portu qui Menalai dicitur. Moriens autem mandauit iis, qui aderant, ne quam fictilem, aut aliàs imitatam corporis *Modestè.* sui imaginem facerent: Si quod, inquit, præclarum facinus gessi, hoc erit monumentum mei. Sin minus ne omnes quidem statuæ quú sint vilium ac nullius rei opificum opera illustrabunt mei memoriam.

78 Crebrò solebat in cõcione admonere milites suos, ne captiuos vt facinorosos cruciarẽt, sed vt homines seruarent. Infantibus etiam in bello captis prouidit, vt in vnum locú cõportarentur ne, mutatis castris relicti perirẽt. *Humaniter.* Eandem curam impendit senibus captiuis, ne quantum sequi non possent, à canibus lupisve discerperentur, Hęc autem humanitas illi non solum aliorum, verum etiam captiuorum miram beneuolentiam conciliauit.

EXPROBO ÆMILIO.

79 Apud Coroneam Athenienses, ac Bœotios cum suis sociis, Agesilai iter impedire conatos graui prælio vicit. Ei victoriæ per se magnificæ multum laudis apposuit religionis exemplo. Multi è prælio confugerant ad templum Mineruæ. De his rogatus quid vellet fieri Agesilaus, vetuit illos violari, quum in eo prælio vulnera aliquot accepisset, videbaturque vehementer iratus omnibus, qui tum arma aduersus ipsum tulerant, tamen plus apud illum valuit religio quàm ira. Neque *Religiosè.* hoc solum in Græcia fecit, vt templa Deorũ haberet sancta, verum etiam apud barbaros summa religione simulachra, arasque consecrauit, quasi i hæc nullũ esset ius belli: Itaq; p̃clare solitus est dicere, se vehemẽter admirari, eos non haberi sacrilegiorũ numero q̃ lęderent,

rent ipsis supplices, ac per Deos obtestantes: nec grauiores sumi pœnas de his qui religionem minuerent, quàm qui templa spoliarẽt.

Accipe nunc exemplum fortitudinis clementia temperatę. Postea quam ingenti strage fregisset Corinthiorum vires, eosq́ intra *Moderatè.* mœnia compulisset, multis hortantibus, vt vrbem oppugnaret, negauit id suæ virtuti cõuenire, qui peccantes ad officium cogeret, non qui nobilissimas Græciæ vrbes subuerteret. Vt hoc est eximiæ cuiusdã moderationis, ita qđ adiecit, admirabilem viri prudentiam arguebat: Si, inquit, eos extinguere voluerimus, qui *Prudẽter.* nobiscum aduersus barbaros steterunt, ipsi nos expugnauerimus vel quiescentibus hostibus, qui subuersis sociis nullo negotio, quando volent, nos opprimerent.

Diuinitatis cuiusdam videtur quod adiiciam. Quum adornaretur expeditio apud Leuctra, q̃ Lacedæmoniis fuit luctuosissima, Agesilaus quum à plerisq́ vrgeretur, vt exiret, proficisci noluit perinde quasi calamitatem irrecuperabilem animo præsentiret.

Rursus accipe solertiæ reipub. salutaris argumentum. Cũ Epaminondas incredibili impetu Spartam vrbem inuaderet, ac ciuitas careret mœnibus, aliquot adolescentes hostiũ aduentu territi statuerant ad Thebanos transfugere, iamq́ locum extra vrbem edituri occuparant. Agesilaus perpedens actum fore *Solerter.* de ciuitatis incolumitate, si sensisset populus aliquos ad Thebanos transfugere conari, dissimulans cum suis ad adolescentũ turmam peruenit: ac perinde quasi id bono animo fecissent, collaudauit consilium, quòd eũ locũ occupassent: sibiq; in aso fuisse dixit idẽ facere; Sic adolescentulos ficta laudatione tẽ

perauit, & adiunctis suis comitibus locum tutum reddidit. Etenim qui transfugiendi consilium clàm ceperant, videntes maiorem adiunctum numerum eorum, qui eius consilij fuerant expertes, non ausi sunt sese commouere: eoque libentius conuenerunt, quòd latere arbitrabantur, quæ cogitarant. Absque dubio Sparta non erat futura Sparta, nisi tũ Agesilaus celeritate consilij salutem attulisset. Eadem arte & iuuenili temeritati remedium adhibuit pro supplicio.

AGESIPOLIS CLEOMBROTI.

83 Agesipolis Cleombroti filius quum quis- *Clementer*
piam apud ipsum ceu rem magnificam prædicaret, quòd Philippus Macedonum rex intra pauculos dies subuertisset Olynthum: Atqui per Deos, inquit, talem ciuitatem longè maiore temporis spatio non extructurus est: Significans multo regalius esse cõdere vrbes, quàm conditas demoliri.

84 Cum alius quidam dixisset, ipsum, cũ rex esset, cum æqualibus suis fuisse obsidem, non liberos aut vxores eorum, velut hoc esset regi dedecorosum dari in manus alienorum, quum alij reges soleant vxorẽ ac liberos pro *Iustè.*
se dare obsides: Et quidem iure, inquit, optimo: par est enim, vt nos nostra ipsorum feramus errata: Subindicans si quid calamitatis accidit in bello aut in repub. regum vitio accidere, eoque iustum esse, vt hi potissimum puniantur, per quos venit calamitas.

85 Idem quum è Sparta iussisset mitti catulos ac respondisset aliquis, non educari apud Lacedæmonios catulos: Ne vitos quidem, in- *Argutè.*
quit, antea, atqui nunc fieri cœpit. Festiuiter indicabat in repub. bene instituta omnia proficere in melius. Olim Lacedæmonij ægrè

ægrè sua tuebantur, post ausi sunt reges ac gẽtes procul semotas bello lacessere. Quemadmodum autem recta institutio viros reddit bello & reipub. vtiles, ita canes ad venatum habiles reddit educatio.

AGESIPOLIS PAVSANIÆ. 86

Agesipolis Pausaniæ filius, quum Athenienses querimoniarum, quas cum ipso mutuas habebant, arbitrum delegissent Megarensiũ *Generosè.*
ciuitatem, quæ controuersiam inter eos componeret: Turpe, inquit, si Megarenses melius norunt, quid iustum sit, quàm hi qui se Græcorum duces ac rectores præstitissent. Megarenses apud Græcos male audiebant, de quibus iactatum est, ꝙ neque primi essent, neq; secundi, neque tertij, neque quarti, neque vllo in numero, quum Athenienses pleræque Græciæ imperarint. Ab ipsis igitur quibuscũ litem habebat rex, volebat finiri dissidium, simul declarans, & quàm suæ fideret causæ, quàm aduersarijs non diffideret, malens clarissimæ ciuitatis iudicio vinci, quàm Megarensium arbitrio vincere.

AGIS PRIMVS.

Agis Archidami filius, quũ Ephori quodã 87
tempore dicerent. Proficiscere iuuentutem *Proditiõ*
tecum ducens ad huius patriã: nam is ipse te *turpiter.*
perducet in arcem: Et qui conuenit, inquit, ò Ephori, tot iuuenes ei credere, qui suã ipsius patriam prodidit? Grauiter admonẽs nihil illis tutò credi, qui in patriã perfidi fuerint.

Interrogatus à quodam, quod disciplinæ 88
genus potissimum exerceretur apud Spartanos: Scire, inquit, & imperare & ferre imperium. Athenis enim complures disciplinæ *Hoc ante dictum pag. 24. apo. 49. & 50.*
colebantur, curioseq; magis quàm ad rectè gubernandam rempublicam necessariæ.

89 Fortiter & illud dixisse fertur, Lacedęmonios non oportere percontari, quot sint hostes, sed vbi sint: Significans non à militũ numero pendere victoriam, sed à fortitudine, reique gerendæ celeritate. Statim enim cõgredi vult, qui quærit, vbi sint hostes. *Animosè.*

90 Apud Mantinęam quibusdam dissuadentibus ne cum aduersariis, quòd numero plures essent, confligeret: Cum multis, inquit, pugnet oportet, qui multis velit imperare. *Animosè.*

91 Cuidam scisciranti, quot essent Lacedęmonij, Quot satis sunt, inquit, ad propulsandos malos: ostendens magis referre, quam fortes viros habeat ciuitas, quàm quàm multos. *Argutè.*

92 Idem quum præteriret Corinthiorũ mœnia, conspiceretque vehementer excelsa munitáque, & in longum perrecta spatium. Quæ sunt, inquit, mulieres hunc locũ incolentes? innuẽs fortibus viris non esse opus mœnibus. *Salsè.*

93 Cùm Sophista quispiam apud eum dixisset, orationem esse rerum omnium præstantissimam, videlicet prędicans artem, quã profitebatur. Ergo, inquit Agis, tu quũ taces, nullius es pretij, significans multo præclarius esse res magnificas gerere, quàm habere linguã ad magnificè loquendum expeditam. *Salsè.*

94 Vicerat Argiuos prælio, qui post redintegratis viribus rursum ferociores illi occurrebãt. Agis itaque conspicatus multos è sociis turbari: Sitis, inquit, bono animo viri. Cũ enim nos qui vicimus, trepidamus, quid facere censetis eos, qui à nobis victi sunt? Eo dicto ducis solertia protinus reddidit animum suis. *Solerter.*

95 Peculiaris erat Lacedæmoniis verborum paucitas, Vnde & ab ea regione breuiloquentia Laconismus dicitur. Cùm igitur Abderitarum legatus apud Agidem multa loquutus, vix *Loquacitas notata.*

vix tandem dicendi finem fecisset, rogaretq; quid ciuibus suis esset renuntiaturus: Agis Illud, inquit, renuntia, quãtum tẽporis tibi fuit opus ad dicendum, tantum me silentem audisse. Hoc dicto exprobrauit stolido oratori inanem loquacitatem, responso indignam.

Quibusdam Eleos hoc nomine prædicantibus, quòd in certaminibus Olympiacis essent iustissimi: Quid, inquit, magni mirive faciunt, si intra quinque annos vno tãtùm die se iustos præstant? Non putabat vir sapientissimus in eum competere iustitiæ laudẽ, nisi qui per omnem vitam, in omnibus actionibus iustitiam coleret. 98 *Iustè.*

Quum quidam apud illũ dicerent esse nõnullos alienæ familiæ, qui ipsi inuiderent: Geminam igitur, inquit, habebunt molestiam, quos & sua ipsorum mala discrutiabũt, atq; insuper tum meis tum amicorum meorum bonis torquebuntur. Magnifica vox declarãs eos, quos habet inuidia, magis esse misericordia dignos quã ira, propterea quod inuidus abũde dat pœnarum, etiamsi nemo vleiscat. 97 *Inuidiæ rata.*

Cuidam consulenti, vt hostibus fugientibus daret transitum: Et quomodo, inquit, pugnabimus cum his, qui ob fortitudinem manent, si non pugnamus cum fugientibus? Existimabat vir animosus, aduersus hostes nullam prætereundam occasionem. 98 *Argutè.*

Cùm de Græcorum libertate quidã in medium adduxisset, magnifica quidẽ, sed factu perquàm difficilia: Tua, inquit, verba hospes opus habent viribus & pecunia: perquàm scite declarans frustra de his verba fieri, ad quæ perficienda non suppetit facultas. In consultationibus enim non solùm spectandum est, qd sit factu pulcherrimũ, sed qd fieri possit. 99 *Simile Agesilaus apo. gi. 26. apo. 55*

100 Quodam dicente Philippum effecturum, ne Lacedęmonijs pateat iter in Græciam: No bis, inquit, ò hospes nostra patria sufficit ad illic viuędum. Pectus ad vtrunque paratum, & ad proferendum imperium, si cõungat, & ad boni consulendũ fortunã licèt mediocrẽ.

Moderatio.

1 Perinthiorũ orator in Lacedęmoniã missus, quũ apud Agidẽ dixisset admodũ prolixè, vbi perorasset rogauit eũ, quid esset Perinthijs renuntiandũ: Quid aliud, inquit, nisi q̃ tu vix dicẽdi finẽ feceris, ego vero tacuerim? Hoc apophthegma simillimũ est illi, quo superius Abderitæ legati multiloquiũ taxarat.

Loquacitas.

2 Cum legationem suscepisset, solus ad Philippũ profectus est. Is vbi admirans dixisset, Quid hoc rei est? Solus venisti? Agis, q̃d ni, inquit, ad vnum? Grauiter taxauit aliorũ principum ambitionem, qui sumptuosis ac splendidis legationibus exhauriunt ærarium, quũ vnus vir cordatus possit totum hoc præstare, quod Reipub interest.

Simpliciter.

3 Quum è senioribus quidam vidẽs priscas leges & instituta vetera aboleri, & alia prauа succedere, atque ob id res Spartanorum inuerti, q̃ summa fuerant in imum deiectis, & conteri: hæc quum apud Agidẽ iam senem deploraret, ioco respondit: Si fit, inquit, quod narras, recto ordine res procedunt. Siquidem ego puer à patre audiui, q̃ iam tum illis temporibus res inuerterentur. Itaq; si rursus inuertuntur, redierunt in locum pristinũ. Hoc quidem ille ludens. Cęterùm seriò dicebat se puerum hoc quoque accepisse à patre, nihil esse mirum, si præsentibus succedãt deteriora: sed mirandũ, si succedant meliora, aut similia. Notauit peculiarem senibus querelã de rebus in deterius prolapsis, simulq̃ rerũ humanarum hanc esse naturam, vt vsquè in peius degenerent.

Lepidè.

Rogatus à quodam, quo pacto quis libertatem suam tueri possit: Si mortem inquit, contempserit. Hoc qui caret, potest vbiq; quod re ctum est, sequi, nec est, quod timeat improbos, qui vt extrema moliantur, nihil aliud possunt, quàm occidere.

4 *Et hoc attea habetur pa. 22. apo. 39.*

AGIS SECVNDVS.

Agis iunior, Demadi dicenti, q̃ enses Laconici ob breuitatẽ à circulatoribus, ac præstigias imitantibus deuorarentur: Atqui, his, inquit, ensibus Lacedęmonij assequuntur hostes longioribus armatos gladijs: declarans non referre quo quid apparatu fiat, sed quantũ efficiatur. Siquidẽ hoc spectosior victoris gloria, quò minus habuit p̃sidij p̃ter virtutẽ.

5 *Vrbanè.*

Quemadmodum ad improbũ subinde pontantẽ, quis esset inter Spartiatas vir optimus: Qui tui, inquit, est dissimillimus. Indignè tulit vir generosus eum de virtutis præstantia loqui, qui ipse esset vitijs obsitus.

6 *Liberè.*

AGIS VLTIMVS.

Agis Laconicorum regum vltimus, per insidias captus, ac præter meritũ ab Ephoris cõdemnatus, quum ad laqueum duceretur, conspiceretq; quendam è lictoribus flentem ob indignitatem rei, cuius cogebatur esse minister: Desine, inquit, ò homo vicem meam flere. Nam sic mortens præter ius & æquum, melior, feliciorq; sum his, qui me occidunt. Hęc loquutus vltrò collum laqueo induit. Quo nemo Stoicorum docuit quicquam fortius, hoc ille iuuenis non verbis, sed re præstitit, felicitatem omnem solo honesto metiens, eosq̃ iudicans infeliciores, qui faciunt iniuriam, quàm qui patiuntur.

7 *Fortiter.*

Paren-

Parẽtibus rogantibus, vt sibi in re quapiã iniustitia adesset, recusauit illis aliquãdiu. Cæterùm quũ instarent, hunc in modũ respondit: Donec essem apud vos, nullã omnino tenebam iustitiæ scientiã: Verùm vbi me patriç tradidistis, patriæque legibus, insuper & iustitiam, & honesta tã pro viribus docuistis, conabor huic magis obtẽperare, q̃ vobis Et quãdo quidem hæc est vestra voluntas, vt quæ sunt optima, faciã: optima verò sunt, quę iusta sũt, quum homini priuato, tum præcipuè principatum gerẽti: quę vultis, faciam: quę dicitis, negabo. Narrant Agidem puerum in summis deliciis fuisse educatum: sed simulatque adolescens etiam num ad reip. gubernacula admotus est, incredibili mutatione, reiectis pristinæ vitæ voluptatibus huc totum animũ adiecit, vt Spartã Barbarorũ ac Græcorũ moribus corruptissimã ad pristinam frugalitatẽ euocaret: quę res illi fuit exitij causa. Vtinam autem cæteri Principes, quorũ prima ætas fere luxu, deliciisque corrũpit, saltẽ cum Agide tum animum vertãt ad bonam frugẽ, quum regni habenas accipiunt: atque hanc formã sequantur, quã præscripsit Agis, si quis quid petat ab ipsis, quod legibus & honesto aduersatur. Nec agregi⁹ iuuenis morosa atque aspera recusatione contristauit parentum animos, sed mira ciuilitate respondit. se magis hoc pacto obtemperare parentibus, si faceret, quod illorum perpetua voluntas optabat, qdque semper essent probaturi, quàm si præsenti affectui indulsisset.

Iustè. Grauiter.

9 Idem quum in carcere rogaretur ab Ephoro, num pœniteret eorum, quæ gessisset, impauidè respondit, se nulla tangi pœnitentia consilij cum prudentia, honestoque, coniuncti

Ex Plutarchi vitis collatum.

iuncti, tametsi non ignoraret se mortem præloco relaturum, sciens ipsam virtutẽ abũde magnũ esse sui præmiũ q̃ũq; sequat̃ euẽtus.

Agesilaus Ephorus quum ipsius suasu factum esset, vt fieret omnium debitorum solutio, iamq; tabulis in forum clarium cõportatis ignis esset iniectus, ac flãma exurgeret, cęteris creditoribus mœstis, insultabat dicens se nũquã clarius lumẽ aut ignẽ vidisse puriorẽ. Debebat, enim ipse plurimum, & erat agrorũ prędiues, nihil tamen cuiquam soluere habebat in animo. Extrema improbitatis est linea etiam illudere, quos afflixeris.

10 *Improbè.*

ALCAMENES.

Alcamenes Telecri filius cuidã percõtãti, quo pacto quis optimè regnum seruare posset: Si lucrum, inquit, non magni fecerit: longe, lateque dissentiẽs à malis principibus, qui non alia magis ratione principatum cõstabilire studeant, quã attenuãdis ciuium, suis augẽdis opibus, quum iustitia & æquitas maximè reddant diuturnum imperium.

11 *Grauiter.*

Alio quodam rogante, quur à Messenijs oblata munera recusasset: Qm̃, si recepissem, inquit, cum legibus pacem habere non poterã. O mentem regno dignã, quę magno obuioq; lucro legũ autoritatẽ anteposuit Et vbi sunt interim, qui clamant, quod principi placuit, legis vigorem habet, & principem dare quidẽ leges, at non teneri legibus?

12 *Integrè.*

Cum quidam illi obiiceret, quòd parcè frugaliterq; viueret, quum facultates amplas, possideret: Decet n. inquit, eũ qui multa possidet, pro ratione, nõ pro libidine viuere: Signi ficans pernitiosas esse diuitias, nisi adsit animus diuitiis superior, qui possit earum vsum, non ex copia, sed ex necessitate moderari.

13 *Continenter.*

ANA-

ANAXANDRIDAS.

14 Anaxandridas Leontis filius, cuidam acerbè ferenti, ꝙ cogeret̃ vrbe exulare: Ne, inquit, vir optimè exhorresças exulare ciuitate, sed à iustitia exulare horrendũ est. Sensit non esse miseros, quibus ꝓter meritum incolumiq; innocentia accidit aliqua calamitas, sed verè deplorandos, qui sua sponte discesserũt ab honesto, etiã si nulla sequatur calamitas.

Sapiẽter.

15 Cũ quidam Ephoris opportuna quidem loqueretur, sed pluribus quàm sat erat Anaxandridas, Hospes, inquit, re necessaria in nõ necessario vteris: significãs quod per se rectum est & vtile, non egere prolixa oratione: ꝙ ipsa causæ bonitas facilè seipsam commendet.

Loquacitas.

16 Percontanti cuidam, cur Lacedæmonij Helotibus (sic apud illos dicebant̃, quorum conditio media erat inter seruos & ingenuos) eõ mitterent colendos agros, ac non ipsi potius eos colerent: Quoniam, inquit, non ipsorum causa, sed nostra Helotas nobis comparauimus: videlicet stultitiam eorum taxans, qui mancipia ad ostentationem alunt otiosa, & seruos socios ac ministros voluptatum habere malunt, quàm frugiferis operis occupatos.

Argutè.

17 Alius quidam quũ dixisset gloriã ac celebre nomen nocere, eoq; felicé esse qui illud effugerit: Ergo, inquit Anaxandridas, si vera loqueris, qui nefaria perpetrant felices erũt. Nam qui fieri potest, vt qui sacrilegium committit, aut aliud iniustum facinus perpetret, gloriæ curam habeat? Notauit eos, qui sic contemnunt laudem, vt interim per ignauiam nihil gerant laudabile, quum eximiã virtutem honesta fama comitetur vltro, ac generosis animis amor laudum vel uti stimulus ad præclara facinora sit innatus.

Salsè.

Alij

Alij cuipiam percontanti, quam ob causã Spartani impauidè senìet exponerent periculis: Quoniam, inquit, pro vita timere consueſcimus, non aliorum more expauescere: Significans moderatam uitæ curam addere calcar ad fortiter agendum, immodicũ mortis pauorem ab egregiis factis deterrere. 17

Prudẽter.

Cuidam ab ipso sciscitanti, quam ob rem seniores apud Lacedæmonios plures dies sumerent ad cognoscendum in causis capitalibus, & si quis fuerit absolutus, nihilo minus obnoxius sit legi: Ideo, inquit, pluribus diebus cognoscunt, quoniã si in capitis discrimine erraũerint, non est corrigendi consilij potestas; oportet autem à causa liberatum obnoxium manere legibus, quod fieri potest, vt secundum eandem legẽ liceat aliquid rectius de reo statuere. Hoc tẽperamento pro uisum est, ne vel occidatur innocens, vel effugiat nocens: qui quamuis errore iudicum sit absolutus, potest eadem lege denuo conueniri, pœnasque dare legibus. 18

Prudẽter. Iustè.

ANAXANDER.

Anaxander Eurycratis filius rogãti cuidã, quur Spartani non colligerent pecunias in ærarium publicum: Ne, inquit, corrumpãtur qui facti fuerint illarum custodes. Quàm male consulunt integritati suæ, qui priuatim pecuniarum vim in arcam recondunt, si vir prudens ciuium suorum moribus timuit à pecunia publica, cuius tantùm erãt custodes futuri, non domini. 19

Integrè.

ANAXILAS.

Cuidam admirãti quòd Ephori regibus non assurgerent, præsertim à regibus constituti: Ob hoc ipsum, inquit Anaxilas, quòd Ephori sunt. Magistratus est apud 20

Moderatè.

Lacedæ-

Lacedæmonios, quo qui funguntur, Ephori dicuntur. Eos prisci reges instituerunt, vt essent regum ministri. Quorum potentia postea eo creuit, vt ipsis etiam regibus imperarent, demum & occiderent. Vox animi moderatissimi testatur, quod percontator ille contumelio sum ac superbũ iudicabat, ille interpretatius est esse ius legitimum.

ANDROCLIDAS.

22 Androclidas quidam Lacon, crure claudicans, coniecit sese in ordinem bellatorum: id prohibituri cum insurrexissent quidam ob cruris vitium: ille. Imò, inquit, non fugiem tem, sed manentem oportet bellare cũ hostibus: perquàm lepidè hoc ipso vitio ob quod reprehendebatur se colligens vtiliorem prælio quàm essent cæteri pedibus integris.

Simile habetur supe riùs pag. 29. apo. 35

ANTALCIDAS.

23 Antalcidas quum in Samothracia initiaretur, rogatus à sacerdote, quid egregium pertaret in vita: Si quid, inquit, mihi tale peractum est, sciunt ipsi dij: existimans ineptum commemoratione suorum gestorum sedijs commendare, qui siue prædicaret siue sileret nihil minus nouerant. Nam apud sacerdotem poterat etiam falsa narrare. Sit hoc modestiæ exemplũ ac de Deo præclaræ sentiẽtis.

Modestè.

24 Quum Athenienſis quidã Lacedæmonios appellaret indoctos: Soli igitur nos, inquit, nihil mali à vobis didicimus. Sensit artes, quibus se iactabant Athenienses, magis ad ostentationem, otium ac voluptatem accommodas, quàm ad rempub. gubernandam, ad quod nulla disciplina deerat Lacedæmoniis.

Graviter.

25 Alteri cuidam Athenienſi sic apud ipsum glorianti: ueruntamen nos sæpe numero vos à Cephiso propulimus: Sed nos, inquit, vos nunquàm

Salsè.

nunquam ab Eurota summouimus: significans hoc ipsum esse fortitudinis argumentũ, quòd Lacedæmonij frequenter ausi fuissent vsque ad Cephisum flumen Atticæ progredi, quum Athenienses nunquàm sustinuissent accedere ad Eurotam Spartę fluuium.

Rogatus à quodã, quo pacto quis maximè placere possit hominibus: Si, inquit, loquatur illis iucundissimè, præstet autem vtilissima. Admouit in colloquiis adhibendam sermonis comitatem, in officiis præstandis spectandam vtilitatem. Reprehendendi sunt, qui quũ re sint fideles, tamen officium orationis asperitate corrumpunt: his peiores sunt, qui sermone benigni, re lædunt: pessimi verò qui quũ verbis molesti sunt, tamen factis noxij.

26 *Sapẽter.*

Cùm sophista quispiã appararet recitare librum, & Antalcidę percontanti, quod esset argumentũ, respondisset, Herculis Encomiũ: Quis, inquit, illum vituperat? uperuacaneũ existimans in eo laudãdo sumere operã, quę vno ore prędicarent omnes. Hercules autem apud Spartanos religiosissimè colebatur.

27 *Salsè.*

Ad Agesilaum in pugna cum Thebanis vulneratum, Habes, inquit, doctrinæ tuę mercedẽ, qui eos pugnare docueris, cum antè pugnare nec scirent, nec vellent. Videbantur enim Thebani crebris Agesilai ad uersus ipsos expeditionibus euasisse bellaces. Significabat inutile semper cum iisdem bello confligere, ne vsu colligant bellandi peritiam.

28 *Est superiùs pag. 30. apo. 69*

Idem muros Spartæ, dicebat iuuenes esse Spartanos: fines autem Spartanæ ditionis, esse lanceārum cuspides, sentiens ciuitatem nõ egere mœnibus, quę iuuentutem alat bellis idoneam: & eo vsque portigi ditionem Lacedæmoniorum, quousque pertingerent armis:

29 *Et hoc anse tepag. 18. apo. 29. 30 & 31.*

armis: significans virtute, non dolis aut pecunia propagandum imperium.

30 Cuidam roganti quamobrem Lacones in bello, breuibus pugionibus vterentur: Quoniam, inquit, cominus eũ hoste pugnamus. Lepidè torsit in argumentum fortitudinis, quo ille volebat eos videri minus vtiles bello.

Lepidè.

ANTIOCHVS.

31 Antiochus Ephorus cùm audisset, quod Philippus Messeniis dedisset agros, percontabatur, num vires quoque dedisset, per quas aduersus pugnantes pro agris, tueri possent quòd erat datum.

Argutè.

ARGEVS.

32 Argeus, quibusdam non suas, sed aliorum quorundam vxores prædicantibus: Per Deos, inquit, de bonis & honestis mulieribus nihil temerè loquendum est, sed in totum quales sint oportet ignorari præterquam solis maritis, quibus cum viuunt. Tam insignis erat apud priscos virginum & vxorum pudicitia, vt eas ab alijs quàm à parẽtibus aũt suis maritis conspici, gradus aliquis ad impudicitiã haberet: tãtaq; cautione consulebat illarũ famæ, vt parũ pudica videret, de qua rumor quamuis vanus oriri potuit: sed ea demum summa matronalis pudicitiæ laus haberetur, si mulier adeò domi conclusa viueret, vt nullus esset, qui de ea vel bene, vel malè loqui posset: propterea quòd hoc ipsum matronã versari in fabulis, trahique per ora hominũ, prostitutionis genꝰ putaret. Etenim q laudat alienam vxorem, videt habere cognitã, cuius laudes prædicat, quod ipsum aliquid detrahit pudori fœmineo. Quid igitur vir ille præclarus sentiret de matronis, quæ sine maritis interesse gaudent iuuenum cõuiuijs, quæ

Pudicitia virgum.

quæ eurſirant ad alienatũ ciuitatũ dies feſtos & emporia, quę ducunt choreas ex viris ac fœminis alternè mixtas, q̃ in balneis corpus nudum oſtẽdunt quorumlibet virorum oculis?

Quodam tempore faciens iter per Selinun 33
tem, quum in monumento quodam hoc Elegiacum carmen vidisset inſcriptum:

Hoſce tyrannidã dum extinguunt, Mars ſubſtuli atrox.
Ponè Selinuntis mœnia conciderant.

Iure periſtis, inquit, qui tyrannidẽ ardentẽ conati ſitis extinguere: contrà magis oportuit illã ſinere, donec tota deflagraret. Arripuit iocũ ex occaſione verbi, Extinguere. Extinguit enim qđ opprimitur, & extinguitur ineẽdiũ.

ARISTO

Ariſto cuidam laudibus uehenti dictũ Cleo 34
menis, qui rogatus, quid oporteret bonum regem facere, reſpondit, Amicis benefacere, inimicis male: At quanto præſtantius eſt, inquit, vir optime, amicis benefacere, & ex inimicis reddere amicos. Hanc ſententiam citra controuerſiam primus omnium Socrates prodidit, & ad illum autorem refertur.

Humanior.

Alij cupiam roganti: quot eſſent numero 35
Spartiatæ. Quot, inquit, ad arcendos malos ſufficiunt.

Cum Athenienſis quidam apud illum reci 36
taret funebrem orationem conſcriptam in laudẽ eorum, qui fuerant à Lacedęmoniis in bello cęſi: Quales igitur, inquit, nos eſſe putas, qui iſtos vicerũt? Mos erat apud Athenienſes, ut qui in prælio cecidiſſent, publicitus oratione laudarentur, quam illi uocant Epitaphium. In hac magno artificio amplificabatur & ciuitas Atheniẽſis, & populus: poſtremò peculiariter hi, qui fortiter in bello mortem

Argutè.

oppetissent. At vir generosi animi, nõ inuidit arte exaggeratis Athenienſium laudibus, ſed eas in ſuæ gentis gloriam retorſit. Itaq; recitator ille, magis illuſtrabat virtutem Lacedęmoniorum, quàm Athenienſium: Quandoquidé hoc conſilio Homerus multis modis attollit virtutem Hectoris, vt Achillis victoriam reddat illuſtriorem.

37 Archelaus regni ſocius Charilao, ſolitus eſt de illo dicere, quo pacto nõ ſit vir bonus Charilaus, qui ne ſceleratis quidé moleſtus eſt. Fertur.n. Charilaus mãſuetiſſimi fuiſſe ingenij. Hoc mox in Catalogo cõmemoratur in diuerſam ſniam, ac meo iudicio argutiorẽ. Et haud ſcio an in vita Lycurgi, ſupſit ſyllaba ου'κ. Ad hęc neſcio an Charilaus & Charillus idé ſint.

ARCHIDAMIDAS.

38 Archidamidas cuidam in laudẽ Charilli prædicanti, q; pariter erga cunctos fuiſſet mitis ac manſuetus: Et qua fronte laudetur aliquis, inquit, qui erga ſceleratos ſe mitem præbeat? Perſpexit vir egregius manſuetudinem cum iuſtitia coniunctam eſſe oportere. Alioq; principis in facinoroſo lenitas, quid aliud eſt quàm in bonos crudelitas? *Iuſtè.*

39 Idem cuidam qui viro vertebat Hecatæo rhetori, quod adhibitus ad ipſorum conuiuiũ nihil diciſſet: Videris, inquit, mihi neſcire, qd is, qui dicendi nouit artẽ, etiam dicendi norit opportunitatem. In ſenatu, in foro, in concionibus, in legationibus, alijsq; reipublicæ negotiis locus eſt oratori: in conuiuijs temulẽtis, maiore cum laude ſilet eruditus, quam loquitur. Sic periti bellatoris eſt, non minus ſcire fugiendi artem, quàm pugnandi.

ARCHIDAMVS.

40 Archidamus Xeuxidami filius, roganti quinam

quinam eſſent Spartanæ ciuitatis præfecti: Leges, inquit, ac legitimi magiſtratus.

Apud hunc quum quidam prædicaret citharœdum, eiusq; in canendo facultatem admiraretur: Heus, inquit, vir optime, quid honoris ac præmij abs te ferent boni viri, quũ tantopere prędices citharœdum? Reſtè taxauit non vulgi modò, verum & principum prępoſtera iudicia, qui plerunq; pluris faciũt Mimum aut Morionem, quàm ſapientem, fidiq; conſilij virum: citharœdũ verò, cuius ars non reipub. ſed voluptati ſeruit, adeò non iudicauit prædicandum, vt nec inter bonos viros habendum duceret. 41 *Artes inutiles.*

Ad eũ qui ipſi cãtorem commendare volẽs, dixit, hic eſt bonus cãtor: At apud nos, inquit, hic eſt bonus condimentorũ artifex: perinde quaſi nihil referret, vtrũ quis muſicorũ inſtrumentorũ ſono, an obſoniis, & condimẽtis voluptatẽ adferret. Apud Athenienſes cãtores erãt in ſummo pretio, quum coquis non haberet idem honos. Lacedæmoniis verò nihil placebat artium, quod ciuium animos effœminaret magis quàm ad virtutem accenderet. 42 *Ars inutilis.*

Quodam illi pollicente vinũ ſuaue: Quorſum, inquit, opus? Quandoquidem & plus abſumetur, & quæ fortes decent viros, ea reddet inutiliora. O verè maſculinum animum & omnium delitiarum contemptorem. 43 *Continenter.*

Cũ Corinthiorum vrbem obſideret, vidit è ſolo mœnibus proximo exilire lepores, moxq; verſus ad commilitones. Habemus, inq;, hoſtes expugnatu faciles: quod fortuitu acciderat, velut in omnem rapiens. Molles enim ac parum viros Græci leporis vocabulo notare ſolent: argumento eſt illud è comœdia, Tute lepus es, & pulpamentum quæris. 44 *Solerter.*

45 A duobus inter se dissidentibus delectus ar
biter, ambos duxit in lucum Mineruę cogno-
mento Chalciœcæ sacrum ibi exegit ab illis
Seiserter. iusiurandum, vt starent arbitri iudicio, id vbi
iurassent, Pronuntio, inquit, ne prius hunc lo
cum exeatis, quàm quod inter uos est dissidii,
deponatur, & inuicem reconciliemini. Reperit vir ingeniosus quo pacto fieret, ut nec ambos offenderet, recusato arbitrio, nec alterum è duobus alienaret, si pro altero contra alterú tulisset sententiam Apud Lacedęmonios autè nefas erat fallere, quicquid in Mineruæ templo promissum esset.

46 Cum Dionysius Siciliæ tyrannus filiabus
Archidami vestes splendidas, multiq; pre-
tii dono misisset, recusauit accipere, dicens:
Seuerè. Vereor ne hoc amictu puellæ mihi turpes videantur. Intellexit vir prudens virgines nullo cultu melius ornari, quàm simplici: porrò sericis, gęmis, & auro dehonestari magis quàm ornari: propterea q; vestitú luxus arguit animú parú sobriú, & intuentiú animos ad libidiné solicitat citiꝰ, q̃ ad honestá opinioné. Decet aũt vt virgo tota & vndiq; virgo sit, nec vlla ex parte det corruptę mẽtis significationé.

47 Conspiciens filium suum cum Athenien-
Audacia periculosa. sibus iuueniliter ac temerè cõgredientem. Aut viribus, inquit, adde, aut animis adime. Docens periculosam esse audaciam, si uires non suppetant spiritibus.

ARCHIDAMVS ALTER.

48 Archidamus Agesilai filius post conflictum
Arrogantia. apud Cheroneam habitum, quum à Philippo rege Macedonum literas accepisset acerbius scriptas, hunc in modum rescripsit: Si metuis vmbram tuam, haud quaquam reperies illam factam maiorem, quàm erat ante victo-

victoriã. Grauiter admonẽs non esse prudentię ob fortunæ successum intumescere, quum ipse sit nihilò maior. Æquum autem est, vt homo se suis ac propriis bonis metiatur potius, quàm externis, quę fortuna, cùm libet, dat; quum visum est, eripit.

49 Percontanti quàm spaciosam regionem ob
tinerent Spartiatæ: Quantam, inquit, hasta
Hoc ante dictũ pag. 18. apo. 19 possunt assequi. Allusum est autem ad mensores agrorum, qui decem pedis aruorum metiuntur.

50 Periandro, qui cùm esset arte medendi ce
lebris, & in primis laudatus, carmina scribe-
Degeneratio. ret infelicia: Quid inquit, tibi accidit Periander, vt pro eleganti medico, malus poeta vocari concupiscas? Notauit hominum mores, qui res honestas aggressi degenerant ad sordidiora, quum consultum sit vnumquenque in ea se arte exercere, in qua valet plurimum.

51 In bello, quod gerebatur cum Philippo, qui
busdam suadentibus, vt procul à patria pu-
gnaretur: Haud istud spectandum est, inquit,
Fortiter. sed bene pugnantes, hostibus erimus superiores: Significans non perinde referre vbi conflictans cum hoste, vt quàm strenuè se gerat dux aut miles in bello.

52 Cùm Arcadas bello superasset, ob id lauda
tus à quodam: Præstantius erat, inquit, si illos
Victoria speciosa. prudentia quàm viribus superassemus. Intelexit dux egregius, nullam esse speciosiorem victoriam, quàm virtute vincere, quum viribus superemur & à brutis animantibus.

53 Cùm irrupisset in Arcadiam, audito quòd
hostibus Elei ferrent auxilium: scripsit illis
Breuiter. in hunc modum: Archidamus Eleis quies bona. Nou potuit breuius & suadere quod erat illis commodum, & minari malum, si quid

perperam aggrederetur. Decet hæc breuiloquentia & ducem & Laconem.

54 In bello Peloponnesiaco, sociis rogantibus, quanta pecunia futura esset satis, ac postulantibus, ut tributorum certum modum præscriberet: Bellum, inquit, non quærit definita: significãs eos qui bellum susceperunt, oportere per omnia seruire belli necessitatibus, quarũ nullus est certus modus, q; variæ sint bellorũ præter expectationem occasiones.

Bella incerta.

Vbi vidisset iaculum catapulta mittẽdum
55 id temporis primum ex Sicilia aduectum: Ex clamans, inquit, Hercules periit viri virtus. Quoties enim instrumentis bellum geritur, quæ misso telo, saxove procul feriunt, minimum interest inter fortem virum & ignauũ. Verùm ubi cominus res geritur, tum apparet qui viri sint, qui non.

Fortiter.

56 Quum Græci nollent rescindere pacta, quæ cum Antigono, & Gratero pepigerant, & amplecti libertatẽ quã offerebat Archidamus, veriti ne grauiores essent habituri Lacedæmonios, quàm Macedones: Ouis, inquit, semper eandẽ edit vocem. Cæterùm homo multas ac varias emittit voces, donec, quod decreuit, cõfecerit. Nullum autem est animal, cui tam varia vox sit, quàm homo. Hoc apophthegma videri possit indignum Lacone, nisi post integritas eius gentis, barbarorum commercio degenerasset. Dicti potest honestus aliquis vsus esse, veluti si quis admoneat pro tempore, proq; re nata variandum esse sermonis habitum. Est vbi loquendũ sit seuerius, est vbi blandius, est vbi magnificentius, est ubi submissius, est vbi iucundius, est vbi durius. Id si fiat citra perfidiam, prudentia est. Porrò ouini mores dicuntur hominum stupidorum, qui sese nescíunt

Vafrè.

sciunt rebus ac personis accommodare. Græcorum igitur constantiam Archidamus stultitiæ tribuit, qui proposita libertate nollent mutare vocem.

ASTYCRATIDAS.

Astycratidas posteaquàm Agis superatus est 57
apud Megalopolin in prælio aduersus Antigonum, cuidam dicenti: Quid nunc facturi estis Lacedæmonij? An Macedonibus seruituri? *Generosè.* Quid tandem, inquit? Num Antigonus vetare potest quò minus in pugna pro patria mortem oppetamus? Generosa vox, sentiens libertatem vrbis esse vita chariorem, nec turpiter occumbere, qui pro patria pugnans, moritur. Quoniam moriendi potestatem nullus hostis potest eripere, quisquis mortem contemnit, habet quo, quum vult, semet in libertatem asserat. Ea uox arguit egregiè fortem animum, sed cuius exemplum nulli bono sit imitandum. Fortius est diutinam seruitutem quàmuis duram perferre, quàm morte finire dolores. Multoque sanctius est, quod docet Socr. non esse fas animam de corporis præsidio decedere, iniussu imperatoris.

BIAS LACEDÆMONIVS.

Bias Lacon insidijs circumseptus ab Iphi- 58
crate Athenienſium duce, quum illius milites rogarent, quid in eo rerum statu esset faciendum: Quid aliud, inquit, nisi vt vos seruemini, ego pugnando moriar? Talis erat animus Catonis Vticensis, qui cæteris suasit, vt suæ saluti consulerent, ipse spontanea morte turpem effugit seruitutem.

BRASIDAS.

Brasidas quum murem in cariis compre- 59
hendisset, morsus ab eo dimisit captũ, moxq; ad eos q aderãt: Vt nullum, inquit, est animal

Solerter. tam minutum, quin seruari, possit modò ausit vlcisci inuadentes Hoc dicto fortis & animosus dux suis animũ aduersus hostes addidit.

60 In prælio quodam per clypeum vulneratus, duxit hastã à vulnere, & eadem hostẽ interemit, qui vulnerauerat. Pulcherrimum est inimicum suis ipsius armis opprimere. Hoc apophthegma non est:

61 Cuidam percontanti quomodo vulnus acceperit, per quam festiuiter rñdit, Prodẽte me scuto. Ita crebrò malum per illos venit, quorum præsidio credimus nos esse tutos.

Lepidè.

62 Egressus ad bellum hunc in modũ scripsit Ephoris: Quicquid erit malorum in bello, aut profligabo, aut moriar: testatus animum fortissimo duce dignum. Nam euentus, homini non est in manu. Cæterùm vbi cecidisset in prælio, dum Græcos Asiam incolentes liberat, & id nuntiaturi oratores Lacedæmonẽ missi matrem eius Archileonidem adissent, illa nihil prius rogauit, quàm an Brasidas honestè occubuisset. Thracibus illius virtutem collaudantibus, dicentibusque non esse apud Lacedæmonios alium illi parem: Ignoratis inquit, hospites, quales sint Lacedæmonij. Erat quidem vir bonus Brasidas, cæterum Sparta multos habet illo præstantiores. Vtrum in hac fœmina magis admirari conuenit, animine generositatem, quæ de filij morte, quòd obtigisset honesta, gloriandum etiam putaret, tantum abest, vt muliebriter defleueritan mode stiam & in patriam affectum, quæ non passa fit ita filium prædicari, vt reliquorum Spartanorum glorię decederet aliquid?

Fortiter.

DAMONIDAS.

63 Damonidas quum à chori magistro postremum in choro locum accepisset, Euge, inquit, Cho-

Chorage reperisti quo pacto & hic locus quũ per se sit inhonoratus, fiat honorificus: Generosus adolescentis animus, qui fiducia sui nõ metuit, ne locus abiectior esset dedecori, sed citius futurum arbitrabatur, vt per ipsum locus fieret honoratior. Id enim sępenumero factum legimus, vt hominis virtꝰ magistratui p se contempto & humili dignitatẽ cõciliarit.

Habetur antea simile pag. 9. apo. 8.

DAMIS.

Damis, quum Alexander Magnus per literas petisset, vt Lacedæmoniorũ decreto deceme rentẽ ipsi diuini honores, & in deorũ numero referretur Agè, inquit, cõcedam⁹ Alexãdro, si velit appellari Deꝰ. Vt despectim risit stultã principis ambitionem, qui putarit ab ijs posse creari Deos, q ipsi nihil aliud essent quàm homines: aut si hoc non putauit, insigni stultitia falsi nominis vmbra gloriaretur.

64 *Ambitio notata.*

DAMINDAS.

Damindas quum Philippus irrupisset in Peloponesum, & quidam ita loqueretur, periculũ est, ne acerba patiant Lacedæmonij, nisi Philippo reconcilient: O semiuiri, inqt, qd nobis poterit acerbe accidere, q mortem cõtenim⁹?

65 *Mortis cõtemptus.*

DERCILLIDAS.

Dercillidas orator missus ad Pyrrhũ, q iã exercitũ duxerat in tertã Spartanorũ, vt cognosceret quid sibi vellet, quũ Pyrrhus prscriberet, vt regem suum Cleonymũ reciperent, alioqui futurum vt intelligerent se nihilò cęteris esse fortiores, hunc in modum respondit: Si Deus est Cleonymus, nõ metuimus eũ, quippe qui nihil sceleris cõmisimus: sin homo est: nihilò est nobis præstantior. Hoc dilemate taxauit superbas regum minas.

66 *Generosè.*

DEMARATVS.

Demaratus postquàm cum ipso colloqum. 67

Oron-

Orontes habuisset asperius, cuidam dicenti, Asperius tecum egit Orontes ò Demarate: Nihil, inquit, in me peccauit. Siquidem qui ad gratiam colloquuntur, hi lædunt, non qui durius cumque maleuolentia verba faciunt. Intellexit vir prudens nihil esse nocentius blandiloquio, quod vt non fallat, reddit hominem insolentiorem. at ex odio durius loquitur, adeò non lædit, vt interdum profit etiam, ei præsertim qui nouit ex inimico decerpere fructum aliquem.

Blandiloquium.

68 Cuidam percontanti, quâ ob causam apud Spartanos, qui scutum abiecissent, notarentur ignominia & infami vocabulo Rhipsaspides appellarentur; qui galeas aut thoraces, non item: Quoniam, inquit, hęc sua ipsorum causa gerunt, scutum verò communis exercitus gratia: significans vnicuique pluris esse faciendam communem vtilitatem, quàm propriâ. Qui galeam aut thoracem abiicit, seipsum prodit tantùm, & exarmat: qui scutum abiicit, prodit vniuersam phalangem. Nam obtentu clypeorum tota acies tuta est aduersus hostium iacula.

Publica vtilitas.

69 Cum audiret cantorum quendam ostentâtem artem suam, nihil aliud laudis illi tribuit, tantum ait. Mihi videtur non malè nugâri. Tantus erat contemptus artium, quæ licèt essent operosę: tamen solummodo delinirent aures, nullam seriam vtilitatem adferrent reipublicę

Ars inutilis.

70 In cõtessu quodam rogatus, vtrum ob stultitiam, an ob sermonis inopiam sileret: Atqui stultus, inquit, ne possit quidem silere. Quidã hoc præclarum, existimât, si nunquàm sileat, quum id sit fatuitatis argumentum: ut contrà silentium, vbi loquendi tempus non est,

Silentium opportunũ

est, prudentiæ signum est.

Cuidam percontanti quur exularet Sparta, quum esset rex, Quoniam, inquit, leges sunt in ea potentiores. significans regem apud Lacedęmonios esse principem ciuitatis: at non legum dominum: sed his non minus obnoxium regem quàm ciues. hoc ipsum laudabat in suæ gentis institutis, per quod cogebatur exulare. Dedit interim insigne moderationis specimen æquo animo ferens exilium autoritate legum indictum, nec de patria male loquens, nec de legum iniquitate quærens. 71 *Moderatè.*

Persa quidam à rege defecerat Is suasu Demarati mutatus, quum reuertisset ad suos, tentaretque eum rex interficere: Turpe, inquit, fuerit ò rex, si cum hostis fuerit, non potueris ab eo defectionis pœnas sumere, nunc amicum factum velis occidere. Hoc prudentissimo dicto, & regis indignationem temperauit, & eius, cui reditum persuaserat, incolumitati consuluit. Vtrique consultor vtilis, alteri, ne quid indignum regia mansuetudine cõmitteret, alteri, ne pœniteret ab errore reuocanti paruisse. 73 *Clemẽter.*

Ad eum verò qui apud regem Persarum parasitum agebat, ac subinde in Demarati exilium dicterijs ludebat: Non, inquit, amice tecum pugnaturus sum. Nam vitæ aciem absumpsi: Ludens ex ambiguitate vocis: τάξις enim Grǽcè, tum ordinem sonat, tum aciem. Nullus autem ad pugnam instructus est, cui nulla supereſt acies: & ordinem vitę absumpsit, qui ex rege factus est exul. 74 *Moderatè.*

EMEREPES.

Emerepes Ephorus, ex Phrynidis musici citthara, nonem habente chordas, duas incidit, 75

Noli-

Noli, inquiens, deprauare musicam. Prisci ex-
Frugaliter. tores non nouerant nisi septem chordas qui-
bus aliquid addere, ac musicam pro simplici
reddere operosiorem, iudicabat artis esse cor-
ruptelam. Adeò Lacedæmoniis nulla non in
re placebat simplicitas ac frugalitas.

EPÆNETVS.

76 Epænetus dicere solitus est, mendaces om-
nium scelerum & iniuriarum autores esse.
Ea sententia non dissonat à literis Hebræo-
rum, quæ narrant serpentis mendacia pri-
mùm fores apertas omni vitiorum generi.
Mendacium Mendacium autem nomine continentur, as-
sentatores, calumniatores, infidi consiliarij,
peruersi educatores, qui fontes sunt ferè malo
rum omnium, quibus sursum deorsum tur-
batur vita mortalium.

EVBOIDAS.

77 Euboidas audiens à quibusdam prædicari
Habetur vxores alienas, non approbauit id factum, di-
pagi. 48. cens de moribus ingenioque vxorum apud
apo. 32. exteros nullam omnino faciendam esse men
tionem. Qui non tulit laudari coniuges a-
liorum, quid faceret vituperantibus? pri-
ma laus pudicitiæ matronalis est, nulli
notam esse præterquàm suo viro, qui cum
cubat.

EVDAMIDAS.

78 Eudamidas Archidami filius, Agidis fra-
ter, quum audisset Xenocratem iam senem
in Academia cum amicis disputantem, per-
contatus est, quis esset ille senex. Responderat
aliquis illum esse virum sapientem, & ex eo-
Argutè. rum numero, qui virtutem quærerent: Et
quando, inquit, ea vsurus est, si adhuc quæritat?
Visum est Laconi ineptum, per omnem vitam
de virtute disputare, veluti de re controuersa,
quum

quùm oporteat à prima statim adolescentia
habere certissima decreta de honesto, impres
sa animo, & secundum virtutem exerceri,
non quærere quemadmodum faciunt philo-
sophi, qui magna contentione inter ipsos de
summo bono ac malo digladiantur, ne in
hoc quidem satis consentientes, quid sit vir-
tus aut beatitudo.

Idem audito philosopho qui disseruerat, so 79
lum sapientem esse bonum belli ducem: Ser- *Experien-*
mo quidem, inquit, mirificus est; at qui eum *tia.*
dicit, fide caret, eò quòd illum nunquàm cir-
cumsonuit tuba. Probauit sententiam, sed in-
dicauit neminem cum fide loqui de re, quàm
nullo modo sit expertus.

Die quodam quum Xenocrates argumen- 80
tum, quod tractabat, differendo absoluisset,
iamque finem dicendi fecisset, superuenit Eu
damidas: cui quum comitum quispiam di-
xisset, Posteaquàm nos adsumus, tum ille de-
sist dicere: Recte, inquit, siquidem ea dixit,
quæ uoluit. Rursus quum alter diceret, Bonũ
erat audire, putans fore vt sua causa iuberet
Xenocratem eadé de integro disserere: Quid, *Urbanè.*
inquit Eudamidas, si veniissemus ad iam cœ-
natum, num postularemus vt cœnaret ite-
rum? Ciuilitatis erat, quòd philosophum ad
iterandam disputationem perpellere noluit,
quod ea res nõ catuisset tædio dicentis: Laco-
nicæ virtutis erat, quòd magis admirabatur
præclara facinora designantes, quàm de virtu
te differentes.

Cuidam percontanti, quur ciuibus bellum 81
aduersus Macedones susceipere volentibus, ip-
se autor esset quiescendi: Quoniam, inquit, *Ciuiliter.*
nolo illos mendacij arguere. Tectè signi-
ficans Spartanos gloriosè magis quàm ferìò
bellum

bellum poscere. Eos prodidisset Eudamidas, si ipse quoque bellum approbasset. Tum. n. fore putabat, vt cives bellū detractarent. Nūc effecit. vt per ipsum stetisse videretur quo minus bellum susceptum esset, ac ciuibus fortitudinis gloriam reliquit integram, quasi prōptos haberent ad bellandum animos.

81 Cùm quidam commemorando laudem ac trophæa, quę Lacedęmonij ex rebus cum Persis præclarè gestis retulissent, hortaretur ad bellum cum Macedonibus suscipiendū: Ignorare mihi videris, inquit, isthuc idem esse, ac si quis deuictis mille ouibus, pugnaret cum quinquaginta lupis: significans Persas vt delicijs effœminatos, & ob id imbelles, non fuisse difficile vincere: sed aliud esse cum Macedonibus bellacissima gente rem habere. Proinde qui ob victorias à Persis reportatas censeret cum Macedonibus bellum item suscipiendum, nihilo probabilius diceret, quam si quis ei, qui vicisset mille oues, diceret, aude cum quinquaginta lupis congredi, qui tot oues deuiceris. *Argute.*

83 Rogatus de cantore quodam, qui feliciter cecinerat, qualis ipsi videretur: Magnus, inquit, in re parua delinitor. Contempsit operosam artem, cuius nullus erat fructus, præter inanem, ac temporariam delectatiunculam aurium. *Ars inutilis.*

84 Cùm quispiam prędicaret laudes vrbis Athenarū: Quis, inquit, eam ciuitatem merito laudet, quam nemo dilexit, factus ipso melior? Non iudicauit eā vrbē esse dignam vlla laude, quæ sic esset corrupta delicijs ac vitijs, vt nullus in ea libēter viuēs euaderet melior, sed deteriores oēs: tacitè prędicans Spartam Athenis, in qua qui vixisset, efficeret melior. *Integrè.*

Argiuo cuidā dicenti Lacedęmonios peregrinationibus reddi deteriores, & interim degenerare à maiorum legibus & institutis: At vos, inquit, quum Spartā venitis, nō deteriores, sed meliores euaditis. Dictū retorsit in Argiuū: Nam hoc dicens magis suam gentem vituperauit, quàm Lacedęmoniorum: simul indicauit quantopere referat, inter quos viuas. 85 *Argutè.*

Cùm Alexander in Olympijs prędicio ius fecisset omnibus exulibus in suam cuique patriam redeundi, prętereà Thebanis: Infortunatum quidem, inquit, prędicium, sed vobis ò Thebani gloriosum: Solos. n. vos metuit Alexander. Ad consolandos Thebanos sic interpretatus est vir animi solertis. Etenim qui permittit exulibus reditum in suam patriā, non metuit, ne moliantur vindictam. A Thebanis igitur solis metuebat. 86 *Argutè.*

Rogatus à quodam, quā ob eām Lacedęmonii prius q̄ irent in prælium, Musis immolarent, quum musis nihil videretur cum Marte esse commercij: Vt rebus, inquit, fortiter gestis contingat honesta commemoratio. Bene gerendæ rei laudem sibi tribuebant: vt autem egregia gesta splendidis verbis celebrarentur, hoc à musis eloquentiæ prælidibus petendum iudicarunt, eò q̄ ipsi negligerent eloquētię studium: simul admonebat nō expetendā honorificam memoriā, nisi rectè factis promeritam. 87 *Generosè.*

EVRYCRATIDAS.

Eurycratidas Anaxandridę filius, percontanti quur Ephori per singulos dies de conuentis & contractibus ius dicerent. Vt inter hostes etiam, inquit, mutuam fidem inueniamus. Maiore reipub. discrimine pacta violantur in bellis; sed illic quoq; violantur ab his, qui domi consueuerint fallere. 88

HERONDAS.

89 Herondas quum esset Athenis, audisset*que* quendam iudicum sententia damnatum de crimine ocij, qui mœstus incederet, & ab amicis mœstis deduceretur, iussit sibi commonstrari eum, qui in causa liberali reus peragere-
Generose. tur. Lacedęmonij quicquid erat sordidarij artium, non per ciues, sed per Helotas mancipia exerceri volebant: eoque mirabatur Herondas, ob id quenquam vocari in ius quòd seruilia non exerceret ibique, pro crimine haberi, quod Laedęmone iudicaretur honestum ac liberale.

THEARIDAS.

90 Thearidas quum gladium cote acueret, rogatus à quopiam num esset acutus: Acutior, inquit, calumnia: grauiter innuens remocentissimam esse calumniam.
Calumnia.

THEMISTEAS.

91 Themisteas quum esset uates, prędixit Leonidæ reg. futuram apud Thermopylas internicionem tum ipsius, tum commilitonũ eius. Itaque quum à Leonida Lacedæmonem mitteretur, hoc quidem titulo, vt renunciaret euẽtura, sed re vera, ne simul cum alijs periret nõ
Humaniter. sustinuit ire, dicens: Vt pugnarem huc missus sum, non vt ferrem nuncia. Quis non admiretur in vate tam præsentem animum? Præuidit exitium, nec euitare voluit, quum id liceret honesto titulo. Admirabilis etiam fuit Leonidæ moderatio, qui vati tristia nuncianti non tantum non succensuit, sed & vitæ, & fa-
Fortiter. mę illius consultum voluit.

THEOPOMPVS.

92 Theopompus interroganti quo pacto quis regnum tuto possit tueri: Si, inquit, amicis
Moderatè. concedat iustam libertatem, pro viribus interim

terim aduigilans, ne subditi afficiantur iniuria. Multis principibus exitio fuit, quòd amicis nihil non permitterent, ciues iniuria affectos negligerent. His temperantia adhibenda est, vt princeps nec amicos alienet tyrannica sæuitia, nec patiatur illos regia familiaritate abuti ad quiduis audendum præter ius aduersus plebeios, qui nimium irritati sæpe Reges suos excusserunt.

Hospiti cuidã iactanti, quòd apud Theopompi ciues, philolacon, hoc est, Laconum amãs diceret. Prestaret, inquit, si φιλοπολίτης id est, ciuium amans diceretis, potius quàm Laconum. Alter expectabat, vt sibi pro studio erga Lacones agerentur gratiæ. At ille notauit hospitem, qui alienę ciuitatis studiosus haberi mallet quàm suę. Porrò quisquis alienam rempub. vehementer adamat, suam quodammodo vituperat. 93 *Argutè.*

Huic simile est illud: Cum legatus ab Helibe missus diceret sibi ob id à ciuibus legationem commissam, quòd vnus Laconicam vitã admiraretur: rogauit hominem, vtrum meliorem duceret vitam, aliorum ciuium, an suam ipsius. Cum is respondisset suã ipsius: Qui potest, inquit, igitur ista ciuitas seruari, in qua quum multi sint, vnus tantum bonus est? Salsè taxauit oratoris imprudentiam, qui Lacedæmonios ac sese laudarit cũ suorũ ciuiũ vituperatione. Probabat Lacedęmoniorũ mores, sed solus Helidensiũ: restabat igitur, vt apud Helidenses non esset nisi vnus vir bonus, cui placerent honesta. 94 *Argutè.*

Dicẽte quodã ideo seruari rempub. Spartanã, ꝙ reges scirẽt imperare, Imo potius, inquit, quod ciues sciãt parere: insigni modestia regum laudem in ciues transferens. 95 *Grauiter.*

Multum habet momenti principis integritas, sed multo plus ciuium recta institutio.

96 Cum Pylij decretum edidissent, quo Theopompo tribuebantur summi honores, rescripsit, Mediocres honores ipsum tempus auget, immodicos abolet. Hoc animo quid excellentius? quod alij sibi aut vindicant arroganter, aut ambiunt ineptè, hoc vltro delatum reiecit, simul & suam declarans modestiam, & amicos admonens, in omni re modū esse optimum. Quin & illud acutè perspexit, quæ subitò crescunt in altum, non esse diuturna, quod genus sunt betæ & cucurbitæ: cæterorū quæ paulatim augescunt, ea ferre ætatem, veluti quercum & buxum.

Modestè.

97 Cuidam offendenti ciuitatis suæ mœnia, ac percontanti, num valida & alta viderentur: Minime, inquit, si quidem sunt mulierū: sentiens ciuitatem satis munitam esse, si viros habeat: sin minus, nihil prodesse quamlibet operosa munimenta.

Non est in Græco, sed Philelphus vertit.

98 Vxori obiurganti, quòd regnum humilius ac minus esset filijs traditurus, quàm acceperat: hactenus igitur, inquit, maius quod diuturnius? Ita Plutarchus in vita Lycurgi. Quæ moderata sunt in longum tempus durant, & hoc ipso meliora sunt.

Sapiēter.

THECTAMENES.

99 Thectamenes posteaquam Ephori capitis sententiam in ipsum pronunciassent, abiit ridens: Rogantibus qui aderant, an etiam contemneret Spartanorū leges, Nequaquam, inquit quin gaudeo potius, & hæc mihi mulcta soluenda est, quum eam nec indixerim cuipiam, nec à quopiam mutuo acceperim. Vir innocens non accusauit patriæ suæ leges, sed hoc felicitatis esse iudicabat, quòd mori iuberetur, qui neminem ad mortē adegisset. nec cuiquam deberet vitam nisi sibi. Facetè mortis pœnam vocauit mulctam, rem atrocē molliori vocabulo signans. Iure autem cogit soluere pecuniam, qui eā vel extorsit ab alio, vel mutuo sumpsit M. Tulli' hoc apophthegma sic vertit Tusculan. quæst lib. 1. Cum Lacedæmonius quidam, cuius ne nomen quidē proditū est, mortem tantopere contempserit, vt quū ad eam duceretur, damnatus ab Ephoris, & esset vultu hilari atq; læto, dixissetq; ei quidam inimicus, Contemnis ne leges Lycurgi? respondent, Ego verò illi maximam habeo gratiam, qui me ea pœna mulctauerit, quam sine mutatione & sine versura possem dissoluere. O virum Sparta dignum, vt mihi quidem qui tam magno animo fuerit, innocens dānatus esse videatur. Pro διαπράξαιτο Cicero vertisse vī, versuram. Lusit aūt contemptu mortis Thectamenes, quasi mors leuior esset mulcta, quàm pecuniaria, quòd illam quisq; de suo posset soluere, ob hanc multi cogantur vsuram aut versuram facere.

Mors contempta.

THERYCION.

100 Therycion è Delphis rediens quum videret in Isthmo angustias à Philippi copijs occupatas. Malos, inquit ò Corinthij portarum custodes vos habet Peloponnesus. Allusit eo, & grauiter animaduerti solet in ciues, quibus vrbis portæ commissæ sunt, si eas indiligenter custodierint. Multo magis accusari merebantur Corinthij, qui totius Peloponnesi portas Philippo prodidissent.

HIPPODAMVS.

101 Hippodamus quo tempore Agis aduersus Archidamū aciem instructam habebat, simul cum Agide iussus est ire Spartam, curaturus

illic ea, quibus erat opus. An nō, inquit, honestius est, vt pro Sparta fortem bonumq; virum præstans mortem oppetam? Ac post sumptis armis, stansq; regi ad dexterā, pugnando interiit. Consultum volebant illius senectuti, quæ viribus defecta in bello non ita multum esset habitura momenti, in patria futura nonnulli vsui: excesserat enim annū octogesimum. at ipse sibi nō indulsit.

Mors contempta.

HIPPOCRATIDAS.

2 Hippocratidas acceptis literis à Cariæ satrapa, in quibus continebatur, Lacedæmoniū quendā quū fuisset cōscius insidiarum, Quas quidā ipsi struxerant, non indicasse ré, sed silentio texisse, simulq; rogabat satrapas, quid de illo facturus esset; respondit hūc in modū: Si quo magno beneficio illū affecisti, interfice: sin minus, eiice è regione, vt ad virtutem formidolosum. Ingratitudiné erga bene meritum censuit morte plectendā. Cęterum quod esset non per malitiā, sed per formidolositaté cōmissum, ei satis supplicij iudicabat exilium. Non enim ipse struxerat insidias, sed sibi metuens nō prodidit.

Moderatè.

3 Huic quum aliquando fuisset obuius adolescens, quem amator sequebatur, erubescenti adolescentulo: Cū his, inquit, oportet obambulare, cū quibus conspectus non mutes colorē: Docuit ex improbis cōuictorib⁹ nihil capi fructus, nisi probrū & ignominiā.

Pudicè.

CALLICRATIDAS.

4 Callicratidas classis præfectus, à Lysandri amicis sollicitatus, vt vnum quendā ex inimicorū numero permitteret ipsis interimere, & acciperet talēta quinquaginta: tametsi vehementer opus haberet. pecuniis ad soluendū nautis stipēdium, haud tamē cōcessit. At

Iustè.

At quū Cleander qui erat illi à cōsiliis, dixisset, Accepissem, si fuissem Callicratidas: Et ego, inquit, si fuissem Cleander. Mira ducis integritas, qui nulla pecunia licet necessaria, vel an hoc corrumpi quiuerit, vt in vnū hominem pateretur aliquid iniquū fieri; simulq; monuit in omni actione spectandum esse decorū personæ. Quod fortè decuisset Cleandrū, nō decuisset Callicratidē. Quod deceret plebeiū, non semp decet principem.

Idem profectus Sardeis ad Cyrum iuniorem, quo tum Lacedæmonij in bellicis socio vtebantur, petiturus pecunias rei nauali necessarias; primo statim die iussit renuntiari se cum Cyro velle colloqui. Quem vt audit bibere, Expectabo, inquit, donec biberit. Ac tum quidem abiit, quoniam intellexit eo die non posse dari conueniendi regis copiam, ne parum ciuilis haberetur. Postero verò quum iterum audisset illum bibere nec, se admitti ad colloquium, dixit ita curam habendam pecuniarum, vt ne quid tamen committeretur Sparta indignum: moxq; inde recessit Ephesum, multa imprecatus mala iis, qui primi à barbaris fuissent ludibrio habiti, eosq; sua patientia docuissent illos fiducia diuitiarū aliis illudere. Iurauitq; apud comites sese, vt primum Spartā rediisset, nihil nō facturū vt Gręcos inter se conciliaret, quò barbaris fierēt magis formidabiles, desinerentq; illius regis vitib⁹ inter sese pugnātes egere. Quid nō & faciunt & patiunt homines, vbi pecuniarū vrget inopia? At generosa Spartani mens maluit pecuniā negligere, q̄ effœminati regis tertiò pati fastidiū, quū alij leuioribꝰ de causis æquo animo ferant, si vel post totos sex mēses admittantur

Animosè.

tantur ad Regis colloquiũ. Deinde nihil imprecatus est ipsis barbaris aut regi, sed iis indignabat, qui primi sua tolerantia docuissent eos ob opulẽtiam tantas cristas sumere. Nam si fuissent oẽs, quales erant Spartani, opũ ac voluptatũ cõtẽptores, nũquam ad tantam insolentiam venissent barbari. Postremò singularis erat prudentiæ, q̃ perspexit Græcos non alia magis rõne posse barbaris reddi formidabiles, q̃ si positis intestinis simultatibus mutuam inter se concordiam sancirent. *Prudẽter.*

6 Interrogatus quod genus hominum essent Lones. Liberi, inquit, mali, sed serui boni: significãs illos nescire imperare ac libertate vti, sed seruitutem æquo animo ferre. videlicet referendos ad secundum hominum genus iuxta distinctionem Hesiodi, qui per se quidem nõ sapiunt, sed parent rectè sapienti. *Simile ante habetur pa. 36 apophth. 67:*

7 Quũ Cyrus stipẽdiũ misisset militibus, Callicratidi seorsum xenia, amicitiæ monumenta: stipendium quidẽ accepit, xenia verò remisit, negans sibi cũ ipso priuatam habẽdam amicitiam, sed quam haberet publicam cũ Lacedæmoniis omnibus, eandem illi secum quoq; intercedere. Quid hoc animo incorruptius, q̃ totus ad reipub. commoda spectabat?

8 Apud Arginusas quum esset nauali pugna conflicturus, atq; Hermon Nauclerus diceret, bonum esse ab eo loco soluere, quòd Athenẽsium triremes numero longè plures essent: Quid, inquit, tum postea? Atqui fugere ignominiosum est Spartæ ac damnosum: contrà, manentem aut mori, aut vincere honestissimũ. Gloriam vitæ anteposuit, sed publicam gentis, non priuatam suam. *Morĩ, contempta.*

9 Ante conflictum peracto sacrificio, quum aruspex nũtiaret ex incensis, exercitui quidẽ portendi victoriam, sed Imperatori mortem: nihil expauefactus: Haud penes vnum, inquit, sunt res Spartæ: Me siquidem mortuo nihilo deteriùs habitura est patria: sed si cessero hostibus, aliquid decedet patriæ. Itaquæ quum Cleandrum pro se ducem designasset, naualẽ pugnam aggressus est, ac pugnando interiit. *Mors contempta.*

portendi victoriam, sed Imperatori mortem: nihil expauefactus: Haud penes vnum, inquit, sunt res Spartæ: Me siquidem mortuo nihilo deteriùs habitura est patria: sed si cessero hostibus, aliquid decedet patriæ. Itaquæ quum Cleandrum pro se ducem designasset, naualẽ pugnam aggressus est, ac pugnando interiit.

CLEARCHVS.

Clearchus militũ auribus subinde solet inculcare, militi magis esse metuendũ Imperatorẽ q̃ hostem: quæ vox mortem minabatur militi, qui parum grauiter se gessisset in prælio. Honestius autem est cum laude vitam impendere patriæ, quàm cum dedecore pœnæ. Hoc dictum nõ quiuis milites laturi sint, sed hi facilè ferebant, quibus matres domi solent edicere, vt aut victores cum armis redirent, aut mortui in armis referrentur. *10*

CLEOMBROTVS.

Cleombrotus Pausaniæ filius, cum hospes quidam controuersiam haberet cum patre de virtute, Tantisper, inquit, pater est te præstantior, quo ad tu quoq; genueris. Ciuiliter deterruit hominem à cõtentione, q̃ pater vel hoc nomine superior esset, quod filium dedisset patriæ, quum ille nondum pater esset. *11 Vrbane.*

CLEOMENES.

Cleomenes Anaxandridæ filius, dicere solet Homerum esse poetam ciuiũ Lacedæmoniorum, Hesiodum verò Helotum, hoc est, seruorum, quod ille docuisset quomodo gerendum sit bellum, hic quomodo colendi agri. Nam, vt antè dictum est, Lacedæmonii tantùm ad bellicas res instituebantur, eoq; humiliores operas, & artes manuarias seruis commitebant, quos illi vocant Helotes. *12 Argute.*

Idem cũ Argiuis septem dierũ pactus indu-

cias, quũ obseruans deprehẽdisset illos tertia nocte indulgere somno, fiducia videlicet induciarũ, adortus est eos, & alios iterfecit, alios abduxit captiuos. Cæterùm quum illi probro daretur violata iurisiurãdi fides, De diebus, inquit, pactus sum, noctes non additę sunt in iureiurando. Quanquàm & alioqui quicquid mali quis fecerit hostibus, id & apud deos & apud homines habet iustitia præstãtius. Verũ huic magnificę voci non respõdit euẽtus. Nã & vrbe, cuius gratia violarat cõuenta, frustratus est, eò quod mulieres detractis è tẽplis deorum armis illũ vltæ sunt: perinde quasi diis ipsis, quos contẽpserat, pœnas de ipso sumẽtibus. Postremò versus, pœnas de ipso sibi gladiolo quodam fodit & incidit corpus a talis vsque ad loca vitalia, itaq; vitam finiit, ridens & ore didu cto. In hoc apophthegmate nihil habes imitatu dignum, vtile tamen exemplum ad vitandam iurisiurandi violationem.

14 *Animosè.* Cum augur illum dehortaretur, ne exercitum educeret ad vrbem Argiuorũ, alioqui reditũ illinc fore turpem, posteaquàm admouisset ciuitati copias, ac portas videret clausas, & mulieres in mœnibus, Hic, inquit, reditus tibi turpis videtur, in quo vitis mortuis, vxores occlusere portas? Fortis animus, si cum æquo bonoq; fuisset coniunctus.

15 *Moderatè.* Argiuis nõnullis illum conuitio lacessenti bus vt periurum & impium, Vobis, inquit, potestas est mihi maledicendi: at mihi potestas est vobis faciendi male. Admonet nõ esse tutũ eos maledictis irritare, quibus in manu est, quum velint, re ipsa lędere; ad hęc nõ oportere potentes humiliorũ dictis admodũ cõmoueri. Satis. n. vindictæ est, qđ licet, quum

quum libet, vlcisci, quum illis nihil aliud reliquum sit quàm malè loqui.

16 *Loquacitas.* Venerunt ad Cleomenem Samiorum oratores, hortaturi vt cũ Polycrate tyranno bellum susciperet: id quum fecissent oratione plus æquo prolixa, respõdit in hunc modũ: Quæ primo loco dixistis, non memini; & ob id ne media quidem intelligo: quę verò dixistis omniũ postrema, non probo. Admonet multiloquium non solùm molestum esse auditori, verum etiã ad persuadendum inutile, præsertim apud Principes, tum variis curis occupatos, tum auribus fastidiosis.

17 *Audacia.* Pirata quidam populabũdus discurrebat per agros Lacedæmoniorum. Is vt captus est, rogatus quur id ausus esset, Quoniam, inquit, deerat mihi commeatus, quẽ militibus præberem, ad eos veni, qui & habebãt nec sponte dabant, vi erepturus. Ad id Cleomenes, Compendiosa, inquit, malitia: Detestatus prædonis nefarium scelus, probauit tamẽ orationis expeditam breuitatem.

18 *Moderatè.* Cum improbus quidã ipsum conuitiis inceesseret, Nũ ideo, inquit, tu maledicis omnibus, ne si velimus respondere, otiũ habeamus vicissim de tua dicẽdi malitia? Vtè sublimi cõtẽpsit maledicũ, nec vllo respõso, nec alia pœna dignũ iudicauit hominẽ nullius rei, cui nihil esset pũdij pter maledicã lĩguã.

19 *Vrbanè.* Cum è ciuibus quispiam apud eum diceret, bonum regem omnino erga omnes mitem, & placidum esse oportet, Sed hactenus, inquit, ne sit cõtemptui: significãs erga improbos mansuetudinem nimiã esse inutilem ciuitati, notansq; quorundam mores q principes vehemẽter bonos & clemẽtes, quũ impẽsius amare debuerint, discunt habere con-

contemptui. Est quidem præcipua virtus in principe comitas ac mansuetudo, verum ob malorum ingenium hęc ita temperanda est, vt principi sua constet autoritas.

20 Cum diutino morbo vexatus, expiatoribus a diuinis auscultaret, antè non solitus idem facere, quodam id admirante, Quid miraris, inquit? Non enim idem sum nunc, qui tunc eram. Cum autem non sim idem, nec probo eadem. Elusit ille quidem inconstantiæ reprehensionem, verum tamen est, non eadem placere seni, quæ iuueni placuerant.

Argute.

21 Sophista quodã de fortitudine multa differente risit Cleomenes. At sophistæ dicenti, quid rides Cleomenes audiens de fortitudine differentem, præsertim quum sis rex? Quoniam, inquit, ò amice si hirundo de fortitudine loqueretur, idem facerem quod nunc facio: sin aquila, magno silentio auscultarem. Visum est ineptum quenquam de fortitudine magnificis vti verbis, qui ipse nihil fortiter gessisset vnquam, nec aliud posset quàm in hirundinis morem garrire.

Decorum.

22 Argiuis profitentibus se prioris conflictus fortunam, in qua victi fuerant, iterato prælio sarcire velle: Demiror, inquit, si duarum syllabarũ accessione facti estis meliores, q̃ eratis prius. Huius apophthegmatis argutia Latinè reddi non põt. Nam Græcis μάχεσθαι, pugnare est, ἀναμάχεσθαι redintegrare pugnã. Inter hæc duo verba nihil interest, nisi ꝙ posterius superat prius duabus syllabis ἀνα.

Facere.

23 Quidam per conuicium illum dixerat delitiis deditum. At hoc, inquit, satius est, quam iniustum esse. At tu pecuniarum amore teneris, quum quod satis est, possideas. Argute significauit neminem esse posse iustum teue-

Bellè retorsum.

tenacem, qui suprà q̃ satis est congerendi studio tenetur: ad hæc stultum esse qui alteri leuius exprobrat vitium, quum in ipsum illico grauius crimen possit retorqueri.

Quidam vt Cleomeni cantorem quendam commendaret, quum aliis multis nominibus prædicabat hoïem, tũ illud in primis affirmabat, eum esse cantorem inter Græcos præstantissimum. At Cleomenes ostenso quodam ex his, qui aderant, At per deos hic, inquit, apud me iuris condiendi artifex. Conté plit artem ad solam delectationem vtilem.

24 *Habetur antea pag. 53 ap. 42. Ars in vtilis.*

Mæander Samiorum tyrannus ob incursionem Persarum profugerat Spartam, oftendit q̃ quantam pecuniarũ vim secũ apportasset, & quantum Cleomenes vellet largiri. At Cleomenes ipse quidé nihil accepit, sed veritus ne quid aliis ciuibus donaret, adiit Ephoros, dixitq; satius esse, si hospité suum Samũ ex Peloponneso submouerent, ne cui Spartano pſuadeat, vt fiat malus. Ephori verò Cleomenis cõsilio parentes, eodem statim die promulgarunt edictum, vt Mæander Peloponeso decederet. Quantus in hoc hoïe diuitiarũ contemptus; à quibus non secus atq; à præsentissimo veneno timuit, ciuibus suis, quum plerique non aliter existiment beatas ciuitates, quam si quam maximè abundent opibus.

25 *Integre.*

Quodam interrogante, quur Argiuos cum Lacedæmoniis bellũ gerentes, quum sæpenumero vicissent, nõ deleuerint: Ne optauerim? quidé, inquit, illos deletos, vt habeamus qui iuuenes nostros exerceant. Perspexerat egregius dux corrumpi iuuentutẽ, si permittatur ocio, luxus ac malorum omnium magistro.

26 *Industrie.*

Percontanti cuidam, quam ob causam Spartiatæ non dicarent diis spolia ab hostib. detra-

detracta; Quin, inquit, à timidis venerũt. Porrò quæ parte sunt ab his qui ob timiditatẽ capti sunt nec decet intueri iuuenes, nec diis cõsecrata reponi. Sensit in bello aut vincendũ, aut fortiter occumbendũ, adeoq; rẽ ignominiosam iudicabat metum mortis, vt alienæ quoque timiditatis monumenta putaret ab iuuenum oculis submouenda.

28 Cleomenes quum amicus quidam hospiti in phiditiis nihil apposuisset nisi vinum nigrum, & panem igni duratum, succẽsuit homini, dicens erga peregrinos non oportere nimium κωνίζειν. Seueritas est, si quis à seipso exigat victum duriorem, at inhumanitatis est hospitem eodem compellere.

CLEOMENES ALTER.

29 Cleomenes Cleombroti filius, cum quis- *Lepidè.*
piam illi donaret gallos gallinaceos pugnaces, ac munus suum ornans verbis, diceret illos ob victoriam pugnãdo interire: Da igitur, inquit, mihi aliquot ex his qui hos occidunt. Nam illi his sunt præstantiores. Vir militaris ad bellum torsit omnia. Quisquis laudat victum, illustrabat victoris gloriam.

LABOTVS.

30 Labotus cuidam apud ipsum prolixiore *Loquacitas.*
vtenti sermone, Quid mihi, inquit de re pusilla, longa texis proœmia? Quanta res est, tantam oportet & orationem esse qua vteris. Est hoc omnibus Spartanis peculiare, offendi sermone, quàm causa postulat, longiore: adeò nusquã nõ placebat frugalitas.

LEONTYCHIDAS PRIMVS.

31 Leõtychidas huius nominis primus, cui- *Non habetur in Græcis.*
dam obiicienti, quòd facilè mutaretur, Mutor, inquit, sed pro temporum ratione, non vt vos proprio morbo. Prudentis est pro re nata

nata nouare consilia. At sine causa subinde alium fieri, inconstantię vitium est.

Idem rogatus à quodam quo pacto quis 32
bona quæ adsunt tueri valeret, Si non om- *Prudẽter.*
nia, inquit, fortunæ crediderit, In animi bona nullum ius habet fortuna. Tum externa bona reddemus nobis stabiliora, si quędam sepositerimus, nec fortunæ volubili commiserimus. At sunt principes, qui proferendæ ditionis studio, semet in periculum coniiciunt, ne hoc ipsum quod habent imperium, amittant: multi item diuites augendæ rei studio quicquid habent, totum committunt nauibus.

Interrogatus qd potissimum oporteret pue- 33
ros ingenuos discere, Quę illis, inquit, vbi ad *Habetur*
virilem ętatẽ peruenerint, vsus sint futura. *ante p 29.*

Percontanti cuidam quamobrem Spar- *Apoph. 65.*
tiatę parcissimè biberent, Ne, inquit, ꝑ no- 34
bis alij, sed nos potius pro aliis consultemus. Salsissimè notans vinosos non esse ad consultandum idoneos, sed salubrium consiliorum parens est sobrietas.

Leontychidas vnus è seniorum numero 35
quos ferunt Lacedæmonijs fuisse viginti octo, cum Corinthi cænaret apud hospitem, rogauit num illic ligna quadrata nascerentur: illo negante, Quid igitur, inquit, si quadrata nascerentur, faceretis rotũda? Ita Plutarchus in vita Lycurgi. Quamquam hoc alibi refertur alterius nomine.

LEONTYCHIDAS ALTER.

Leontychidas Aristone natus, cuidam ip- 36
si dicenti quòd Demarati amici malè de eo *Maledicen*
loquerentur: Per Deos, inquit, nihil miror: *tiæ*
quandoquidem nullus illorum de quodam bene loqui posset. Docuit conténendum esse

maledi-

maledicentiam, q̃ nõ à iudicio, sed ab animi morbo proficiscitur. Qui verò passim malè dicunt omnibus, eos palàm est id naturæ vitio facere non ex eorũ merito, quibus obtrectant.

37 Cum portæ illi proximæ clauem draco circumuolutus esset complexus, idq; augures affirmarent esse portentũ: Mihi, inquit, nequaquam vt. sed si clauis fuisset circumplexa draconem, potentium erat. Lepidè irrisit hominum superstitionem, qui terrentur his, quæ casu, nec præter naturam accidunt. Hũc mortalis ingenij morbũ alunt augures, arioli, aruspices, ac diuini. Verùm vbi quis præter rectũ & honestum instituit nefaria consilia, tum oportebat horrere portentum, & aliquid magni mali sequuturum expectare.

Lepide.

38 Philippus quidã erat profitens Orphei mysteria, & his alios initiare solitus. Is quum esset extremæ paupertatis, tñ apud Leontichidã diceret, eos qui apud ipsum Orphei sacris initiati essent, post obitum fore beatos: Quin igitur, inquit, o demens, quàm ociissimè vitam abrumpis, vt desinas infelicitatem tuam ac inopiam deplorare? O animum ab omni superstitione liberum. Post hanc vitam felices erunt, qui hic piè iustèq; vixerint. Hoc persuasum erat Lacedæmonijs, qui hic piè vixissent, eos ab obitu fieri diuos.

Superstitio nulla.

LEON.

39 Leon Eurycratidis filius interrogatus, in qua tandem vrbe aliquis possit tutò vitam agere: In ea, inquit, quam qui incolunt, neq; plus possident, neque minus, & vbi iustitia viget, iniustitia imbecillis est. Grauiter admonuit æqualitatem esse pacis & tranquillitatis altricem, inæqualitatem seditionis esse seminarium, nec ibi locum esse iustitiæ, vbi vt

Æqualitas.

vt quisque potẽtior est, ita licentius opprimit imbecilliorem.

Idem quum videret in Olympiis cursores solicitos de ommissione, vt aliqd lucri haberent ad occupandam victoriam. Quanto maior est, inquit, cura cursoribus de celeritate quàm de iustitia? Vir integræ mentis etiam in ludis volebat haberi rationem iustitiæ, nec tantum agendum, vt prior quis ad metam pertingeret, sed vt iustè vinceret.

40 *Iuste.*

Cuidam de rebus haudquaquam inutilibus intempestiuè loquenti: O hospes, inquit, re opportuna non opportunè vteris.

41 *Habetur ante simile pag. 47. Apo.*

LEONIDAS.

Leonidas Anaxandridæ filius, frater Cleomenis, cuidam ad ipsum ita loquenti, Excepto regno, nulla re nobis præstas: At, inquit, ni vobis fuissem melior, non essem rex. Moderatissimo dicto & refellit cõnitiũ, & suam dignitatem sibi defendit. Etenim vbi reges non nascuntur, sed ciuiũ suffragiis eliguntur, hoc ipso publicis calculis princeps iudicatus est cæteris melior, & ad regnum ascitus est.

15. 42 *Moderatè.*

Cum ad Tempylas proficisceretur, cum Persis conflictaturus, vxori Gorgoni roganti, si quid ipsi mandaret: Vt bonis, inquit, nubas, bonosq; liberos parias. Hæc vox testabatur illum animo præsagisse interitum, nec hac præsensione deterritus est ab expeditione, pulcherrimum esse ducens pro patria pugnantem occumbere.

43 *Grauiter.*

Ephoris dicentibus & ad Thermopylas proficiscẽs paucos secũ educeret: Ad hoc, inquit, negotium, ad quod proficiscimur? Indicans satis multos educi ad moriendum in bello.

44 *Argutè.*

45 *Mors contempta.*

Rursus quũ Ephori pcõtarent, si quid præreà rei facere statuisset: Nihil aliud, inquit q̃ verbo

verbo tenus impediturus barbarorum transitū, sed re uera p Græcis moriturus. Egregiū imperterriti pectoris documentum, in causa honesta, piaq; nec certam morté horrescere.

46 Vbi peruenerat Themopylas, sic commilitones affatus est: Aiunt barbarum in propinquo esse, nos autem tempus terimus. Nunc enim peruenimus ad barbaros, quos aut vincamus oportet, aut victi moriamur.

47 Quodā ita dicente, prę iaculis barbarorū *Lepidè.* nec Solé videre licebit, An nō, inquit, lepidū fuerit, si cū illis sub vmbra pugnaturi sumus? Quid hoc animo fortius? Ad mortem eunti etiā iocari libuit: sed ludens interim metū exemit suorū animis. Hoc apophthegma refert M. Tul. Tusc. quęst lib. 1. velut de ignoto. E quibus, inquit, vnus quum Persęs hostis in colloquio dixisset gloriās, solé p iaculorū multitudine, & sagittarum vmbra nō videbitur, In vmbra igit̄, inqt, pugnabimus.

48 Cum alius quidam militum de hostibus *Animosè.* dixisset, Sunt prope nos; Et nos, inquit, prope illos: significans ob id non minus immineре discriminis hosti, quàm ipsis.

49 Cuidem dicenti, Siccine cum paucis ad- *Fortiter.* uersus multos belli fortunā experturus huc veniſti? Leonidas, Si putatis, inquit, me multitudine fretum huc veniſſe, ne Græcia quidem omnis satis sit: Siquidem ea ad barbarorum multitudinem collata, exigua portio est. sin virtute, & his numerus suffecerit. In bello iudicauit plus habere momenti quales ducas milites, quàm quàm multos.

50 Alteri cuidā dicenti, quòd cum paucis aduersus multos conflicturus iret, Imò multos, inquit, duco vt morituros. Hoc conuenit cum eo quod antè respondit Ephoris,

Xerxes

Xerxes Leonidæ scripserat, Si desinat θεομαχεῖν. i. cum diis bellare, sed meis te copiis adiūxeris, potes Græciæ fieri monarcha. Huic ita respondit, Si nouisses q̄ sint in vita honesta, abstinuisses à concupiscēdis alienis. Mihi verò potius est pro Græcia mori, q̄ imperare meos gerere monarchiā. At hic prius duxit honestam mortem pro amicis liberandi oppetere, q̄ monarcha factus eos seruitute premere, à quibus venerat depulsurus seruitutem barbarorum. 51 *Iustè.*

Rursus quum Xerxes scripsisset, Mitte arma, rescripsit, Veni & cape. Maluit armis mori, quàm traditis armis turpiter de vita cum hoste paciſci. 52 *Animosè.*

Cæterum vbi iam adornaret cum hoste confligere, belli duces admonuerunt, expectaret reliquos socios: Non adsunt, inquit, qui pugnaturi, sunt? An nescitis eos solos cū hostibus pugnare, qui reges verentur ac metuunt? Non putauit eos expectandos, qui ad prescriptum ab Imperatore tempus nō adesſent. Reliquos etiam si adsint, nō pugnare. 53 *Grauiter.*

Milites sic adhortatus est, Ita prādete cōmilitones mei, tanquam apud inferos cœnaturi. Hæc vox ignauis ademisset animum, at viris fortibus addidit, admonens ne cibo vinoq; graues venirent ad prælium, aut certe pro patria fortiter occumberent. 54 *Sapienter.*

Idem percontanti quam ob causam fortes uiri glorioſam mortem ingloriæ vitæ anteponant, Q̄n̄, inquit, alterum naturæ proprium, alterū peculiariter suum esse ducūt. Nam naturæ beneficio viuunt & ignauissimi: at honestè mori non contingit nisi virtute præditis. 55

Cum cuperet iuuenes cœlibes, quo forent 56

Humaniter. incolumes, abesse à bello periculo, scireq; illos id minimè laturos, singulis illorū tradidit scytalas, id est epistolaiū laconicarū genus, cōq; his misit illos ad Ephoros. Cū verò treis etiam ex his qui grandiores iā duxerant vxores, optaret saluos, ac simile prætextu ablegare conaretur in patriam, intellecto dolo nō sustinuerunt accipere scytalas. Quorum vnus ita se excusauit, Non præco, sed pugnator te sequutus sum. Alter verò, Hic, inquit, manens ero melior. Tertius porrò, Nō postremus, inquit, horū, sed primus inibo pugnam. Vtrū hic potius admirari conuenit, ducis ne animū, qui de se nihil solicitus, corū incolumitati prospexit, quos adhuc viuere referebat patriæ, an in ætate florenti tūm vitę cōtemptū?

Animose.

LOCHADVS.

37 Lochadus Polyænidæ filius, Sironis pater,
Fortiter. nunciāti q; è filiis ipsius alter interiisset. Olim sciebā, inquit, illi moriendum esse. Nihil ill' visum est nouæ rei, si mortalis natus, moreretq; nec magni referre paulò serius an citius vita decederet, cui oīno breui foret decedendum.

LYCVRGVS.

38 Lycurgus is qui Lacedæmoniis leges condi-
Educatio. dit, quū conaretur ciues suos à moribus præsentibus ad temperantiorem viuendi rationē traducere, eosq; virtutis & honesti studiosos redderet: nā etāt corrupti deliciis: duos educauit catulos, eodem patre eademq; matre progenitos, quorum alterum passus est domi lautioribus vesci cibis, alterum eductum venatibus exercuit. Dein quum ambos produxisset in forum apud multitudinē, posuit illic spinas, simul & escas aliquas delicatiores, mox emisit leporem: Quum vterque raperetur ad assueta, alter ad escas, alter leporem in-

uaderet, An non videtis, inquit, ciues duos catulos, quum eiusdem sint generis, tñ ob diuersam educationem ad modū dissimiles inter sese euasisse, plusq; ad honestatem momēti habere exercitationē, q̄ naturā; Sunt qui dicant ab illo productos catulos, non quidem ex iisdem parentibus natos, sed quorum alter esset ex ignobili canum genere, qui alūtur ad ædium custodiam: alter ex his, qui alūtur ad venandum. Deinde qui erat ex ignobiliore genere, exercuit ad venatum: alterum qui erat ex præstantiore genere, tñ delitiis exercuit. Dein quum vterq; ferretur ad ea, quibus assueuerat, atq; hoc pacto palàm oībus fecisset Lycurgus, quātum institutio valeret, tū ad meliora, tū ad deteriora, dixit: Proinde ne nobis quidem ò ciues nobilitas, quam miratur hoīum vulgus, dictumq; ab Hercule genus profuerit, nisi ea gesserimus, per quæ ille mortalium oīum clarissimus ac generosissimus extitit, ac per omnem vitam quæ honesta sunt & discamus, & exerceamus. Reperit vir ingeniosus viam, qua multitudini philosophicis rationibus non satis idoneæ, virtutis imaginem ob oculos poneret: magis enim mouent ac penetrant in animos quæ cernuntur, quā quæ audiuntur. Quod aūt ille fecit in ciuitate hoc cuique patrifamiliàs in sua domo, cuiq; moderatori in suo grege faciēdum est. Res quidem efficax est natura, sed potentior est institutio, quæ malam naturam corrigit & vertit in bonam. Quales nascantur liberi, nulli in manu est: at vt recta institutione euadant boni, nostræ potestatis est.

Qūm intelligebat æqualitatem & ad frugalitatem & ad concordiam in primis conducere, fecerat nouam agrorum partitionem, 59

Aequalitas.

& in singulos ciues æquam portionem distribuerat. Fertur itaq; quum dein ex peregrinatione rediens iter faceret per agrum recens demessum, conspiceretq; manipulorũ aceruos ordine positos & æquales, delectatus eo spectaculo cũ risu dixisse comitibus: vt tota Lacedæmon videtur multorum esse fratrũ, qui nuper inter se diuiserint hæreditatem. Bono principi nihil iucundius est ciuium cõcordia, rursũ tyrãno nihil formidabilius.

60 Diuitiarũ contẽptus.

Idem quum inductis nouis tabulis debitores ęris alieni liberasset, iam & ea que quisque priuatim in ædibus habebat, ex æquo partiri tentauit, quò funditus è ciuitate tolleret discrimẽ opũ & inæqualitatẽ: sed quũ cerneret eos ægrè laturos manifestam rerum ablationem, idem occultiore via facere aggressus est, Monetã aureã simul & argenteã abrogauit, istituitq; vt ciues ferreo duntaxat numo vterentur, & ad huius permutationem, totius substantię modũ præscripsit. Hoc facto, oĩs iniustitia exulabat ab Lacedæmone: neq; enim iã furari, neq; largitionibus corrumpere corrumpi ve, neq; fraudare dolo, neq; rapere per vim quisquã poterat, quod nec celari videret, nec parere magnificum esset, nec vti periculo vacaret, nec importare aut exportare tutum foret. Hac arte vir solertis ingenii, quibus diuitiarum contemptum persuadere non potuit, diuitiarum vsum subtraxit, ac reponendi studium negotiandiq; materiam ademit.

61 Artes superuacuæ.

Ad hęc quicquid erat rerum superuacanearum, è ciuitate eiiciendum curauit, adeò vt nec negotiator, nec sophista, nec vates, nec circulator, nec lautitiarum artifex Spartam ingrederetur. Neq; enim passus est illic

lic esse pecuniam talibus vtilẽ: tũ ferreã monetam cudit, quę pondere Ægineticõ æquabat minam valore æreos quatuor. His remediis expugnauit auaritiam.

Cæterum quũ statuisset suadere delitias luxumque, & in his quoq; tollere diuitiarũ admirationẽ, instituit syssitia, hoc est, conuiuia publica. Percõtãti verò cur ea constituisset sic, vt in singulis conuiuiis pauci cũ armis discumberẽt: Vt, inquit, expediti sint ad parẽdũ imperatis, & si qd tumultus inciderit, penes paucos sit delictum, sitq; inter oẽs potus ac cibi æqua portio: deniq, non solùm in esculentis ac poculentis, verũ ne in stratu quidem aut vasis, aut alia re quacũq; plus haberet diues q̃ pauper. His rationibus quũ diuitiis detraxisset admirationem, postea quàm nemo erat, qui vel vti posset illis vel ostentare, dicebat amicis, Quam pclarũ est ò amici, ipsa re declarasse cuiusmodi sint diuitię, si q̃s ęęę sunt, carentq; spectatoribus & admiratoribus. Interim obseruabat, ne quis prius domi sumpta cœna veniret ad publica conuiuia, expletus aliis cibis, alioue potu. Quòd si q̃s cũ cęteris non biberet, ederetue, eũ vituperabant, vt q aliis edulis delinitus abhorreret à victu cõi. Porrò qui palàm conuictus esset id fecisse, ei mulcta dicebatur. Vnde Agis qui multo post Lycurgum tpe rex fuit, debellatis Athenienſibus domum reuersus, quum vellet vnum diem cœnam capere cum vxore, missus à syssitiis poscenti, prępecti militiæ non miserunt. ea res quum postero die, innotuisset Ephoris, mulctam illi dixerunt. In eodem facto geminum exemplum nobis est proditum, primùm frugalitatis, deinde seuerita-

Communitas.

62 Τυφλὸς ὁ πλοῦτος.

tis, quum in causa non graui leges nec regi pepercerint.

63 Sed Lycurgo euenit, quod ferè solet his qui cum corruptis populi moribus bellum suscipiunt. Diuites hoc genus institutionis indignè ferebant, coortiq; sunt in illū, & non solum conuitiis infectabantur, verū etiam saxa in illum iaculabantur, conantes eū lapidare. At quum vrgerent persequentes, dilapsus est perforum, ac reliquos quidē fugiens anteuertit.

Moderate. Alcander aūt pertinacius insequens fuste respicienti in tergum, extrudit oculum. Hunc Alcandrum quum noxę deditū publico decreto accepisset puniendum, nec vllo affecit incommodo, nec incusauit: sed quum illum sui instituti socium haberet, effecit, vt & ipsum Lycurgum & vitæ rōnem, quam cum eo egerat prædicaret: nec victum modò, sed vniuersam ciuium educationē amaret quam Lycurgus induxerat. Portrò mali quod acciderat, monumentum locauit dicatum in templo Mineruæ, cui ab æreo delubro nomē Chalcioeco, deæq; cognomentum addidit vt Optiletis diceretur: nam Dores. Laecedæmonem incolentes, oculos Optilos vocant, ab opto, quod Græcis sonat video. Et hic habemus gemmum exemplum: alterum admonens non absq; discrimine mores ciuitatis corruptæ vitijs, ad meliorem frugem reuocari: alterum insignis tolerantiæ, quæ ex hoste capitali reddidit amicum ac propugnatorem, quem ēt si necasset, vt ipsi licuit, nihilo tamen minus ipse fuisset luscus, & vno legum suarum defensore minus habuisset.

64 Percontanti quam ob causam non vteretur legibus scriptis, Quoniam, inquit, eruditi qui sunt, rectq; educati, probant, quid pro

pro ratione temporis exped at: signa ficas scripturam non mutari, quum pro varietate occasionum vir probus, & sapiens sæpenumero cogatur mutare consilium. Ea res nominatim præscribi non potest. Satis est ciues honestè fuisse institutos. Hi sua sponte videbunt, quid pro tempore facto sit opus.

Rursum alijs percontantibus quam ob rē 65
statuisset, vt ad ædium culmen imponendum fabri securi vterētur, ad fores verò addēdas sola serra, nec vllo alio instrumento: Vt, inquit, ciues mediocritatem seruent in oībus, *Frugalitas.*
quæ in ædes inferunt, neq; quicquā habeant earum rerum, quæ apud alios sunt admirationi. Videbatur enim indecorum, si per ostiū rude ac vile supellex iferretur exotica, pretio cara, arte operosa. Id ne fieret, ipsę quodammodo fores admonebant. Hinc aiunt accidis- *Habetur*
se, quod Leontychidas primus apud Lacones *ante pag.*
rex, quum cœnaret apud quendam, cerne- *19. apoph.*
retq; tectum domus sumptuoso apparatu fa- *28.*
ctum, ac lacunaribus ornatum, rogabat, hospitem num ligna apud eos quadrata nascerentur: adeò luxum esse putabat naturam artificio corrumpere.

Rogatus aliquando Lycurgus, quam ob rē 66
vetuisset frequenter aduersus eosdem expe- *Habetur*
ditiones agere: Ne, inquit, cum crebrò se- *ante pag.*
se defendunt: bellandi peritiam vsu colli- *28 apoph.*
gant. Vnde Agesilaus grauiter accusatus *65.*
est, quòd crebris in Bœotiam expeditionibus ac bellis, Thebanos Lacedæmoniorum hostes ad repugnandum induxisset. Nam cum Antalcidas vidisset illum saucium, exprobauit quòd Thebanos præliandi artem docuisset, quum antè nec scirent bellare, nec vellent: Præclaram, inquit, doctrinę tuæ

mereedem habes, q Thebanos nec animatos ad bellandum, nec exercitatos, vel inuitos consuefeceris, docueriſq; bellum gerere. Hoc ſtratagema latius ét patet, videlicet ne ſæpiꝰ cũ iiſdẽ litigemꝰ, aut cõtẽdamus, ne tãdẽ aſſueti vel cõtemnant nos, vel ſuperent.

67 Alio quopiã percontante, quam ob rẽ virginũ corpora curſibus, luctis, diſcorũ ac telorum iactibus fatigaret: Vt, inquit, fœtuũ proſeminatio ab ipſa ſtatim radice, validũ in validis corporibus initium ſumens, rectè germinet: Simul vt ipſæ in perferendis partubus, facilè ſimul & generoſè certent aduerſus pariendi nixus doloreſq;: poſtremò ſi qua incidat neceſſitas, poſſint & pro ſe, & pro liberis, & pro patria pugnare. Intellexit vir prudens quanta rerum publicarum peſtis ſit ocium atq; ignauia. Contrà moderatos labores ét corpora reddere tũ firmiora, tum ſalubriora, vnde nec virginibus permiſit in ocio viuere, ſed has quoq; maſculinis exercitijs quodámodo vertit ĩ maſculos, quum in pleriſq; ciuitatibus per delitias ac luxũ maſculi transformarentᵘ in fœminas.

Fœminæ maſculæ.

68 Cęterùm quum eſſent, qui vitio darẽt, q virgines in pompis ac ludis ſolennibus nudas exhiberet oculis oĩum, cauſamq; cur id inſtituiſſet, requireret: Vt iiſdem, inquit, cũ maſculis rationibus inſtitutæ, nihilo ſint illis inferiores vel robore, vel ſalubritate corporũ, vel animorũ uirtute ac generoſitate, ſtudioq; verę laudis, vulgarem autem gloriam contemnant. Vnde tale quiddam fertur de Gorgone Leonidę vxore: Cùm quędã vt pbabile eſt, extera mulier illi dixiſſet, Solę Lacænę uiris imperatis: reſpondit, Nimirum ſolæ viros parimus. Hoc exemplum nec in maſculis,

Additum ex alio loco per ſtu-

maſculis, nec ĩ puellis imitandũ cẽſuerim: hactenus tamen conduxit, vt ſtupidum pudorem, qui frequenter obſtat honeſtis actionibus, ab ętate tenera excutiamus, ſtatimq; diſcant nihil eſſe verè pudendum pręter turpitudinem. Innumeras verò reperias, q̃ nudatæ vehemẽter erubeſcant, ſi qd pter hone ſtũ dixerint, fecerintve, non mutent colorẽ. Sunt item innumeræ, quibus amictus, vilior, cultusq; ſimplicior genas rubore tingat, contrà glorioſum eſſe ducant ſi ſplendido veſtitu prodeant in publicum, negligentes earum rerum, quo verum probrum, veramq; laudem adferunt.

dioſum quempiã.

Pudor præpoſterus.

Cuidam parcontanti, quã ob cãm lege cauiſſet, vt ſine dote virgines eloc arentur: Vt, inquit neq; pp inopiam vllæ relinquerentur innuptę, neque ob diuitias expeterentur, ſed vt iuuenũ qſq; ad puellæ mores reſpicies ex virtute faceret electionẽ. Eadẽ de cã fucos & ornamẽta qbus alię formã vel fingere, vel cõmẽdare ſolẽt, ex vrbe ſubmouit. Vt vbique vir egregius ſtuduit ęqualitati. 70

Vxor eligenda.

Idem quum certum tempus pręſcripſiſſet, quo puellę nubere, iuuenes ducere deberent, interrogatus quur id ſtatuendum putarit: Vt, inquit, ſoboles ex adultis pfectæq; ętatis parentibus nata, valida ſit & vegeta. Ex coitu præpropero non ſolùm lædunt corpora gignẽtiũ, verũ ét proles naſcitur imbecilla. Tum qui ante tempus dant operam liberis, carent apud illos autoritate, quam ætas conciliat: rurſus qui vergente iam ętate, nec fruuntur liberis ſuis, nec eos poſſunt ad perfectam inſtitutionem perducere, mortę ſenioq; præuenti. 71

Altero quodam admirãte, quam ob rẽ ve- 72

tuiſſet

tuisset sponsum cum sponsa simul dormire, sed statuisset, vt vterq; cũ suis æqualibus maximam diei partẽ versaretur, cumq; his totas noctes quiesceret, cum spõsa verò furtim ac verecundè cõgrederetur. Primùm, inquit, vt corporibus essent validi, si non vterentur congressu ad satietatem: deinde vt illis amor mutuus semper maneret recẽs ac vigens: denique vt fetus ederent robustiores. Hoc demum est patriæ patrem agere, nusquam non aduigilare ad reip vtilitatẽ, ciuiumq; tũ animis, tum corporibus vndequaque consulere.

Coitus moderatus.

73 Quin & vnguenta eiecit è repu. tanquam olei corruptelam ac pernicieni. Nam oleum odoribus vitiatum nullum habet vsum, nec ad esum, nec ad membrorum vnctionem: atque dum rem necessariam ad delitias corrũpunt, fit vt minor sit copia.

Vnguenta.

74 Submouit & tingẽdi artificium, veluti sensus adulationem. Etenim dum color blanditur oculis, natura rei corrumpitur. In summa cunctis ornandorum lenocinio corporum artificibus Spartana vrbe interdixit, vt qui malis artibus bonas arteis corrumperent: propterea quòd huiusmodi delitijs ciues à salubribus ac serijs exercitamentis auocarentur.

Delitiæ.

75 Tanta porrò erat illis temporibus vxorum pudicitia, tantumq; aberant ab ea facilitate quę post inuasit, vt prius esset incredibile adulterij crimen apud Spartanas inueniri: Fertur-que dictum cuiusdam vetustissimi Spartani Geradę, qui rogatus ab hospite quodà, quid pœnarum darent apud Spartanos adulteri, neq; enim videre se quicquam super hac re sancitum à Lycurgo: Nullus, inquit, ò amice apud nos adulter est. Cum ille subiecisset: Quid igit si existat? Dabit, inquit, bouem ingẽ

Additum.

Adulterium.

vt porrecto vltra Taygetum montem collo, bibat ex Eurota: cumq; ille ridens dixisset, fieri non posse, vt tantus bos inueniatur: Et quo pacto, inquit, Geradas, Spartę existat adulter, in qua diuitię, delitię, & corporis ascititius cultus probro habentur: contrà verecundia, modestia, ac obedientię magistratibus debitę obseruatio, decori laudiq; dantur? Prudenter intellexit Geradas ibi non posse nasci vitia, vbi non admittuntur vitiorum semina, eaq; vbiq; iacere, ſquibus pro honore tribuitur ignominia. Atque hęc est clementissima ratio medendi prauis moribus, excitandique virtutis studium.

Cuidam postulanti vt in ciuitate pro aristocratia, id est optimatum gubernatione consti tueret democratiam, hoc est, popularem gubernationem: Tu fac, inquit, prius domi tuę democratiam instituas. Compendiò docuit eam reip. specie non esse vtilẽ ciuitati, quam nemo vellet esse in sua familia. Ciuitas autẽ nihil aliud est quam magna domus.

76 *Arguitè.*

Percontanti cur instituisset, vt minutis ac vilibus rebꝰ sacrificaretur. Ne vnquam, inqt, Lycurgꝰ deficiat nos, quo numen honoremꝰ.

77 *Sacrificia frugalia.*

E certaminibus ea sola concesserat exerere, in quibus manus non extẽderet in altum: Eius constitutionis causam percontanti: Ne quis, inqt, laborando cõsuescat defatigari. Siquidẽ exercitia ad confirmandũ corporis robur adhibentur, non ad exhauriendas vires. Qui verò subinde delassantur in exercitamẽtis, quoniam imbecilliores veniunt ad labores necessarios, facilius deficiunt.

Cuidam percontanti quam ob rem crebrò mutari castra iuberet. Vt magis, inquit, lædamus hostem. Lacedęmonii quoniam erant

78 *Exercitatio.*

expediti, nõ magno negotio transferebant exercitum; verùm idem facere non perinde commodum erat hostibus, magnã sarcinarum & impedimentorum vim secum trahẽtibus, præsertim qui castra ferè fossis, aggeribus, ac vallis solent communire.

80 Roganti qua de causa vetuisset oppugnari turres: Ne, inquit, à fœmina, pueroue, aut ab alio quopiam homine puero ac fœminæ non dissimili viri præstantiores occidantur. Non probauit prælii genus, in quo virtuti locus non esset. E turribus verò puer aut mulier deiectu saxorũ potest virum quãtumuis fortem interimere.

Stratagema.

81 Cum Thebani consulerent Lycurgum de sacrificio luctusq; quem illi Leucotheę solent facere: Si, inquit, deã esse creditis, ne lugeatis: sin hominẽ, ne vt deę rem diuinam faciatis. Mirè taxauit Thebanorum ritus secũ pugnantes. Non.n. conuenit simul lugere & sacrificare, hoc est, ab ea petere opẽ, quę ipsa sit in calamitate, ac lugenda.

Argutè.

82 Ciuibus quibusdam interrogantibus, quo modo liceret hostiũ insultum effugere: Si, inqnit, pauperes fueritis, nec alius alio plus requirat. Ad opulentos & onustos prędę spes inuitat hostem, nec facilè potest elabi, qui sarcinis & impedimentis retardat. Ad hęc tutiores sunt ab hostium incursu, inter quos est æqualitas, & ex æqualitate concordia.

Paupertas expedita.

83 Iisdem percontantibus cur prohibuisset vrbem cingi muris: Qñ, inquit, non caret mœnibus ciuitas, quę non lateribus, sed viris cincta est. Indicauit in genus muniméta magis arguere ciuiũ ignauiã q̃ fortitudinem.

Fortiter.

84 Spartanis studio est alere comam, & super ea quoq; ęe narrant Lycurgum reddidisse ratio-

nẽ: Qñ, inquit, coma, formosis addit decorem, deformes verò reddit hostibus terribiliores. Vtẽ decet coma speciosos, ita minus felici specie præditis horroré ac ferinũ quiddam cõciliat. Capillitium naturalis est ornatus, minimoq; constans: hoc genus non damnauit Lycurgus, vt quod nec operosis artibus constaret, nec pro frugalitate luxum induceret.

Coma.

Præcipere solebat, vt postea q̃ in bello hostẽ 85
vertissent in fugã, ac superassent, tandiu fugientes insequerentur, donec certa esset victoria, moxq; retrocederent. Neque.n. Græcorũ cõuenire moribus, eos trucidare q̃ cessissent: idq; non solùm honestius, verũ etiã vtilius esse dicebat, Siquidẽ hostes, quibus cum res est, vbi cognorint Lacedæmonios parcere cedentibus, occidere verò qui loco non cedunt, sibi cõducibilius existimabunt fugere q̃ persistere. Frequenter .n. desperatio magnum robur addit animo, nõ minus q̃ spes victorię. Decet autem Græcos legibus ac disciplinis imbutos etiam in bellis meminisse clemẽtię. Barbaricę feritatis est seuire in prostratos. Sed rursus ita temperanda est clementia, ne nobis sit exitio: Fit enim nõ rarò, vt hostis fugam simulet, ut redintegratis viribus acrior insurgat in victorẽ.

Moderatio victoriæ.

Percontanti quam ob rem hostiũ cæsorũ 86
cadauera spoliare vetuissit: Ne, inquit, dum spoliis incumbũt, pugnã negligant, sed pau pertatem, unà cum ordine seruent. Vt vir ille sapiens vbiq; ciuibus suis metuit à diuitiis tanquam à fonte plurimorum malorum, quum apud hominum vulgus nihil expetatur auidius, quasi in his sint præcipua felicitatis humanæ præsidia.

Stratagema.

LYSAN-

88 Lysander præciosas vestes, quas Dionysius ad filias ipsius miserat, non accepit, dicens: Vereor, ne his amictæ turpes videantur.

89 Is quũ egregius simulãdi artifex euasisset, ac pleraq; quę crudeliter & auarè gerebat, callidis fucis ornaret, iustum non alia re quàm vtilitate, & honestum commodo metiens, fatebatur quidem veritatem mendacio præstantiorem esse, sed vtriusq; dignitatem ad precium vtilitate æstimandum. Inuertit vir improbus philosophorum dogma, qui quod honestum est, idem esse volunt vtile: hic quicquid esset vtile, idem ducebat honestum.

Vtilitas virtute potentior.

90 Ad eos verò, q ipsi ꝓbro dabant q, pleraq; dolo ac fraude gereret, non palàm virtute cõficeret, hac parte Hercule generis autore indignus, ridens dixit: vbi quod vellet, nõ assequeret leonis exuuiũ, ibi vulpinum applicandũ esse: sentiens, qđ honestis rationibus non posset effici, id fraude, dolisq; perficiendum.

Vafrè.

91 Rursus alijs illi vitio vertentibus, quod fœdera quæ cum iureiurando fecisset, in Mileto violasset, ait pueros talis esse fallendos, viros iureiurando, quasi hoc ipsum esset viro dignum, periurio fallere.

Perfidiosè.

92 Cùm Athenienses non virtute, sed infidiis vicisset iuxta flumẽ, cui nomen Ægis, ei q; fame pressis vrbẽ in fidẽ suã accepisset, scripsit Ephoris: Captæ sunt Athenæ, perinde quasi vi rem gessisset, gloriã aucupans mendacio.

Gloriosè.

93 Cùm Argiui de ditionis finibus ambigerẽt cum Lacedæmonijs, assueratq; se iustiorem habere causam, Lysander stricto ense: Qui hoc, inquit: superior est, is optimè de finibus disputat. Ab æquo & bono vir insolens ad vim prouolauit.

Violenter.

Ad

Ad Bœotos ancipites, nec huic, nec illi parti addictos, quum per illorum confinia faceret iter, legatos misit, qui percontarentur, vtrũ rectis an inflexis hastis per illorũ agros proficisci deberet, significãs siue amici essent Bœotij, siue inimici nihilominus se cępto itinere peracturum, nisi ꝙ per hostium agros iturus esset erectis hastis, ad propulsandum, si quis obsisteret: per amicorum inuersis, veluti nemini nociturus. Hoc dictum nonnihil resipit indolis Laconicæ, qui nec inimicis supplex esse vellet, nec amicis grauis.

94 *Animosè.*

Megarensi cuidã in publico conuentu libertatis aduersus ipsum loquenti: Tua verba, inquit, amice opus habent ciuitate significans in ciuili consessu cuiq; liberũ esse, quę quæ vidente, dicere, in bello nõ esse eandẽ libertatẽ.

95 *Libertatis dicendo.*

Cùm ad Corinthiorũ, qui defecerãt, muros peruenisset, videns Lacedæmonios cunctantes aggredi, ac fortè accidisset, vt lepus conspicetur excitatus trãsilire fossam: Non pudet, inquit, ô Spartani huiusmodi formidare hostes, quorum mœnibus ob ipsorum ignauiam lepores indormiunt? Casum fortuitũ solertia duce sortitus ad animũ addẽdũ militibus.

96 *Habetur ante similę pag. 51. apo. 44. Solerter*

97

Eidẽ in Samothrace oraculũ consulenti sacerdos iussit, vt quod in vita maxime scelera tũ cõmisisset, diceret. Ille sacerdoté rogauit, Vtrũ hoc tuo, an deorum iussu facere oportet? quũ sacerdos rndisset, Deorum iussu: Tu igit hinc discede, ac dijs dicã, si percõtentur. Mos erat Lacedæmonijs nihil aggredi nouæ rei, nisi consultis oraculis. At Lysander cùm nulla religione teneretur, nihilo secius hinc quoque solitus est suis vitijs honesti speciem petere, tametsi parum successit.

Simile dicendum est pa. gi. 18. apo. 18.

Interroganti Persę, quã rẽpub. maximè ꝓbaret:

98

baret: Eam, inquit, in qua fortibus viris ac meticulosis, congrua vtriusq; redduntur. Sentire virtutē inuitari præmiis, ignauos excitari ignominia. Nimirum hoc est, quod apud Homerū stomachatur Achilles, idem honoris haberi ignauis ac fortibus. Ea sententia

Præmia virtutis.

nō solùm habet locū in Republica, verū etiā in priuatis familiis. Sunt enim hęc duo præcipua ad cōseruandā cujuslibet gregis disciplinam. Honos enim nō solùm alit artes, vt habet prouerbiū, verū ēt virtutem. Nec tan refert monarchia sit, an aristocratia, an democratia, an aliqua reipublicę forma ex h temperata, quàm vt in quacūq; gubernat no discrimen habeatur publicū inter vir vtiles reipub. & suo viuentes homini.

99 Cuidā apud Lysandrū iactanti, quòd i

Laus ab hominibus.

sum & laudibus veheret, & aduersus obt ctantes tueretur: Duo, inquit, mihi sunt b ues ruri, tacentibus ambobus, tamen cer nouī, vter sit ignauus, vter ad laboré st nuus. Sensit veram virtutem non egere lo dibus humanis, quum ipsa secum ducat su laudem ac decus. Cæterùm qui nihil gerun præclari, his opus est præconibus.

100 Ad quendā à quo cōuitiis impetebat: Dic,

Moderatè.

inquit, assiduè ò amicule, dic, nihil omit tas, si qua tuū animū malis, quibus videris

Hoc antè habetur in Agesilao, licet aliter narratum, pag 24. Apoph. 11

plenus, valeat exonerare. Ingentis animi argumentum, ne ira quidem dignum, arbitrari maledicū, quū in promptu esset vltio. Aliquāto post defuncto iā Lysandro, qui de societate belli nata esset controuersia, Agesilaus adiit Lysandri domum inquisiturus sup hac re literas, quas Lysander apud se detinuerat. Reperit autem præterea librū. Lysandro conscriptum de nouando reipub.

statu, quod oportet regnum ab Eurytionidis & Agide ablatum (nam ex his tantum familiis fas erat creare reges) in commune ponere, ac regem eligi ex optimis: quò uidelicet hoc honoris discerneretur, non his qui genus duxissent ab Hercule, sed iis qui tales essent virtute, qualis fuisset Hercules: quando quidē virtute, non generis commendatione & ille ad diuinos honores subuectus est. Hanc orationem Agesilaus nitebatur apud ciues euulgare, cupiens p eā ostendere, qualis ciuis clācu lū fuisset Lysander, non sine calūnia eorū qui Lysandro fauerāt. Sed ferunt Cratidem, qui tum inter Ephoros primas tenebat, veritū ne lecta oratio persuaderet, reuocasse ab eo consilio Agesilaum ac dixisse, non solùm non esse refodiendum Lysandrum, sed ipsum potius orationem cum illo defodiendā, q; calli dè & ad persuadendum accommodatè cōpo sita videretur. Hoc factum declarat Lysandri peruersam ambitionem, qui nihil intētatum reliquerit ad regnum adipiscendum: sed idē arguit Agesilai moderationem, qui priuatam simultatem posthabuit utilitati reip.

Cæterùm qui filiarum illius nuptias prius 2
ambierant, mox post obitum eius, quòd re- *Seuerè.*
pertus esset, pauper, eas recusabant, iis Ephoti dixere, mulctam, eò quòd quem diuitem esse credentes coluerant, eundem iustum ac probum ex paupertate agnitum, contemnerent. Hoc vt apophthegma non est, ita salubre est exemplum seueritatis, quod admoneat in conciliandis matrimonijs magis spectandam uirtutem, quàm censum: eosq; perfidos & inconstantes esse amicos, qui amicitiam commodo metiuntur cuius, spe adempta, protinus recedunt ab amicitia. Quin &

illud nos admonet, honestius esse fama, quam pecunia ditescere.

NAMERTES.

3 Namertes quũ legatione fungés à quodam eius gẽtis ad q̃ erat missus, beatus prædicaretur, eo q̃ multos haberet amicos, interrogauit quõ qui multos haberet amicos periculũ faceret, an amicũ haberet syncerũ ac probũ. Id quum alter fassus se nescire, cuperet discere: Pet aduersam, inquit, fortunam.

Videtur adictum. Amici exploratio.

NICANDER.

4 Nicander cuidam dicẽti, quòd Argiui malè de ipso loquerentur: Num igitur, inquit, dant pœnas qui de bonis loquuntur malè? significans remp. malè moratam, vbi liceret impunè malè dicere nihil mali commeritis.

5 Idem percontanti quare Lacedæmonij comam ac barbam alerent: Quoniam, inquit, hic ornatus quum sit homini omnium pulcherrimus ac proprius, nullo constat impendio.

Simile pa. 63. apoph. 63

6 Cũ Atheniẽsis quidam dixisset, nimiũ ò Nicander amplectimini ociũ: Verũ, inquit, p̃dicas, sed non quemadmodum vos, quocunq; mõ nobis parare studemus. Sensit ocium honestis rationibus partum non esse reprehendendum: sed eos vituperio dignos, qui per fas nefasq; sectarentur ocium. Ocium autem Athenienſis dixit, non exercere sordidas artes.

ZEVXIDAMVS.

7 Zeuxidamus cuidam percõtanti, quam ob causam Lacedæmonii leges de fortitudine citra scriptum seruarent, ac non potius descriptas traderent iuuenibus legẽdas: Quoniam, inquit, assuefaciendi sunt, vt præclaris gestis potius quàm scriptis intendant.

8 Ætolo quodam dicente, q̃ qui studerent pro-

probitatem cum fortitudine coniungere, iis bellum esset potius pace: Non per deos, inquit sed his mors vita potior esse debet. Correxit Lacon dictum Ætoli. Non enim optandum bellum, sed nec in bello nec in pace libertatem tueri licet, nisi mortis terrorem abieceris.

PANTHOIDAS.

9 Panthoidas legatus missus in Asiam, ostendentibus ipsi murum probè munitum: Per deos, inquit, o hospes, bellum conclaue mulierum.

Habetur antè simile pag. 66.

Idem quum in academia philosophos audisset multa de virtute disserentes, interrogatus cuiusmodi viderentur eiusmodi sermones: Quid aliud, inquit, quàm probri, sed prior sus inutiles vobis, qui illis non vtimini. Salsè tetigit mores Athenienſium, qui virtutem haberent in labris, non in factis.

apoph. 97.

10 *Salsè.*

PAVSANIAS.

Pausanias Cleombroti filius, quum Delij de insula cum Athenienſibus haberent controuersiam, atq; inter cætera dicerent, quod ex more regionis, neq; mulieres in insula parerent, neq; mortui sepelirentur: Quomodo igitur, Inquit, hęc insula erit vobis patria, in qua neque fuit quisquam vestrum, nec futurus est? Argutè notauit ineptam Deliorum cõsuetudinem, qui suos in patria, neque nasci sinerent viuos, nec humari mortuos, quum vt mulier, ita nec regio mater sit, nisi gignat. Alienum autem sit à materna pietate nolle sepeliri, quos genuit.

11 *Argutè.*

Cum Athenienſium exules hortarentur illum, vt aduersus Athenienses moueret exercitum, diceretq̃, quòd quum in Olympiis prœconis voce pronuntiaretur victor, soli

12 *Moderatè.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Athenienſes ipſum exhibilaſſent: Cùm hoc, inquit, fecerint in bene meritum, quid factu ros creditis, ſi illis malefecero? Inſigne mode rationis exemplum nihil tam atroci commo uer i contumelia: at idem ingenij mirè ſoler tis argumentum, quod adferebatur, velut in- ſtigaturum Pauſanię animum ad ſuſcipien- dum bellũ, id in partẽ diuerſam retorquere.

13 *Argutè.* Percontanti quur Tyrtæũ poetam Spartę ci uem feciſſent: Ne quis, inquit, externus nobis dux fuiſſe uideatur. Poetę apud Lacedęmo- nios non erãt in pretio, nec hoc nomine Tir teus meruit apud illos honorem, ſed quoniã ſtrenuum ducem in bello præſtiterat, putarũt eam laudem patrię uindicandam.

14 *Salsè.* Ad quendam imbecilli corpore, tamẽ hor tantem ut eum hoſtibus terra mariq́ue expe- riretur: Vis, inquit, igitur poſitis veſtibus te ipſum oſtendere, qualis ſis, qui nobis bellan- di es, autor? Salsè riſit ad id hortantem alios, in quo ipſe nihil opis adferre poſſet.

15 *Sapienter.* Quibuſdam in ſpolijs barbarorum demi- ranubus pretioſas veſtes: Præſtiterat, inquit, ipſos eſſe multi pretii, quàm poſſidere pretio- ſa. Correxit ſuorum admirationem, eosq́ue ad verorum bonorum admirationem reuo- cauit.

16 *Lepidè.* Poſt victoriam à Medis apud Plateas repor tatã, præcepit ſuis, vt apponerent cenam Perſi cam, quã ſibi barbari prius apparauerant. Ea quũ eſſet opipara ac ſumptuoſa: Lurco, inq́, eras ò Perſa, qui quum tantas haberes deli- cias, ad noſtrã veneris mazã: id erat pannis ge nus contemptum ac vulgare. Admonuit ſtul tiſſimũ eſſe, locupletes pugnare cũ his, quibus nõ multũ eſt, quod eripiat. Etenim ſi fœliciter cadat Martis alea, exile lucrum eſt. ſin ſecus, ingens

ingens eſt dãmnum. Dicti verò argutia in hoc eſt, q́ faſtidioſè delicatus videtur, qui inter va rias delicias, appetit cibum vilem ac plebeiũ. Nam id ſolent interdum diuites, quibus aſſi- dua copia lauticiarum parit nauſeam.

PAVSANIAS ALTER.

Pauſanias Pliſtonactis filius, cuidam rogan 17
ti, quam ob rem apud Spartanos nefas eſſet, *Legum autoritas.*
vllam priſcarum nouare legum: Quoniam, in quit, legibus conuenit autoritas in homines, non hominibns in leges.

E patria profugus, quum Tegeę laudaret La 18
cedęmonios, cuidam dicenti, Quin igitur mã *Salsè.*
ſiſti Spartæ, ſed fugere maluiſti? Qm̃, inquit, nec medici apud ſanos, ſed apud ægrotos ver ſari ſolent. Salſiſſimè conuitium exilij retor- ſit in Tegeaten, quòd eius gentis corrupti mo- res egerent Spartana diſciplina.

Alteri percontanti, quo pacto poſſent debel 19
lari Thraces: Si, inquit, qui uir optimus eſt, eũ *Dux bo-* belli ducem delegerimus. Admonens pluri- *nus.*
mum ad victoriam momenti eſſe in Impera tore. Quemadmodum in omni negotio ma- gni refert, quales ſint quibus gerendæ rei cre- ditur autoritas.

Medicus qui inuiſebat Pauſaniam, dicebat, 20
Nihil habes mali: Non. n. inquit, te medico *Medicina* vtor. Hoc ipſum quod nihil habebat mali, a- *cõtempta.*
deò non acceptum ferebat medicis, ut eos ſo- los iudicaret proſpera eſſe valetudine, qui me dicis non vteretur. Id vt perpetuò verum non ſit, tamen extra controuerſiam eſt, maximam malorum partem à medicis proficiſci, vel qa ſint imperiti, vel quia negligẽtes, uel quia am bitione, quæſtuve corrupti.

Cùm ab amico argueretur, q́ de medico 21
quoda male loqueretur, à quo nec vlla re læ-

Medicorũ osor.

sus, nec esset cuius faciſlet periculum: Si feciſſem, inquit, periculũ, nequaquam uiuerẽ.

22 *Medicorũ osor.*

Medico cuidam dicenti Pausaniæ, Ad senectutem peruenisti: Ob id, inquit, quòd te medico non sum vsus. Medicus existimabat arti suæ deberi. si contigisset senecta: at ille credebat vix vnquam ad senectutem pertingere, qui medicis vtuntur.

23 *Medicus optimus quis.*

Eum verò medicum censebat optimum, qui non sineret ægrotos extabescere sed q̃ primùm sepeliret. Inhumanior quidem videtur hæc sententia, sed tamen à Socratis opinione non multum abhorrens, qui vult admodum ualetudinarios, nec vlla iam ex parte vtiles reip. æquo animo debere è vita decedere, sic tamen, vt nemo sibi vim adferat, sed honestis actionib⁹ immoriatur. Certè non apparet, quid magnificiant, quum quatuordecim medici multo tempore immodicis impendiis adnituntur, vt anui iam præmortuæ vitam in vnum, alterumve mẽsem proferant. Quid enim aliud agunt, nisi quòd arte sua mortẽ reddũt longiorem, quasi hoc cuiquam sano sit optabile, diu mori. At viri sapientes mortẽ inopinatam, ac breuem iudicarunt optimam.

PÆDARETVS.

24 *Fortiter.*

Pædaretus cuidam dicenti magnum esse numerum hostium: Tantò inquit, plus gloriæ referemus quoniam plures interficiemus. Quod alter adferebat ad persuadendã ignauiam, ille vertit in calcar fortius agendi: Eodem telo repelli possunt, quicũq; difficultatis causatione dehortant ab honesto.

25 Idem conspecto quodã, qui natura mollis, tñ ob humanitatem laudabatur, à ciuibus, dixit, nec viros, qui mulierum similes sint, opor-

tere laudare, nec mulieres, q̃ virorũ sint similes, nisi si qua mulieré vrgeat, necessitas. Sensit aliud decere bonũ virum, aliud bonã mulierẽ: ac pro muliere in virũ trãsfigurata, accipit necessitatis excusationẽ: in uiro degenerãte in mulierẽ nullã recipit excusationẽ. Ita non eadẽ laus decora principi est, quę plebeio, non eadem magistratui, quæ priuato. *Decorum.*

Cum in trecentorũ virorũ ordinẽ nõ esset 26
ascriptus, qui honos apud Spartanos primã dignitatem obtinebat, repulsus discessit hilaris ac ridens: reuocantibus aũt Ephoris qdã; riderat percõtantibus: Gratulor, inquit, huic reip. quæ trecentos habeat ciues multò meliores. Quid hoc pectore magis philosophi cum? Nec molestè tulit repulsam, nec questus est de Ephororum iudicio, sed plus voluptatis capiebat ex publico reipublicæ bono, quàm sensurus erat ex honore impetrato. *Candor.*

PLISTARCHVS.

Plistarchus Leonidæ filius cuidã interrogã 27
ti, quam ob causam reges Lacedęmoniorum non à priscis, regibus cognomen sortirentur: Qñ, inquit, illi ducere quam regnare maluerunt, posteriores illis nequaquam. Primus omnium regum Lacedęmoniorum Agis dictus est, & hoc nomen in aliquot posteriores demanauit. Agis autem dictum est à ducendo, qñ clementer imperabant, & regum est imperare potius, quàm persuadere. Plistarchus autem sonat, plurimis imperantem. *Moderatè.*

Cùm patronus quidam ridicula loquere- 28
tur in causa, Plistarchus interpellans illum dixit, Non tu cauebis amice perpetuo risu digna dicere, ne quemadmodum, qui assiduò palæstricam exercent, palæstritæ fiunt, ita tu fias ridiculus? Senſit vir egregius raris lapsib⁹ *Stultiloquium.*

dandam esse veniam : cęterùm quum error transit in habitum & consuetudinem, fit malum immedicabile : Expedit autem hac Plistarci interpellatione amicos crebrius peccãtes reuocare, ne peccandi colligant vsum, & vitium transeat in naturam.

29 Cuidam referenti ipsum à maledico quodam laudari, Demiror, inquit, si quis illi dixit me mortuum esse. Nam ille de viuo bene loqui possit nemine. Non delectatus est vir generosus laude, quæ à viro illaudato proficiscebatur.

PLISTONAX.

30 Plistonax Pausaniæ filius, quũ rhetor quidam Atticus Lacedęmonios dixisset indoctos: *Habetur pag. 46. a-po. 24.* Non enim, inquit, Gręcorum soli nihil à vobis didicimus mali. Lacedęmonij malum existimabant, quicquid non faceret ad efficiendam ciuitatem meliorem.

POLYDORVS.

31 Polydorus Alcamenis filius, in eum qui *Generosè.* non cessabat minitari hostibus: Non intelligis, inquit, te maximam vindictæ partem frustra consumere? Qui statuit inimicum vlcisci, minis nihil aliud efficit, nisi vt præmonito inimico sibi minuat lędendi facultatẽ. Fortium autem virorum est male facere iis, qui malo digni sunt, non maledicere.

32 Cùm in Messenensium regionẽ eduxisset *Dissimulãter.* copias, roganti cuipiam, num aduersus fratres essent pugnaturi: Non, inquit, sed in eam agrorum partem proficiscimus, quę nondum sortitò diuisa est. Elusit percontatorem, dissimulans consilium suum: Sit hoc quoque exẽplũ celandi propositũ, si quem cupias lędere.

33 Cùm Argiui post illam trecentorum pu- *Moderatè.* gnam rursus essent prælio superati, socij Polydorum ad hortabantur, ne eam oportunitatem præteriret, sed aggressus hostium muros ciuitatem illorum caperet. Id enim factu fore facillimum, quum interfectis viris solę mulieres essent reliquæ. His in hunc respondit modum: Mihi pari Martis alea rebellãtes deuincere honestum est, cęterùm quum pro agris pugnarim, vrbem uelle capere, non arbitror esse iustum. Siquidem huc veni, agros recepturus, non vrbem occupaturus. Vir excellentis animi ne cum hostibus quidem putauit agendum secus quàm postulabat æquitas, quum hominum vulgus sibi in hostem putet licere omnia, in tantum ut si de frigido oppidulo fuerit concertatio, victor existimet sibi ius esse, regnum vniuersum victi occupare. Ille etiam turpe sibi iudicabat bellare cum his, quibus deerant paria ad bellum præsidia. Talis enim victoria nullam habet virtutis laudem, sed crudelitatis crimen.

Percontanti quid esset in causa quòd Spar- 34
tani in bello fortiter sese periculis obijcerẽt: *Sapienter.*
Quoniam, inquit, duces reuereri didicerunt
potius quàm timere. Reuerentia cum amore
coniuncta est: metuimus autem illos maximè, quos odimus. Rectius autem suo fungitur officio, qui ex animo facit, quàm qui
metu mali.

POLYCRATIDAS.

Polycratidas vnus cum cęteris missus ora- 35
tor ad duces regios, quũ ab his interrogaret, *Patriæ stu-*
vtrum priuatim veniissent, an publicè missi: *dium.*
Si impetramus, inquit publicè: sin minus, priuatim. Vox pij candoris in patriam index. Si
cessissẽt ex sententia legatio, gloriam volebat
reipublicę cedere, sin minus, ignominiam repulsæ ad patriam non pertinere.

SOE-

SOEBIDAS.

36 Soebidas cùm essent Lacedæmonij in pugna Leuctrica Martis aleâ experturi, cuidam dicenti, Hic dies declarabit uirum bonũ: Præclarus, inquit, dies, qui possit declarare virum bonum incolumen: præsagiens in eo prælio plurimos egregios viros fortiter occubituros, quos ipsæ patriæ maluissent incolumes.

Argutè.

37 Idem cùm esset loco iniquo, prętereà nullâ habente aquâ, obsessus ab hostibus, dicitur pactus cum hostibus, ut ipsis terram bello partam cederent, si milites vnà cum ipso è vicino fonte bibissent. Nam eum homines obsederant. Ictò fœdere congregatis ad se omnib⁹ pollicitus est se daturum eius regionis imperium ei, qui non bibisset. Porrò quum nemo sibi tęperaret, sed bibissent oẽs, ipse post omnes descendit in fontem: & aqua consperſus, hostibus etiam num præsentibus, abiit, regionem occupauit, vt qui non bibissẽt. Eodẽ stratagemate & exercitũ à sitis periculo liberauit & hostem elusit, & regnũ sibi vindicauit tolerantia. Non erat obstrictũ inimicis ex fœdere, quia nõ oẽs cũ ipso biberant: nec milites fefellit, quia nemo pręter ipsum à potu abstinuit. Quòd si hostes voluissent ad arma currere, iã nactus locum pugnæ commodiorem, ac fonte potitus, facili poterat illis esse par.

Callidè.

TELECRVS.

38 Telecrus ipsi nuntianti patrem de eo malè loqui: Nisi, inquit, illi dicendum esset, haud quaquam diceret. Maluit in se transferre culpam, quàm committere, vt pater quicquam temere loqui videretur. Habes & pietatis simul & modestiæ exemplum.

Piè in patrem.

39 Iam fratri suo ꝙrenti, ꝙ ciues erga se non perinde afficerentur atque erga illum, sed inhumanius tractarent, quòd nondum ab illis esset creatus Ephorus: Tu, inquit, iniuriam ferre nescis, ego scio: Significans ei, qui velit vti fauentibus ciuibus, ad multas iniurias esse conniuendum.

Comiter.

Percontanti quare mos esset apud Spartanos, vt iuuenes assurgant senioribus, Vt, inquit, assueti honorem habere nulla propinquitate iunctis, magis honorent parentes. Optima ratio consuefaciendi ad debitum officium, si vltrà quàm debeũ, deceamus præstandum. Veluti si quis assuescat cum vxore verecundè, castęque conuiuere multò minus improbus erit apud alienas.

40

Grauiter.

Percontanti quantum possideret facultatum: Non plus, inquit, quàm sat est. Diuitias non cupiditate, sed vsu metiebatur.

41

CHARILLVS SIVE CHARILAVS.

Charillus interroganti, quam ob causam Lycurgus tam paucas leges tulisset Lacedæmonijs: Qũi, inquit, pauca loquentibus, pauceis etiam legibus est opus; Senſit nimirum pleraq; mala ex multiloquio nasci. Laconibus autem peculiaris erat breuiloquentia.

42

Loquacitas.

Alteri percontanti, quam ob rem Lacedæmonij virgines nudas producerent in publicum, vxores verò tectas: Quoniam, inquit, virginibus mariti sunt inueniendi, vxores verò seruãdæ iis, qui eas nacti sunt. Huc spectabat ea cõsuetudo, vt nec puellis decessent mariti, nec contaminarentur matrimonia prætęr aliarum gentium consuetudinem.

43

Seruo cuidam audaciùs agenti cum ipso: Ni iratus essem, inquit, occiderem te, Adeò putabat nihil rectè dici fierive ab iratо, vt ne in seruum quidem animaduertere voluerit commotior.

44

Moderatè.

Inter-

45 Interroganti quam arbitraretur optimam rempublicam: In qua, inquit, plurimi ciues de virtute inter sese decertant, citra seditionem. In plerisque ciuitatibus certamen est de opibus & honoribus: de virtute qui certet, penè nulli. Quamquam hoc quoque certamen de honesto debet hactenus feruere, ne prorumpat in seditionem. Iam enim non est concertatio virtutis, sed ambitionis. Qui vera virtute præditus est, nihil spectat, nisi ut prosit reipublicæ. At seditio præsens venenum est ciuitatis.

Sapienter.

46 Percontanti cuidam quam ob rem omnium Deorum statuę apud Lacedęmonios ponerentur armatæ: Ne, inquit, probra quę ob ignauiam iaciuntur in homines ad Deos referamus, neve iuuenes nisi armati Deos precentur. Eo commento ciuium animis hanc opinionem infigere studebant, Dijs gratam esse fortitudinem, inuisam ignauiam.

Otium.

LIBER SECVNDVS.

LACONVM ALIQVOT ΑΝΩΝΥΜΩΝ *Apophthegmata.*

SAMIORVM legatis prolixiore vtentibus oratione dixerunt Spartani, Prima summus obliti, postrema non intelleximus, quia prima non meminimus. 1 *Habetur pagi 73. apoph. 16.*

Ad Thebanos item, qui de quibusdam pertinacius cõtradicebant: Oportet, inquiunt, aut minus habere spirituum, aut plus virium. 2 *Habetur pagi. 39. apoph. 99.*

Lacon quidam senex interrogatus cur barbam gestaret syluosam ac prolissam: Vt, inquit, intuens canos pilos nihil committam illis indignum. Vir bonus vndecunque venatur stimulos ad virtutem. 3 *Canicies.*

Alius cuidam laudibus immodicis efferenti bellatores optimos. Apud Troiam, inquit: significans tales olim fuisse, sed hoc genus hominum iam olim desisse inueniri. 4 *Arguit.*

Alius quidam Lacon quum audisset quosdam à cœna cogi ad bibendum: Num, inquit, coguntur etiam ad edendum? Notauit Græcorum morem in communis compellentium ad certum cyathorũ modum, quũ id reuera nihilo absurdius sit, quàm hominem qui nõ 5 *Bibositas.*

eiuriat.

esuriat, ad certum escarũ modũ compellere.

Liberè. 6 Recitato quod scripsit Pindarus, Græciæ fulcimẽtum esse Athenas, Lacon dixit ruituram Græciam, si tali fultura niteret. Taxauit Atheniensium molliciem, quę poetę elogio non responderet, aut certè poetę vanitatem, qui tali præconio celebrasset indignos.

Sulsè. 7 Quidam conspecta tabula, quę picturam habebat, quò Lacedęmonij trucidarentur ab Athenienſibus, dixit, Fortes Athenienses. Id Lacon audiens subiecit, In tabula: significans ridiculum esse pictura gloriari, quòd ea non minus mentiri soleat, quàm poetę.

Maledici. 8 Ad eum qui maledicta in alios per calumniam iactata, solet facilè admittere, Lacon, Define, inquit, aduersum me prębere aures. Sensit non solùm eos vituperio dignos, qui calumniarentur alios, verũ ét qui calumniantibus acommodarent aures. Et iniuriæ genus est aduersus nihil malè meritum audire maledicam linguam. Non enim essent maledici, si nullum inuenirent auscultatorem. Proinde Lacon expostulauit etiam cum illo, qui prębuerat aures de ipso malè loquenti.

Argutè. 9 Quidam seruo, qui dum puniretur, diceret, non volens erraui: Non volens igitur, inquit, pœnas dato. Vulgaris quidem, sed frigida excusatio est: Inficiens feci: vigilandum erat, ne quid committeret imprudens.

Senilè. 10 Alius quum in peregrinatione vidisset homines in sellis curulibus sedentes: Absit, inquit, vt in talibus sedeam sellis, vnde non liceat assurgere seniori. In his enim sedebant delicati porrectis cruribus, ac cœlum imminens capiti prohibebat exurgere. Apud Lacedęmonios verò scelus erat inuenem non assurrexisse seni.

Chij

Chij quondam Spartæ peregrinantes à cœna vomuerant in Ephororum curia, dein ét in sedes, in quibus sedere solent Ephori, ventris onus deiecerant. Ac primũ quidem acris inquisitio facta est, quinam hoc designassent, ne fortè ciues essent. Vt verò compertum est fuisse Chios, edixerunt se Chiis permittere, *Licentia.* vt agant intemperantius. Exeellentium virorum est negligere contumeliam, quę à palam improbis proficiscitur, à quibus etiam laudari turpe est. 11

Alius quidam Lacon quum duas amygdalas duras duplo vendi conspiceret: Sunt ne hic, inquit, rari lapides? Quasi nihil interesset inter silicem & duram Amygdalam. Adeò *Lepidè.* Lacon delitiarũ erat rudis, vt nesciret sub eorũ tice latere nucleum. Et apparet hoc genus arboris non quibuslibet regionibus fuisse notum, quando Plinius dubitat, an ętate Catonis fuerit in Italia. 12

Alius quum in luscinia plumis reuulsis minimum reperisset carnium: Vox, inquit, tu es, *Loquacitas.* Pręterea nihil. In eos dici potest, qui prętereà garrulam linguam ac magnifica verba nihil habent. 13

Alius quidam quum videret Diogenem eo gnomento canem, in vehementi frigore statuam ęream amplectentẽ, rogauit nũ algeret: illo negante: Quid igitur, inquit Lacõ, magni facis? Philosophus glorię mãcipiũ hoc ipsum existimabat magnificũ, q̃ sic haberet corpus ad oẽs iniurias duratũ, vt in rigore frigidę statuę cõplexum ferre posset, absque dolore. Id *Argutè.* Laconi nihilo pulchrius videbatur, quàm si quis in ęstate simile quippiam amplecteretur nullo suo incommodo. 14

Quidã Metapõtinus Laconi obiicięti igna- *15*

tiam;

uiam: Atqui, inquit, non parum alienæ regionis possidemus: Ergo, inquit, Lacon, non solùm ignaui estis, uerum etiam iniusti: Significans non posse fieri, vt quis meticulosus & imbellis multum teneat alienæ ditionis, nisi fraude partum.

Argute.

16 Hospes quidam apud Lacedæmonios, quũ ipsi stanti interim altero pede, crepida in alterum indueretur, dixit cuidam, Nõ attritor te Lacon tantum temporis vni pedi posse insistere, quantum ego possum. Lacedæmonius expediens: Fateor, inquit, attamen nullus est anserum, qui isthuc non possit. Iure derisit hominem, qui longo usu didicisset artem, quę nihil vtilitatis adfert reipub. Huiusmodi sunt artes præstigiatorum, funambulorum, & similium.

Ridiculè.

17 Cuidam iactanti de arte rhetoricæ: At per geminos, inquit Lacon, ars nisi verum attigerit, nec est, nec unquam erit. Notauit rhetores, qui se profitentur verisimilia dicere, licèt vera non sint.

Grauiter.

18 Argiuo quodam dicente, multa Spartanorũ sepulchra apud nos sunt, Lacon excipiens: Atqui Argiuorum apud nos nullum est sepulchrum: innuens q̃ Spartani semper inuasissent Argos, Argiui verò Spartanos nunquam. Solerter Lacon, quod ille dixerat in gentis suæ laudem, retorsit in ignominiam.

Argutè.

19 Lacon in bello captus cum sub hasta veniret, ac præco diceret, Laconem uendo, obtruncauit illi os: Captiuum, inquit, p. edicere uendere. Suam conditionem æquo animo tulit, patriæ ignominiam ferre non potuit in auctione traducendæ.

20 Ex his militibus, qui sub Lysimacho stipendium faciebant, quidã quũ ab eo rogaretur, num

aum esset quispiam ex helotum, id est, seruorum Laconicorum numero: Tũne, inquit, existimas Laconem ad te venturum, vt abs te ferat quatuor obolos? Maluit se fateri seruum, quàm hoc probri admittere in nomen Lacedæmonicum.

Cùm Thebani deuictis apud Leuctra Lacedæmonijs ad ipsum veniissent Eurotam, & quidam gloriabundus dixisset, Vbi nunc Lacones? Spartanus quidam ab illis captus: Nõ adsunt, inquit, aliqui vos huc non uenissetis, Ne victus quidem, & captiuus potuit obluisci in dolis Laconicæ, nec tulit victoris iactantiam. 21 *Generosè.*

Athenienſibus quum tradita ciuitate postularent, vt Samum tantum ipsis relinquerent, ita responderũt Lacones: Hoc tempore, quo vestri non estis, alios habere postulatis: Vnde natum est prouerbium. 22 *Argutè.*

Qui semetipsum non habet, Samum petit.

Cùm Lacones ciuitatem quandam armis cepissent, Ephori dixerunt, Periit iuuentutis luctamen. Non enim post hac habebunt aduersarios. Gaudebant quidẽ de victoria, sed iuuenibus exercendæ virtutis materiam ereptam dolebant. 23 *Habetur antè pagi. 17. apo. 26*

Cũ Lacedæmoniorum rex polliceretur se funditus euersurum alteram quandam ciuitatem, quæ sæpenumero Lacedæmoniis exhibuerat negotium, nom permiserunt Ephoti dicentes. Nequaquam abolebis, neque subnertes iuuenum cotem. Vrbem infestam appellabant cotem iuuentutis, quòd per eam iuuentus acueretur ad bellandi peritiam. 24 *Generosè.*

Lacedæmonij non præficiebant pædotribas, qui pueros ad luctã exercerent, vt virtutis esset certamen, non artis. Vnde, & Lysander interrogatus, quo pacto à Charonte victus 25

esset, respondit vario artificio. Non existimabat ea gens, in quauis re speciosam esse victoriam, quæ callidis consilijs contigisset potius, quàm animi, corporisq; robore. Ars autem omnis, vt à naturali simplicitate recedit, ita dolo affinis est.

26 Philippo quum peruenissent in agros Lacedæmoniorum, scripsissetq;, vtrum vellent ipsum venire hostè an amicum, responderunt, Neutrũ. Vnico verbo absoluerũt sententiam, quod erat Laconum, ac simpliciter negantes regi tranfitum, quod erat vitorum fortium. *Liberè.*

27 Lacones legatum, quem ad Antigonum Demetrij filiũ miserant, quoniam acceperant, quòd Antigonum appellasset regem, mulctarunt, quamuis in annonæ penuria, medimnũ frumenti in singulos ab ipso reportaret. Tantus erat apud illos legũ rigor, vt nec tanto beneficio subleuata inopia ab illis veniam impetraret, vt ivnius vocularæ gratiam faceret prosperè legatione perfuncto. *Factum.*

28 Cùm improbus quidam sententiam dixisset optimam, ipsam quidem sententiam approbarunt, sed eo, qui dixerat amoto, alteri cuidam inculpatis moribus eandẽ sentẽtiam tribuerunt. Adeò in repub. nihil honoris habendũ putarunt his, qui flagitiosè viuerent. Autorem mutarunt, ne esset dedecori reipub. consilium non reiecerunt, ne ob priuatam ignominiam publicam vtilitatem neglexisse viderentur. Meminit huius & A. Gellius. *Factum.*

29 Cùm duo fratres inter se dissidium haberent; Lacedæmonij mulctam dixere patri, q filiorum discordiam dissimulasset. Iuuenibus ignoscendum putarunt, sed quicquid illi per calorem ætatis peccassent, patenti imputabant, cuius autoritas prouidere debuerat, ne quid inter filios oriretur simultatis. *Factum. Pater pro filio punitus.*

Cantori apud Spartanos peregrinanti, dixere multam, quod citharam digitis pulsaret, non ebore. Adeò non patiebantur innouari publico vsu recepta. Hoc studio cuidam alteri ex nouem chordis duas incidit Lacedæmonius ille. 30 *Factum. Seuerè.*

Duo pueri inter se pugnabant, quorũ vnus alteri letale vulnus inflixit. Puerorum autem sodales, quum sancius ille moriturus esset, Polliciti sunt illi vindictam, seq; vulneris autorẽ interfecturos. At ille: Nequaquam, inquit per deos, Non enim æquum est: quandoquidem & ipse hoc facturus eram, si anteuertissem, siq; strenuus fuissem. Indolem verè Laconicam, qui victus ac moriens iusto tamen victori fauebat, q virtute, non dolo superasset aduersarium. Quid talibus ingeniis felicius, si à teneris ad veram virtutẽ fuissent instituta potius, quàm ad militarem duritiem? 31 *Generosè.*

Alter quidam puer illo tempore, quo mos erat apud Spartanos, vt pueris ingenuis fas esset, quod quisq; possit furari, sed hactenus vt deprehendi turpe esset, quum vinam vulpeculam, quam sodales erant furati, sibi ab eis traditam seruaret, venissentq; qui eam perdiderant inquirendi gratia, vulpeculam sub veste abditam tenebat. Cæterùm cum esse rata bestia latus pueri vsq; ad intestina erroderet, dissimulauit tacitus, ne proderet furtũ. Mox verò quum digressis illis pueri vidissent, quod acciderat, obiurgabant illum dicentes, Præstiterat aperire vulpeculam, q ad mortem vsq; celare: Nequaquam, inquit, imò præstat doloribus immori, q̃ hac nota traduci, vt ob molliciem dicar lucrifeciſe vitam ignominiosam. Quid absolutius, si tam feliciter 32 *Fortiter.*

natis ingeniis accessisset philosophia?

33 Animose. Cùm quidam fortè obuij Laconibus dixissent, fortunati estis ò Lacones: nã modò hinc abiere latrones. Non nos inquiũt, per Enyalium (sic enim illi Martem vocant) sed illi potius fortunati sunt, qui in nos non inciderint. Adeò gens ea gerebat animos ad omnia impauidos, quæ uulgus hominum formidat.

34 Generose. Lacon quidam interrogatus, quid artis sciret: Liber, inquit, esse. Ea gens nec disciplinis philosophorum, nec opificiis exercebatur. Tantum inuictis animis libertatem tuebatur, nec hominibus, nec vitiis seruire docilis.

35 Generosè. Puer Spartanus captus ab Antigono rege, ac sub hasta vẽditus, in cæteris oĩb⁹, quæcũq; putabat ab ingenuo decenter fieri posse, obsequens erat, ei, qui ipsũ fuerat mercatus. Cæterum iussus adferre matulã, haud sustinuit, dicens, Non seruiam. At quum instaret herus, puer conscenso tecto dixit, Sentiesne cuiusmodi mercatum feceris: moxq; sese è sublimi præcipitẽ dedit, ac periit. Captiuus esse poterat, seruilia facere non poterat. Fortiter.

36 Alter quum venderetur rogatus à licitatore. Eris ne frugi, si fuero mercatus? Etiã si non fueris mercatus. Ne fortuna quidem seruilis docere potuit illum seruilia loqui. Qui enim natura probus est, vbiq; & apud omnes probus est.

37 Simile ante pag. 112 apo. 19. Alter quidam captiuus quum uenderetur, ac præco diceret se mancipium vendere: Scelestè, inquit, non tu dices captiuum? non puduit turæ conditionis, sed puduit tituli seruilis. Tantus erat libertatis amor.

38 Salis. Lacon quidam in clypeo pro insigni gerens muscã, eamq; nõ maiorẽ vera quibusdã irridentibus, diecũbusque, ꝙ id studio feciset: quòd lateret, Imò, inquit vt sim conspicuus. Tam enim propè accedo ad hostes, vt ab ipsis insigne cuiusmodi sit videri possit. Salsissimè conuiuium ignauiæ uertit in argumentum fortitudinis.

39 Seuerè. Lacedæmonius alter⁹, quum super conuiuium esset illata lyra: Non est, inquit, Laconicorum nugari, longè dissentientes à cæteris Græcis, quibus nullũ cõuiuiũ suaue videbat⁹ absq; musica. Id Laconi nugale videbat⁹, qui lauti⁹ existimabat, honestis ac festiuis fabulis condire compotationem, quàm inani liræ strepitu.

40 Argutè. Spartanus interrogatus, num tutum esset ad Spartam iter: Refert, inquit, qualis eò descendas. Nam leones illuc euntes plorant, lepores autem in vmbraculis venamur: significauit, nec ferocibus ac violentis esse tutum proficisci Spartam, nec mollibus & effœminatis, quòd hostili animo illuc proficiscentes malè acciperent⁹ à fortioribus, delicatos hoses illic non sinerent lasciuire in tenebris.

41 Argutè. In luctandi genere, quod illi Chirapsiam appellãt, quũ is q̃ collũ alterius vergebat, frustra ꝑterq; legem palæstræ pulsaret vndique, & in terram detraheret, postea quàm corporis viribus destitueretur, qui inhærenti cedere cogebatur, brachium vergentis momordit cumq; alter diceret, Mordes ò Lacon, fœminarum more: Nõ inquit, sed more leonũ. Vt solerter obiectam ignauiã detorsit in laudem fortitudinis. Nullũ enim probrũ apud illos detestabilius, quàm mulieribus imbecillitatis. Iure, autem se motu liberauit, qui præter ius certaminis vrgebatur à victo.

42 Claudus ad bellũ ꝓficiscens quum ab aliis videret⁹. Non opus est fugientibus, inquit, sed

qui subsistant, locumq; in acie tueantur.

43 Alius sagitta percussus cùm animam ageret, dicebat, Non me mouet, q̃ morior, sed partim, q̃ ab imbelli sagittario ac mulierculę simili, partim q̃ nullo facinore edito morior. Victis solet esse solatio, virtute pręstantis viri dextra cadere: Lacedæmonij verò quoniam ensibus pugnare solent cominus, non putabant esse virtutis procul missa sagitta quempiam interficere, quod idem possunt & fęminæ. Tũ æquiore animo decedunt è vita q̃ rectè factorũ post se relinquũt memoriam.

Generosè.

44 Quidam ingressus diuersoriũ cauponi dedit obsoniũ, vt appararet: quum ille posceret caseum & oleum: Quid? inquit Lacon, si caseum haberem, iam non egerem obsonio. Caupo caseum & oleum petebat ad condiendum piscem: at Lacon cui sufficiebat victus simplicitas, superuacuum existimabat, cibum cibo miscere, quum alter per se satis esse posset. Quantum absunt ab huius Laconis animo, qui centum rerum species in vnum miscent discum?

Frugaliter.

45 Cuidam Lampen Æginetam efferenti ac felicem prædicanti, quòd prædiues videbatur, multorum nauigiorum dominus: Lacon, Nihil, inquit, moror felicitatem de funibus pendentem. Quum omnes diuitiæ sunt in manu fortunæ, tum eæ præcipuè, quas negociatores commisere nauibus: ruptis funibus sequitur naufragiũ, & hinc merciũ omnium interitus. Vnde philosophus quidam interrogatus vtrũ putaret maiorem esse numerum viuorum an mortuorum, vicissim rogauit vtro loco haberet nauigantes, quòd hi versantes in summo vitæ discrimine vix essent habendi pro viuis.

Argute.

46 Quidam Laconi dixit, Mentiris, ille cõtrà Nimi-

Nimirum inquit, liberi sumus, alii verò nisi vera dixerint, vapulant. Nihil commotus est Lacedęmonius, sed atrox conuitiũ elusit ioco, obiter taxans maledicum, q̃ ipse non esset Lacedæmonius, atq; ob id nec liber. Porrò serui si quid fallant mendacio, loris emendantur.

Argutè.

Alius quum vellet cadauer statuere rectum 47
nec id posset efficere, quum nihil nõ fecisset: Per Iouem, inquit, aliquid intus sit oportet. Suspicatus est Lacon aut animam, aut genium malum latere in cadauere. Solent enim cadauera in rogo erecta poni.

Tynnichus Thrasybuli filii mortem per 48
quàm forti animo tulit. In hunc hoc factum est epigramma.

Exanimis Pitanę clypeo Thrasybule rediisti.
Septem ex Argiuis vulnera sæua gerens, *Fortiter.*
Aduersa ostendis tũ omnia. sanguinolenta.
Mębra rogo imponẽs Tynnich⁹ hęc seniori
Plorentur timidi, mi infletus humabere fili,
Qui & patre hoc verè dignus es & patria.

Quum Alcibiadi Athenienſi balneator plu 49
rimum administraret aquę, Lacon id videns: *Salue.* Quid hoc rei est, inquit? Plus aquæ infundit, quasi non puro, sed vehementer sordido. Hoc schemmate notauit Alcibiadis vitam multa infamia contaminatam.

Philippo regi Macedonũ quędam per lite- 50
ras imperanti, rescripserunt Lacedæmonij, *Non est in* De quibus nobis scripsisti, non. Ad prolixam *Græco ne-* regis epistolam vnica syllaba respõderũt, *stro. sed in* quam grandibus literis pinxerant, vt expleret *Philelphe.* iustũ epistolæ spatium, simul & gentilis breuiloquentię memores & solitæ fortitudinis.

Rursum quum Philippus in agros Lacedæ- 51
moniorum duxisset exercitum, resq; in eo esset statu, vt probabile esset eos ad vnum oẽs

interituros, rex dixit cuidam Spartiatæ, Quid
Fortiter. nunc facietis Lacedæmonij? At ille, Quid, inquit, aliud, nisi quòd fortiter moriemur, quándo nos soli Græcorum liberi esse, non aliis parere didicimus. Nemo seruire cogitur, qui mori paratus est. Quàm dulce bonum est libertas, quæ morte emitur: quàm misera res seruitus, cui mors anteponitur. Quid igitur mentis dicemus his esse, qui se sponte dedunt in eam seruitutem, vnde nec dato peculio possunt redimi, nec gratuita manumissione liberari?

52 Post Agin bello superatum Antipatro postu-
Hoc nõ est. lanti obsides pueros quinquaginta: Eteocles, qui tum Ephorum agebat, respondit, se pueros non daturum: nec si licenter vixissent, fie-
Liberè. rent indociles patriæ disciplinæ, itaque neciues quidem essent. Cæterum senes ac mulieres se duplo numero daturum. Verùm Antipatro dira minitanti ni acciperet postulata, populus vna voce respondit, Si imperas acerbiora morte, facilius moriemur. Hunc animum in vno alterove, ciuium reperire fortasse non ita magni miraculi esse videatur; in vniuerso populo tantum esse consensum, prodigiosum est. Hoc exemplo simul admonemur, quanta sollicitudo debeatur ætati teneræ ad probitatem educandæ, quando licenter educatos iuuenes illi non putarunt habendos pro ciuibus, perinde quasi mater abdicet filium ex se natum, nisi probitate morum maioribus suis respondeat.

53 Senex in Olympijs cupidus erat spectandi certaminis, quod agebatur: sed quum nulla vacaret sedes, ad varia loca sese conferens, ludibrio erat, ac scommatis petebatur, quòd nullus eum exciperet. Vt verò peruenit ad Lacedæ-

Lacedæmonios, non solùm pueri omnes assurrexerunt, verum etiam viri multi cesserunt illi locum. Id factum quum cæteri Græci quotquot aderant, plausu comprobassent, patrium que morem supra modum collaudassent, Senex. Concutiens cana[que] genas, & tempora *Salsè.*
cana, Ac fusis lachrymis, Heu miseriam, inquit, vt omnes Græci norunt, quid sit honestũ, sed eo soli vtuntur Lacedæmonij.

Sunt qui narrent hoc idem accidisse Athe- 54
nis: Cum enim agerentur panathenæa, Attici senem ludibrio habuerũt, inuitantes tanquã admissuri, cæterùm vbi venisset non admittẽtes. Verum iam perambulatis ferè omnibus, tandem ad Lacedæmonios spectatores quum venisset, omnes è sedilibus assurgentes locum illi cesserunt. Eo facto delectatus populus, plausu multaq; gestuũ significatione comprobauit. Inter hæc è Spartanis quidam dixit: Per Geminos, norunt Athenienses, quę sint honesta, at non ea faciunt. Apud Athenienses maxime florebat philosophia, quæ docet quid turpe, quid honestum: Spartani non recipiebant eiusmodi disciplinas, sed ex institutione maiorum virtutem factis ac moribus præstabant. Ita factum est, vt apud Athenienses essent verba philosophię, apud Lacones ipsa res. Admonet apophthegma turpissimum esse scire quid deceat, & tamen diuersa sequi.

Mendicus quidam petiit aliquid à Lacone. 55
At ille, Si quid, inquit, dedero magis es futu- *Argutè.*
rus mendicus. Verùm istius probrosæ vitæ tuę fuit autor, qui tibi primus dedit, teque fecit inertem. Apud Lacedæmonios probro dabatur mendicitas, quòd & otium odissent, & minimo essent contenti.

Lacedæmonius vidẽs quẽdã dijs corrogãtẽ: 56
Nihil,

Nihil, inquit, moror deos, qui me sint pauperiores.

57 *Moderatè.* Alius quidam quum adulterum apud deformem vxorē deprehendisset, Miser, inquit, quæ tibi fuit necessitas? Primùm hic editum est nobis moderationis exemplum. Quis sibi temperet in adulterum deprehensum? Hic potius videtur misertus hominis, qui graui quapiam necessitate videretur huc compulsus, vt cum deformi rem haberet. Neque enim verisimile erat adulterum voluptatis gratia sese in hoc discrimen coniecisse.

58 *Loquacitas.* Alius quum audiret rhetorem magnos sermonis circuitus connectentem, Per Geminos, inquit, fortis sanè homo, q̄ quū nullū habeat argumentum, tñ egregiè voluit linguam. Lacedæmoniis nulla placebat oratio, nisi breuis & vera, & ad rē seriam pertinens. Proinde ridiculū existimabat, q̄ orator in ficto themate tantam verborum copiam profunderet.

59 *Senectus honorata.* Quidam profectus in Lacedæmonē, quum vidisset honorem quem iuniores præstant senioribus: In sola, inquit, Sparta expedit senescere. Paupertas onus est & miserum, & graue, vt ait Comicus: sed in hac molestiarū maxima pars est, q̄ homines facit etiā ridiculos vt ait Satyricus: Sic inter incommoda quæ fert ætas ingraueſcens, non minima pars est, quòd senes ferè contemptui sunt ac ludibrio. Proinde Sparta visa est multis honestissimū virtutis domicilium.

60 *Ars inutilis.* Lacedæmonius percontanti, quid ipsi videretur Tyrtæus poeta: Bonus, inquit, ad deprauandos iuuenum animos. Quemadmodum Plato iudicabat Homeri poesim inutilem esse reipub. qualem institui volebat, ita Lacedæmonij non recipiebant poetas, qui blanda

blanda scriberent potius quàm salubria.

61 *Fortitudo.* Cuidam qui laborans ab oculis exierat in bellum, quum nonnulli dicerent, Quò vadis ad istum affectus modum, aut quid facturus? Vt nihil, inquit, aliud, certè hostis gladium hebetabo. Hoc dictum salsius ne sit an fortius nondum statui.

62 *Pietas in patriam.* Buris & Spartis Lacedæmonij sponte profecti sunt ad Xerxem regem Persarum, daturi pœnas, quas Lacedæmonij iuxta oraculum pendere debebant, eo q̄ oratores à Persa missos occidissent. Hi quum veniſſent ad Xerxē, iusserunt vt ipsos quocunq; modo videretur, interficeret pro Lacedæmonijs. Cumque rex admiratus & pietatē in patriam & animorū fortitudinē, liberasset illos à pœna, petereq; vt apud se manerent: Qui possumus, inquiūt, hic viuere relicta patria patrijsque legibus, ac viris, quorum gratia tantū iter suscepimus morituri? Cæterum quum Indarnus exercitus regij dux, rogans instaret, diceretq;, fore vt in pari honore haberentur cum his, qui inter regis amicos primas tenebāt, hunc in modum respondērunt: Videre nobis ignorare q̄ ingens bonū sit libertas, quam nemo sanus vel cum Persarum regno commutaret. In eodem facto nobis propositum est exemplū pietatis erga patriam, & constanter adamatæ libertatis, & animi mortis terrore vacui.

63 *Lepidè.* Laconem hospes quem pridie declinauerat, postridie stragulis commodato sumptis splendidè excepit: at ille stragulis conculcatis dixit, Propter has heri ne storiis quidē indormire licuit. Lepidè risit illorū morē, qui quū sint tenues, tamē affectant videri diuites corrogata aut conducta supellectile, q̄d maximè solet in excipiēdis hospitibus, in nuptiis, aut alioqui

alioqui solennibus epulis. Porrò quum ineptum sit ostentare tuas diuitias, quanto magis ridiculum est ostentare supellectilem alienam, interdum ab vsurariis sumptam? At Lacedæmonij non solùm oratores regum, verum ipsos etiam reges ad sua phiditia inuitabant, eam frugalitatem sibi magno etiá honori futuram existimantes.

64 Alius quidam quum venisset, Athenas, vidisséque ille præcones qui muriam promitterent, qui obsonium, qui publicanos & lenones, aliasque parum honestas functiones profiterent, neque quicquam sibi turpe ducerent: vbi reuersus est in patriam, ciuibus percontantibus quo se res haberent Athenis, Omnia, inquit, honesta, per ironiam innuens, Athenis omnia haberi honesta, turpe nihil. Argutia dicti est in ambiguo sermonis. *Licentia.*

65 Alter interrogatus de re quapiam, respondit, Nō. Verū vbi pcontator dixisset illum métiri: Non vides igit, inquit Lacon, te stultum esse, qui sciscitaris de his, quæ noueris? Salsè taxauit in illo vitium garrulitatis, qui de nihilo quæsierit fabulandi materiam.

66 Venerunt aliqn Lacedæmonij ad Lygdamin tyrannū legatione fungentes: sed cū ille variis causationibus frequenter distulisset colloquēdi copiam, tandem post oēs excusationes dictum est, illum parum firma esse valetudine, sed languere non nihil. Legati responderūt, per Iouem non venimus huc cum illo luctaturi, sed colloquuturi. Belle taxārūt barbari regis fastū ac delitias, qui quanuis friuola de causa res serias omitteret.

67 Quidam sacris initiaturus Laconem, rogauit quid sibi conscireti maximè impiè fact̄ū per oēm vitā; At ille hoc, inquit, dij sciūt. *Habetur, ante pag. 109. apo. 1*

Quum initiator magis vrgeret, diceretque, omnino proferas necesse est, Lacon vicissim rogauit, Vtrum, inquiens, oportet me tibi dicere an Deo, quum ille respondisset, Deo Tu ergo, inquit, hinc secede, vt illi dicam.

Alius Lacon quidam noctu præteriens mo- 68
numentum, quum sibi visus esset videre spectrum, accurrit, lacea traiecturus, & in hoc ni tens, Quò me fugis, inquit, anima bis moritura. O mentem verè liberam omni formidine, quæ nec latuarum ac lemurum occursu terreri potuerit. *Superstitio nulla.*

Lacon alius quū voto se obstrinxisset quod 69
se de leucate præcipitē daret conscendit mō tem, & conspecta altitudine sese auertit. id quum illi probri gratia obijceretur. Non pertaram, inquit, illi voto maiore voto opus esse loco elusit inconstantiæ formidinisque crimen. Etenim qui facinus arduū concipit animo, prius à diis optare debet animum facinori parem. *Lepidè.*

Quidā in acie quū strictū iā ensem in hostē 70
esset infixurus: qn interim signum datū est receptui canens, non infixit. Roganti vero cuidam quus hostē quem in potestate habebat, non occidisset: Quoniam, inquit, melius est parere Imperatori, quàm hostē occidere. Exēplum disciplinæ militaris, à qua immanē quā tum recesserunt, qui sub belli titulo mera exercent latrocinia. Olim non licebat ferire hostem, nisi tuba dedisset signum. Eadem simul atque cecinerat receptui, homicidij crimen erat hostem interemisse. *Belli disciplina.*

Quidam Laconi in Olympico certamine 71
superato dixit. Aduersarius tuus ò Lacon te fuit potentior: Imò, inquit, ad deiiciendū accōmodatior. Qn certamen artis erat magis *Argutè.*

quàm

quàm virtutis. Lacedæmonius non putabat se ob id deteriorem, quòd victus esset. Dicti argutia sita est in ancipiti voce: nã χρείσσων & meliorem significat, & potentiorem, siue superiorem, aut præstantiorem. Is vere inferior est, qui honesto vincitur.

72 Ætoli quondam ingressi regionem Laconicam, abduxerunt quinquaginta seruorum milia. Vnde Lacon quispiam senior festiuiter dixisse fertur: Magno bono fuerunt hostes Laconicæ, quam tanta turba leuarunt.

73 Mos erat apud Lacedæmonios, vt rex hostes aggrederetur, præcedente quopiam gestante coronam, qui in certamine victor aliquando tulisset coronam. Cum igitur Lacon quidam in Olympijs magnam pecuniæ vim respuisset, sed multo cum sudore deiecto aduersario coronam tulisset, cuidam dicenti, Quid emolumenti tibi adferet victoria ò Lacon? ille ridens & alacer respondit, Ante regem inquit, coronatus incedens, pugnabo cum hostibus. Generosæ mentis est, laudis amore teneri potius quàm pecuniæ.

74 Miles quidam Lacedæmonius quum prostrato hostis insideret tergo occisurus, rogatus, vt se verteret, & in pectus potius stringeret ensem: rogatus quid ita, Ne amasius, inquit, meus erubescat, si viderit auersis confossum vulneribus.

75 Lacon quidam ad Rhodium Diagoram, qui in Olympijs & filios, & ex filio filiaq; nepotes vidisset coronari: Morere, inquit, Diagora, non in Olympum ascendes? Sentiens tum optimum exire de vita, quum res sunt prosperrimæ. Ita Plutarchus in Vitis: Meminit & Cicero in Tusc. quæst lib. 1.

76 Laco quidam pedagogus pueri cura susceptæ quum

quum interrogaretur, quid esset illum doctu rus, Efficiam, inquit, vt honestis delectetur, turpibus offendatur. Nihil efficacius ad veram felicitatem, quàm amare virtutem propter se, odisse vitium propter se.

Spartanus quidam interrogatus, quid conferrent vtiliatis, pueris adhibiti pædagogi: Efficiunt, inquit, vt quæ sunt honesta, eadem pueris fiant etiam iucunda. 77

Agesilaus dicebat sibi iucundum esse laudari ab his, qui non verentur & vituperare, si quid displicuisset. Tales. n. si quid laudant, iudicio laudant, non metu aut adulatione. 78

Demonides amissis furto crepidis, precatus est, vt eius qui sustulerat, pedibus conuenirẽt. Visus est bene precari, quũ illi magnum precaretur malũ, videlicet pedes distortos, quales habebat Demonides. 79

Lacedæmonij quum Smyrneis egẽtibus cõmeatum misissent, atq; illi beneficiũ verbis attollerent, Lacedæmonij sermonem interrumpentes, Nil magni est, inquiunt: Hæc n. collegimus vnius diei prandio nobis & iumẽtis detracto. Gratius est beneficium, quod extenuatur, ab eo qui confert. Nam qui quod largiuntur, exaggerant, qui plerisque mos est, bonam gratiæ partem amittunt. 80

Lacydes Arcesilai familiaris Cephisiorati crimen læsæ maiestatis deprecanti, vnà cum reliquis amicis aderat. At quum accusator anulum exhiberi flagitaret, per quem coargui poterat: isq; eàm in terram demisisset, Lacydes sentiens pede impositio texit. Inficiatus est igitur Cephisiorates & absolutus. Mox reo iudicibus, vt mos est, agenti gratias, quidam è iudicum numero qui viderat, iussit vt Lacydi quoque gratias ageret. 81

Arce-

82 Arcesilaus quũ ãrderet podagræ doloribus, eumque Carneades inuisisset atque exiret tristis: Mane, inquit, Carneade, nihil enim illinc huc peruenit, ostensis pedibus & pectore; Sentiens & pedes quidem dolere, sed animũ dolore vacuum esse.

PRISCA LACEDAEmoniorum instituta.

1 *Mitium.* Ad publica conuiuia ingredientibus, qui natu erat maximus, singulis ostendebat fores, dicens, Per has nullus egreditur sermo: admonens nihil effutiendum, si qui liberius dictum esset in conuiuio. Hunc morem instituit Lycurgus.

2 Quoniam apud Lacedæmonios in summo pretio erat ius, quod illi nigrum appellant, adeò vt seniores hoc contenti non desiderarent carnes, sed eas iuuenibus cederent, Dionysius Siciliæ tyrãnus dicitur huius gratia coquum emisse Laconicum, eiq; mandasse vt sibi hoc ius appararet, nullis parcens impendiis. Quod vbi rex gustasset, ac displicuisset, expuit. Tum coquus, Hoc, inquit, ius ò rex sumendum est, postea quàm te Laconum more exercueris, & in Eurota laueris. *Exercitatio pro condimento.* Festiuius hoc narratur à M. Tullio Tusc. quæst. lib. v. in hoc varians à Plutarcho, quòd scribit illum Spartæ in phiditijs cœnauisse & à cœna negasse sibi nigrum illud ius, quod cœnę caput erat, placuisse: tùm qui illud coxerat respondisse, minime mirum, si displicuisset, condimenta enim deesse ac Dionysio rogante, quæ tandem illa? Labor, inquit, in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis. his enim rebus Lacedæmoniorum epulas condiri.

3 Lacedęmonij posteaquàm moderatè bibe- *Tenebræ assuescere.*
runt in conuiuijs publicis, discedunt absque tæda: non enim fas est illis ad lumẽ incedere, nec hac via, nec illa, quo consuescant in tenebris noctuq; confidenter & intrepidè ire. Id interdum in bellis vsu venit, vt necesse sit.

4 Iidem literas quidẽ discebãt ad vsum, cæteras verò disciplinas exoticas eiiciebant, nec minus homines harum professores, quàm ipsos libros. Hæc autem erat illorum eruditio, bene parere magistratibus, patientem esse laborum, & in prælio aut vincere, aut mori. *Philosophica rusticana.* Hoc animo fuerunt olim & Romanorũ quidam, qui Philosophos Græcos vrbe pepulere, & curiosis disciplinis auerterẽt iuuẽtutem ad ocium & ignauiam, redderentque ad disserẽdum quidem instructos, ad gerenda verò reipub. munia inutiles.

5 Perseuerabant absq; tunicis vestem vnicã accipientes corporibus squalidi, quippe à balneis & vnguentis ferè in totum abstinentes. *Frugaliter.* Nemo tales facilè inuadit tum inopes, tũ duros: nec malis artibus cogebantur rem quærere, qui tam paruo contenti sunt. Hæc Lacedęmonij, qui nec philosophorum dogmata, nec Christum nouerant, & non pudet nos delitiarum nostrarum?

6 Iuuenes verò gregatim ac turmatim dormiebant supra stibadas, herbæ genus, quas *Frugaliter.* ipsi sibi congerebant ex arundine apud Eurotam nascente, cuius summa nõ ferro sed manibus defringebant. Per hyemẽ verò sustern bant sibi, quos vocant Lycophontes ac stibadis commiscebant, quòd ea materia caloris quiddam habere videretur. Vbi sunt nunc

qui toto corpore plumis anserinis indormientes quęrantur ob duriciem sibi dolere latera?

7 Amare puerorũ indolẽ, qui probo ingenio videbantur, permissum illis erat cęterũ abuti illis turpissimũ habebatur, quasi corpus adamaretur potius quàm animus. Quòd si quis accusatus esset, q̃ parum honestam cum illis habuisset consuetudinem, is pet omnem vitam infamis erat,& à publicis honoribus submouebatur. Hoc non solùm in pueris, quorũ ætati consulens lex permisit grandioribus amare, sed citra turpitudinem, locum habet, verùm etiam in coniugibus.

Amor animi.

8 Mos erat vt adolescentes quopiam abituri, a senioribus interrogarentur, quò irent, & ad quid: obiurgabat aũt, qui vel non responderet percontanti, aut friuolas causas recitaret. Senior qui non obiurgarat adolescentem ipso præsente delinquentem, eidem pœnæ erat obnoxius, quam daturus erat si peccasset ipse. Cęterum qui obiurgationem molestè ferebat, in magno erat probro. Meritò puerorũ errata imputantur ijs, quorum partes erant ea vel arcere, vel corrigere. Simul autem magna necessitas habebat seniores, ne quid testibus adolescentibus præter decorum committerent. Nam qua fronte obiurgarent iuniores, si ipsi senes essent obiurgandi?

Sapiẽter.

9 Si quis in peccato deprehensus fuisset, is cogebatur aram quandam, quæ erat in vrbe, circumire, ac vituperationem interim in ipsum compositam canere, quod nihil aliud erat, quàm seipsum sua voce obiurgare. Ingenui pudorę & laudis amore melius ducuntur adhonesta. Virgis aut flagris cędi ferule est.

Castigatio.

10 Quin & ille mos erat, vt iuuenes non solũ suos quisq; parentes reuererentur, hisq; dicto audientes essent, verùm etiam vt omnes seniores venerentur, tum de via cedentes, tum è sedibus assurgentes, ac prætereuntibus illis taciti quietiq;. Quare factũ est, vt quisque non quemadmodum fit in alijs ciuitatibus, in propriis modò liberos, seruos ac possessiones autoritatẽ haberet: verum ẽt in amicorum ac vicinorum liberos ac possessiones perinde ius haberet atq; in sua propria: vt omnia q̃ maxime inter se cõiter haberent, ac aliena quisque non aliter quàm sua curaret. Intellexerũt illi quantam vtilitatẽ haberet communitas, non adacta, sed ex mutua beneuolentia profisciscens. Quod enim à Pythagora proditum est amicorum communia esse omnia, id illi volebant in repub. sua quàm latissime patere. Omnes enim ciues inter se amici sunt multo magis omnes eandem professi religionem. Postremò ĩter omnes homines ob hoc ipsum quòd homines sunt, intercedere deberet mutua beneuolentia.

Communitas.

11 Cęterum puer abs quopiam castigatus, si querelam ad patrem detulisset, turpe erat patri, si hoc audito non iterum filium emendasset. Siquidem ex institutione maiorum habebant hanc de se mutuo fiduciam, vt crederẽt neminem esse, qui cuiusquã liberis, quos quisque pro suis habebat, quicquam imperaret inhonestum. Prima ætas, quoniam nõdum sentit quid turpe, quid honestum, verberibus egeat. Solent autem pueri à præceptoribus cæsi apud parentes quæri de crudelitate eorum, à quibus castigati sunt. Ea res quoniam minuebat aliorum seniorum autoritatem, hanc femestram occluserunt liberis suis, vt omnium seniorum eadem esset in pueros autoritas, quę patribus.

Disciplina puerorum.

Furantur illic pueri etiã ex esculentis quicquid possunt, discentes dextrè imponere vel dormientibus, vel indulgentius sua seruantibus. Deprehenso pœna erat vapulare & esurire. Datur. n. illis cœna perquàm tenuis, quò dũ suopte ingenio depellunt inopiam, cogantur audaces esse & callidi. Hoc erat quur cibi inopia præmerentur: quin ob id etiam dabatur illis victus exiguus, vti consuescerent nunq̃ ex pleri ad satietatem vsque, sed famem tolerare possent. Siquidem hac ratione existimabãt illos & ad bellum vtiliores euasuros, si valerent, & post toleratam inediam perdurare in laboribus: quin & temperantiores vilibusq; contentos fore, si longo tempore minimis impendiis degerent: Insuper citra obsonium assuescerent viuere, & quemuis cibum appositum boni consulere, existimabant corpora fore tum salubriora, tum maiora: quòd subtracta cibi copia confertet ad proceritatem, dum non depressa corpora tolluntur in altum potius quàm in latum, redduntur̃que etiam pulchriora. Tenuis. n. & gracilis corporum habitudo, obsequitur artuum momento: obesitas verò ex cibi copia collecta, propter grauitatem obsistit. Vt ea gens nihil daret voluptati delitijsve. sed in omnibus spectabat reip. commoda, longè lateq; dissentiẽs à plurimorum sententia, qui sibi persuadent, nihil esse vtilius quàm pueros immodico cibo potuq; saginare: quum ea res non modo pigros reddat & laboribus inutiles, verumetiã tum corpora reddat deformiora, tum ingenia crassiora.

Furandi ars.

Non est stylus Plutarchi. Sentetia ẽ apuß Xenophontem.

13 Nec minor illis cura fuit de genere musices, modorũ, & cantionum, q̃ de victu, cultu, & cæteris quæ commemorauimus. Hæc autem talis erat, vt animi vim ac spiritus excitaret, & impetum diuino afflatui similem; adq; res gerendas accõmodũ induceret, quũ reliqs Græciæ ciuitatibus magis placeret musica demulcens & ad voluptatẽ mollitiemq́ue effœminans animos. Nam Plato magni referre putat, quo genere musices vtãtur ciues.

Musica vtilis.

Quin & orationis genus simplex & inaffectatum, nihil habens molle ac delicatũ, nec in alijs versabatur argumentis, q̃ vel in laudibus eorũ qui fortiter ac generosè vitam exegissent, quiq; pro Sparta occubuissent, & ob id ab oĩbus vt beati celebrabant̃, vel in vituperandis his qui metu periculorũ nihil egregij gessissent, & qui ob ignauiã à morte crudelitatẽ, infelicemq; vitam viuerẽt: vel in pollicitatione per gloriæ studium accẽdente animos ad virtutẽ, ad cuiusq; ætatem accommodate. Itaq; tres erant apud illos chori iuxta triplex ætatum discrimen, quibus in festis simul constitutis, senum chorus, incipiens canebat:

Chori tres.

Nos fuimus olim strenui iuuenculi.

Secundus, in quo erant viri robustæ ætatis, ita respondebat:

At nos sumus, si vis, facito periculum.

Porrò tertius qui erat puerorum, ita canebat:

Præstantiores nos futuri olim sumus.

14 Quin insuper apud illos erant numeri, ad quos tẽperarent incessum concitandis animis ad fortitudinẽ, audaciã mortisq; cõtemptum accõmodi, quibus vtebant̃ tũ in choris, tũ ad tibiã tendentes in hostẽ: Siquidẽ Lycurgus rei bellicæ studium cum musices studio copulauit, quo nimirũ nimis bellandi ardor modulatione tẽperatus consonantiã aptumq; cõcẽtum haberet. Vnde mos erat, vt in bellis Rex priusquam iniret prælium, musis sacrificaret;

Musica genus.

quo pugnantes facinora ederent digna q̃ scriptis honestaq̃ue memoria celebrarent. Nec permittebant, vt quisquã aliquid de veteri musica mutaret, adeò vt Terpandũ quũ esset antiquissimus, & oĩum eius ætui citharœdorum præstantissimus, egregiusq; gestorũ heroicorũ celebrator, tñ Ephori mulctauerint, eiusque citharam arreptam paxillo affixerint, quòd vnam tantum chordam in ea præter necessitatem intendisset, ob vocis varietatem. Non enim probabant modos nisi simplicissimos. Ac Timotheum certantem in Carneis (id festum erat inhonorẽ Garni cuiusdam vati instítutum: Pausanias autem indicat apud illos Apollinẽ dici Carnion) ex Ephoris quidã arrepto ense interrogaret, ex vtra citharæ parte incidi vellet cordas q̃ accesserant vltra septem. Vt vbiq̃ue gens illa frugalitatem coleret, luxũ horrebat, metuens à maiorum institutis recedere, quòd ex his fontib⁹ nasci soleat omnis retum publicarum pernicies.

Quin & sepulchrorum vniuersam superstitionem sustulit Lycurgus, pmittens vt non solùm intra ciuitatem humarentur cadauera, verum etiam vt monumenta templis vicina haberentur. Submouit & funebres expiationes, nec concessit, vt quicquam vnà cum cadauere sepeliretur. Nam aliæ nationis si quid fuisset viuo charissimum, id mortuo addebant in sepulchro: sed in puniceo amictu, & oleæ solijs ex æquo omnes sepeliri iussit. Vetuit etiam titulos & inscriptiones addi monumentis, præterq̃ eorum qui in bello cecidissent. Sustulit autem & luctus & funebres, exequias, quas reliquorum hominum vulgus incredibili sumptu & apparatu, etiam per conductos ploratores celebrare consueuit.

Pere-

Peregrinari illis concessum nõ erat, ne morum peregrinorũ vitæq̃; incomposite contagium attraherent. Quin & peregrinos vrbe exigebant, ne paulatim inundantes mali cuiuspiam ciuibus existerent magistri. Quisquis autem ciuium non tulisset liberorum suorũ iuxta patrios ritus institutionem, iure ciuium priuabatur. Rursus narrant quidam, quicũq; peregrinus Spartanæ ciuitatis institutis sustineret exerceri, eum ex Lycurgi sententia, admitti in eã ciuilitatis portionẽ quæ fuerat à priscis ordinata. Cæterum vendere ius ciuitatis nulli fas erat. Perspexerat vir ille prudentissimus, commercijs exterorum ac negotiatorum, ciuitates quamuis bene institutas corrumpi, q, ad nequitiã omnes sunt magis dociles, quàm ad virtutem. Sed nulla mixtura pernicioſior, quàm quæ per imperij translationem prolationemve inuehitur. Sic influxu Græcarum nationum effœminata est Roma. Sic barbarorum commercio tandẽ & Sparta ex sanctissima facta est corruptissima. Sic alia rum nationum admixtu effœminata est Gallia; non nihil etiam Germania. 18

Peregrini mores. 17

Vicinorum famulis perinde vt suis vti mos erat, si quãdo quis opus haberet, itidem & canibus & equis, nisi forsitan his tum opus esset hero. Quin & rure si qua re quis egeret, apertis foribus, & ablatis ab eo qui habebat ad vsum præsentem accommodis, obsignabat locũ, vnde abstulerat, atq; abibat. Inter huiusmodi mores, vbi locum inueniret insatiabilis auaritia? Vbi rapacitas aliena pro suis vindicantium. Vbi supercilium è diuitiis sumptum? Vbi latronum immanitas ob aliquãtulum nummosum viatorem ignorum & innocuũ iugulantium? Diceres hos germanè Chri-

Communitas.

 stianos,

stianos, si pro Lycurgo Christū nacti fuissent legum latorem.

19 *Calliđe.* In bellis utebantur Puniceis tunicis, siue q̃ hic color videbatur illis aliquid hẽre virile: siue q̃ sanguine⁹ coloris rubor plus terroris incuteret bellorū ſperitis: siue ne protinus cõſpicuũ esset hostib⁹, si qs vulnus accepisset, sed vtiliter lateret, ob vestẽ sanguini cõcolorem.

20 *Consilium in bellis.* Si qñ stratagemate, hoc est, callido consilio superassent hostẽ, Marti bouẽ immolabãt: sin aper o prælio, gallũ: hoc pacto consuefacientes belli duces, vt non solum fortes essent ad prælium, verum etiam callidis consiliis aduersus hostem instructi. Prælarius n. existimabant hostem ingenio citra sanguinem deijcere, q̃ pugna pleruncque vtrinque cruenta.

21 *Tolerãtia.* Cùm Deos comprecantur, hoc votis addũt: vt possint iniuriam pati: quòd neminem iudicarent ad gerẽdum imperium, aut alioqui magnas res obeundas idoneum, qui quauis iniuria commoueretur.

22 *Vota.* Summa comprecationis hæc erat, vt dij bonis adderẽt honesta, ꝓtetea nihil. Non aliud petebant virtutis præmiũ q̃ honestam famã.

23 *Armatidij.* Veneré quã illi vocant μορμῶ, armatam colunt, quin omnes etiam deos deasq; hac figura ſingunt, vt lanceam teneant, hac imagine ſignificantes oẽs esse bellica virtute prædito. Quoniam nihil ducebant turpius ignauia, nihil bellica virtute pulchrius, tali ſpecie proponebant Deos suos, quales cupiebant esse ciues. At cæterorum Græcorum superſtitio faciebat Deos ociosos, & quietos, eosque fingebant illos gestu recumbentium.

24 *Industria.* Iam & prouerbio celebratũ est apud illos, admota manu fortunam esse inuocandam: quo ſignificabant sic esse inuocandos Deos,

vt ſimul & manũ apponamus, & nostram addamus operã, alioqui frustra inuocari. Verũ est, numini acceptum ferri oportere, si quid in actionibus hominum prosperè cedit, sed non fauet numen ociosis ac pigris. Vult sua munera ad nostram venire industriam, ne ſtultum videatur, si faueat ipsius dona cõtẽnentibus.

Pueris ostendebant seruos, qui vino essent temulenti, quo magis abominarent ebrietatem, videntes q̃ deforme ſpectaculum sit homo immodico madens vino. quamq; demẽti ſimilis. Imò cogebant helotes quàm plurimum bibere, deinde ſaltationes ineptas saltare, & carmina quædam ridicula canere. Ita quod alij prolixo ſermone vix persuadent, ſobrietatem esse rem honestiſſimam, ebrietate nihil esse hominẽ indignius: illi compẽdio ponebant ob oculos, ſed in mancipijs, ad quorũ mores degenerare ingenuis turpiſſimũ est. 25 *Temulentia,*

Mos erat apud illos, non pulsare fores atriorum, ſed voce foras euocare, ſi quid vellẽt. Adeò nihil clam geri volebant, ſed pro palam omnia. 26

Strigibilibus quibus ſudor abſtergeretur nõ ferreis ſed arundineis vtebantur in balneis, vt minus opoſis, parnoq; parabilibus, nuſquã nõ memores frugalitatis ac parſimoniæ. 27 *Parſimonia.*

Comœdias & tragœdias non audiebant, vt nec ſerio, nec ioco quicq̃ audirẽt repugnans legibus. Leges n. prohibent ſtupra, inceſtum, & adulteria: prohibent dolos, iniurias, furta, cæteraq; flagitia. at in fabulis talia poetæ dijs affingunt. Nec placuit illis quorundã excuſatio, fabulas ad voluptatẽ fingi, non ad fidem veri. Voluptas ea corrumpit imbecillum animos. Hanc ob causam Archilocum poetam quum venisset in Lacedæmonem, eadem 28

hora expulerunt, quòd intellexerant, ab illo scriptum, satius esse abijcere arma, quàm mori: Carmen sic habet:

Scuto aliquis gaudet Saiorũ, quod bene pulchrũ
Deserui nolens inter opaca rubi.
Ille quidem clypeus valeat, quoniã mihi posthac
Illo haud deterior forsitan obueniet.

29 Virginibus ac pueris sacra erãt cõia, quo vel sic puellæ ad masculinum robur proficerent.

30 Scitaphidam mulctarunt Ephori, q̃, à multis erat iniuria affectus. Interpretabantur. nullius ignauiam esse in causa, quòd complures auderent eundem lædere. Nam qui veterem impune fert iniuriam, inuitat nouam. Si qui primus lęserat delatus dedisset pœnas legibus, cęteri temperassent ab iniuria.

Lenitas praua.

31 Scutiferum militem interemere, quòd scuto nonnihil purpurei panni intertexuisset. Intantum horrebant exemplum peregrinę luxuriæ, non ignari ex minimis initijs, immedicabilem vitiorum colluuiem inundare, eoque tutissimum esse iudicantes principijs obstare. Ob id in primos autores seuerissimè animaduertebant. Plurimum nocuit reip. quisquis fenestram vitijs aperuit.

Seueritas.

32 Adolescentulum ex eorum numero, qui exercebãtur, increpuerunt, quòd viam nosset, quæ ducit in Pyleam: adeo studebant suos à peregrinationibus ac rerum exoticarum cognitione seruare alienos, nec per occasionem à patrijs institutis degenerarent: præsertim quum Arcadia, cuius est Pylea, luxu, delitijsq̃ barbaricis esset corrupta.

Peregrini mores.

33 Cteſiphontem eiecerunt, qui se profitebatur de re quauis totum diem posse dicere, dicentes boni oratoris esse, sermonem habere rebus parem. Nulla in re iustius putarunt adhibẽ-

Loquacitas.

hibẽdam frugalitatẽ, quã in oratione, quam Hesiodus non aliter quàm pretiosum thesaurum parcissimè censet esse depromendã ad vsum, non ad ostentationem.

Pueri apud illos ĩ ara Dianæ, cui ab indeiicibili virtute cognomen orthia, flagellis ex more totum diẽ cæduntur; frequẽter durãt ad mortem vsque hilares ac læti, concertãtes sese de victoria, quis ipsorum diutissimè, fortissimeque toleret verbera, victor cum primis celebris habetur. Hoc certaminis genus appellant διαμαστίγωσιν. Renouatur aũt quotãnis. Huius cõsuetudinis originẽ indicat Plutar. in vita Aristidis. Cũ Pausanias paulisper semotus à statione militũ rẽ diuinã faceret, Lydi aliquot incursione facta, sacrificiorũ apparatũ diripuerũt: quos ipse cũ comitibus suis, cõprehensos, q̃n inermes erant, loris cecidit. In huius facti memoriã fieri cœpũ est Spartę, quod retulimus. Pausanias in Laconicis diuersam adfert huius consuetudinis causam. Quum Limnates, Cynosurenses, Mesoani, & Pitanenses Dianæ sacrificarent, in diſſidium venerunt, ex diſſidio ad pugnam, adeò ut multis cadaueribus ara compleretur. Reliquos pestilentia consumpsit. Hinc proditum est oraculum, aram Dianæ humano sanguine expiandam esse. Cum igitur immolarent, cuicunq; sors obuenisset, Lycurgus eam mactationẽ vertit in flagellationem adolescentulorũ. Ita factũ est, vt citra necẽ hominũ ara sanguine humano expiaretur. Hoc exemplũ vt imitari stultum, ita nobis exprobrat immodicã indulgentiam erga pueros, qui sic in delitijs educamus, vt ad studiorum quoque laborem sint inutiles, & omnis increpationis quamuis blandæ impatientes.

34 *Pueritia dura.*

35 Hæc vtcunque æstimentur, vnũ tamẽ quid-
Otium li- dam ad honestatem ac beatitudinẽ conducẽs
berale. ciuibus suis præstitisse vr Lycurgus. Quid hoc? Affatim ocij, propterea q; sedentarias artes in totum attingere fas non erat. Neque prorsus opus erat ullo opificio negotioso operoso q; ad quæstum, posteaquàm diuitijs in totum tum admirationem tum honorem ademerat. Sed Helotes, hoc est, mãcipia colebant illis agros, fructumq; reddebãt à maioribus præfinitum. Sunt & hodie, qui hoc exemplum imitentur, per seruos aut conductitias operas, aut per eos quos ex liberis seruos faciunt pleraq; facientes, non vt ipsis interim vacet meditari melio ra, sed vt ocium habeant bibendi, aut ludendi aleam.

36 Erat autem detestabile, si quis alicui pluris locasset agrum, quàm erat præscriptum, quo simul & mancipia lucri gratia libentius inseruirent, nec ciues plus solito quærerent. Quã to consilio ea gens omnium vitiorum materiam in mancipia reijciebat, ab ingenuis arcebat: contrà q̃ reliquę faciebant nationes, q̃ liberis luxus, libidinis, auaritiæ, temulentiæq; seminaria vindicant, seruos ad paupertatem & frugalitatem adigunt.

37 Interdictum erat illis nauticã exercere, ac naualibus vti pugnis, tametsi post naualibus prælijs mare potiti rursus abstinuerunt, quũ perspicerent ciuium mores corrumpi. Sed de
Prouida po nuo ab hac sententia mutati sunt, quemadmo
stisura rei. dum in cæteris omnibus. Vbi pecuniæ sunt in Lacedæmoniorum regionem conuectæ, qui eas importarãt, morte damnati sunt. Siquidem Alcameni, ac Theopompo regibus hoc oraculum erat redditum. Pecuniarum amor Spartam perdet. Nihilo secius tamen Ly-

sa-

sander deuictis Athenienſibus, magnam auri argentiq; vim inuexit, nec solùm pecunias receperunt, verumetiam ipsi viro honos est habitus. Proinde Sparta donec Lycurgi legibus uteretur, nec à iureiurando recederet, sex centis annis in Græcia primas tenuit & legũ æquitate & gloria. Cæterum quum ab his paulatim defluerent, inundaretq; obiter diuitiarum amor & auaritiæ malum: non solum obhæc deereuit illorum potentia, verumetiam quibus antea socijs & amicis in bello fuerant vsi, eos inimicos habere cœperunt. Porrò quũ ita se gererent, tamen post Philippi Macedonis in Cheronea victoriam, quamquàm Græci cæteri omnes illum Imperatorem terra pariter ac mari declarassent, ac post hunc Alexandrum filium, euersis Thebanis, soli Lacedæmonij tametsi ciuitatem haberent nullis cinctam muris, essentq; non modò perpauci propter assidua bella, sed multo quàm antea imbecilliores captu faciles essent, facti, quoniã adhuc seruabant admodum exiguas quasdã Lycurgicarum legum scintillas, non se præbuerunt belli socios, neque cæteris Græcis, neque post Macedonicis regibus, neque in commune cum illis concilium venerunt, neque tributum pendere coacti sunt: donec per *Degenera-*
omnia contemptis Lycurgi legibus, à propris *tio.*
ciuibus tyrannide oppressi sunt, ita vt nihil iam reliquum esset patriæ institutionis, sed reliquorum similes effecti, & gloria, & libertate, quam prius obtinuerant, exuti sunt, & in seruitutem traducti. Graue documentum vniuersis, imperia virtute parari, auaritia, luxu, delicijsq; vel perire uel verti in tyrannidẽ.

APO

APOPHTHEGMATA Lacænarum.

1 Habetur pa. 56. apo. 62.

Archileonis Brasidę mater, post obitum filij quum Amphipolitæ quidã veniſſent Spartam, eamq; inuiſerent peroontata eſt nũ honeste, & vt Spartano dignum erat, occubuiſſet: illis iuuenis virtutem amplificantibus ac dicentibus eum in bellicis negocijs Lacedęmoniorum omnium eſſe præſtantiſſimum, reſpondit: O hoſpes, honeſtus quidem ac ſtrenuus erat filius meus, ſed multos illo præſtantiores habet Lacedęmon.

2 Pecunia cõtempta.

Gorgo Cleomenis regis filia, quum Ariſtagoras Mileſius Cleomenem ad bellum pro Ionibus aduerſus regem Perſarum ſuſcipiendũ hortaretur, magnam pecuniarum vim pollicens; quantoq; magis ille recuſabat, tãto plus adderet promiſſæ ſummæ: Pater, inquit, corrumpet te hic peregrinulus, ni ocyus eum ędibus extruſeris. Vbi nunc ſunt, qui dicant, auarum mulierum genus, quum Gorgo pro hortatrice patri fuerit, dehortatrix?

3 Simile habetur antea pa. 53. ap. 43.

Eidẽ quum pater aliquando mandaſſet, vt cuidam mercedis nomine daret frumentum, & elogium addidiſſet: docuit n. me vinũ reddere ſuauius. Ergo inquit, ò pater, & vini potius bibetur, & qui bibent, delicatiores, deteriores q; reddentur. Quis ſatis prędicet hanc puellam & ſene, & viro ſeniorem? Atqui ſolet hic ſexus maximè capi rebus ſuauibus.

4 Seuerè.

Eadem quum videret Ariſtagoram à quopiam è famulis calceari: Quid, inquit, pater? Hoſpes iſtæ manus non habet? Exiſtimabat non ferendas viri delitias, qui in eo abutebatur famuli opera, quod ipſe ſuis manibus facere

facere ſibi poterat. Et non pudet quoſdam quibus veſtiendis, comendisq; vix decẽ famuli ſufficiunt? Opus eſt famulo q ventrẽ exoneraturo ſoluat ligulas, qui fœnũ aut lanã portigat exterſuro, ac minimo minus q abſtergat.

5 Seuerè.

Cùm hoſpes quiſpiã molliter veſtẽ pręlongam duceret, protruſit hominem, dicens: Nõ tu hinc abis, qui nec ea poſſis, quę ſunt fœminarum? Mulierum eſt laciniоſis & in humum defluentibus vti veſtibus, quin & caudas admodum longas interdum trahunt, nec tamẽ grauantur onere aut ſuccingunt.

6 Fortiter.

Gyrtias quum Acrotatus, qui illi erat ex filia nepos, è quadam puerorum pugna multis acceptis plagis domum pro exanimi relatus eſſet, p'orantibus cęteris familiaribus ac notis? Non tacebitis, inquit; Declarauit cuius eſſet ſanguinis. Addidit fortes non eſſe complorandos, ſed ſanandos.

7 Fortiter.

Cùm illi è Creta nuntius eſſet allatus de morte Acrotati: Cùm ad hoſtes, inquit, proficiſceretur, non ne futurũ erat, vt aut ipſe moreretur, aut illos occideret? Iucundius autem eſt audire q mortuus eſt, vt & ipſo, & ciuitate, & progenitoribus dignum erat, quàm ſi iners & imbellis per omne ęuum viueret. Solent aniæ tenerius & impotentius amare nepotes ſuos quàm ipſæ matres. Et vbi nunc ſunt, quæ in morte liberorum confugiunt ad laqueum, quum Gyrtias nepotem & ſeminecem lugeri vetuerit, nec eundem flendum putarit, q fortiter pugnans interiiſſet?

8 Prudẽter.

Damatria quũ accepiſſet filium ita ſe gerere i bello, vt tali matre videretur indignus, domũ redeũtẽ interemit. Qua de re hoc ferẽ epigr.

Tranſgreſſum leges mater Damatria natum,
Fortiter Ipſa Lacana necat, non Lacedæmonium.

Hoc

Hoc facinus propius accedit ad barbaricā immanitatem, quam ad fortitudinem. Vtile tamen exemplum est, ad exprobrandam vulgò matrum nimiam in liberos indulgentiam, quæ ob hoc ipsum sæpe impotentius amant eos, quòd sint nequitia corruptissimi.

9 Altera quædam Lacæna filium qui deserto in acie loco fugerat, vt patria indignum interemit, dicens: Haud meum est hoc germen. in quem hoc extat epigramma:

Fortiter. *Germen iners abeas ad tartara, teq; perosus.*
Euretas ceruis nec det aquam timidis.
Ignauus catulus, mala sors, hinc vade sub Orcū,
Sparta indignus, quem nec ego peperi.

Alia quædam quum filium audisset fortiter in acie cecidisse, ait:

Florentur timidi, mi infletus humabere nate,
Et matre hac verè dignus es, & patria

Habetur pa. 119. a-po. 48. Hoc ante tributum est Tynnico, quod tamen Philciphus separatim commemorat.

Alia quędam vt audierat filium incolumem, sed fugisse ab hostibus, scripsit illi: Ma-
10 Animosè. lus rumor de te sparsus est, aut hunc dilue, aut ne sis. Præstabilius iudicauit mori, quam cum ignominia viuere.

Alia rursus quum filij, qui è prælio fugerāt, Reflicèr. ad ipsam venirent: Quò, inquit ius, ignaua & fugitiua mancipia? & ostenso ventre. Nū huc, inquit, denuo subituri, unde emersistis? Hoc apophtegma Cynica dignum est.

12 Quędam filium ad se venientem conspicata, percontata est, quid ageret patria: is quū
ortiter. respondisset, perire omnes, laterem coniecit in illum, occiditque, dicens: Te igitur nobis misere mali nuncium? Vita putauit indignū, qui cum suis perire non sustinuisset.

13 Cuidā q matri narrasset, q̄ generose frater occu-

occubuisset: Proinde non turpe est, inquit, tibi Animosè. non contigisse illi esse comitem?

Quedam filios habebat quinque, posteaquā 14 in bellum emiserat, ante suburbiū stabat expe Fortiter. ctans quis esset belli exitus. Vt accessit quispiā nuncians filios illius omnes occubuisse: Non isthuc percontabar, inquit, ignauum mancipium, sed quid ageret patria. Is cum respondisset, à patria stetisse victoriam. Libenter igitur, inquit, accipio filiorum interitum. Egregia mulier priuatum in liberos affectum, publicæ in patriam pietati posthabuit.

Quædam sepeliebat filium, ad eam quum 15 vilis anicula quædam accessisset, dicens: Heu Fortit. fortunam ò mulier: illa subiecit: Per Geminos, inquit, bonam equidem arbitror. Siquidem cuius gratia filium peperi, videlicet vt pro Sparta moreretur; id mihi contigit. Fortissima mulier aniculæ deplorationem vertit ingratulationem. Huius meminit M. Tullius Tusculanarum quæstionum lib. 1.

Quum mulier quædā Ionica de texto quo- 16 dam suo, vt pretioso gloriaretur, Lacæna ostē- Grauiter. sis quatuor filiis, quos habebat moribus compositissimis. Huiusmodi, inquit, decet esse honestæ, probæque mulieris opera, deque his tollere animos & gloriari. Iones operosis texturis vacant, quę varia picturarum habent argumenta. At Spartana docuit nullum opus esse præclarius, quam si filios honestis moribus instituat. His enim melius ornari patriam, quā aulęis, aut vestibus Ionicis.

Alia quum accepisset, quòd filius peregrè a- 17 gēs, inhonestè se gereret, scripsit illi. Malus rumor de te sparsus est, hunc tollito, aut ne esto.

Similiter quum Chij exules venissēt Spartā, 18
Multis nominibus scusabat Pædaretū. eos ma-

ter Teleutia ad se acersit: ex his vbi cognouisset, quæ filio obiicerent, videreturque filius in culpa esse, scripsit illi in hunc modum: Mater Pædareto, vt aut melius viueret, aut illic maneret, desperans se Spartæ esse incolumẽ. Virago mortem minata est filio, ni mores corrigeret suos. *Seuerè.*

Altera filio iniuriarum postulato: Aut crimine, inquit, fili, aut vita teipsum libera Mater in filium seuerior, quàm iudex, quæ extinctum malebat, quàm cum ignominia viuum. 19 *Seuerè.*

Alia filiũ claudũ in acie, pficiscentẽ deducens Fili, inquit, singulo quoq; gradu fac virtutis memineris. Aliis claudicationis vitium solet formidinẽ incutere: at hęc monuit, vt ex ipso vitio sumeret animos ad rem fortiter gerendam: ita cogitans: nihil esse in fuga præsidij claudo aut vincendũ est, aut moriendũ. 20 *Claudius.*

Alia quum illi filius rediisset ex acie, atque ex vulnere pedis vehementer doleret: Si virtutis, inquit, memineris ò fili, non solùm non dolebis, verumetiam bono futurus es animo. At vulgus matrum solet filiorum dolorẽ suis querimoniis & lachrymis exasperare, hæc animauit ad doloris tolerantiam. 21 *Fortiter.*

Lacedæmonius quidã sic in bello vulneratus, vt ingredi nõ posset, sed quadrupedũ more ambularet, quũ ob id derisus erubesceret, à matre reprehensus est his verbis: Quãto pręstabat fili de fortitudine gaudere, q̃ de stulto risu pudescere? Simile narrat Cicero de matre Sp Caluidij, verba mulieris sumens ex apophthegmate quod paulò antè præcessit. 22 *Fortiter.*

Alia clypeum imponens filio sic illum adhortata est: Fili, aut hunc, aut super hunc: Laconica breuitate sentiens sic rem gerẽdam in bello, aut vt victor clypeum referret, aut mortuus in eo domum reportaretur. 23 *Fortiter.*

Alia rursus alio ad bellũ proficiscenti clypeum imponens: Hunc, inquit, tibi pr̃ sp̃ seruauit, proinde tu fac serues eundẽ, aut ne sis. 24 *Fortiter.*

Alia filio dicenti, quòd breuem haberet gladium: Tu, inquit, adde gradum: significans nihil obfuturam gladij breuitatem, si propius ad hostem accederet. 25 *Argutè.*

Alia quũ audisset, q̃ filius fortiter in prælio se gerens occubuisset: Nimirũ, inqt, meus erat. Non deplorauit mortem filij, sed de virtute sibi gratulata est. Cõtrà quum de altero audisset, q̃ ob timiditatẽ prælio detrectans saluus esset: Nimirũ, inquit, non erat meus: sentiens non esse habendos pro liberis, qui à parentũ institutione degenerassent. 26 *Fortiter.*

Alia quum audisset filium in prælio cęsum: Deponite illum, inquit, vt erat in ordine locatus, eiusq̃; locum expleat frater. Tale robur animi, q̃ in paucis reperias viris. Non metuit orbitatem, modò vita patriæ impẽderet. 27 *Fortiter.*

Alia quum in publica, solẽniq̃; pompa audisset filium in prælio quidẽ tulisse victoriã, sed ex vulnerum multitudine mori; coronã non deposuit, sed glorians comitibus dixit: Quanto pulchrius est amicæ, in acie victorem occumbere, quàm in Olympijs parta victoria viuere. Quantum hæc virago dissensit à cęteris mortalibus, quibus persasum erat, diis proximum esse in Olympijs ferre palmam, quũ ibi non ageretur certamen virtutis, sed artis & impendiorum: tum nihil esse terribilius morte, neque quicquam esse tanti, quod vitæ iactura sit emendum? Hæc nullam existimauit victoriam speciosiorem, quàm quæ patriæ quæreretur, nec vllam mortem optabiliorem, quàm quæ cum hac laude contigisset. 28 *Fortiter.*

29 Quum quidam sorori suæ narraret, quàm fortiter ipsius filius in prœlio occubuisset: Quantum, inquit illa, de filio cepi voluptatis, tantum tuam doleo vicem, qui à tam honesta societate defeceris.

Simile autea pagi. 144. apo. 13.

30 Quidam Lacænam misso nuntio solicitauit, num assentiretur vt ipsi sui faceret copiam. Cui illa respondit: Quum essem puella, parenti obedire didici, idq; feci: mulier autè facta, viro. Itaque si me inuitat ad honesta, viro meo primum rem aperiat.

Pudicè.

31 Virgo quædam paupercula roganti, quam sponso dotem esset allatura: Pudicitiam, inquit, à maioribus traditam. Generosè professa est eam esse pulchrè dotatam, quæ mores incorruptos adferret ad nuptias.

Pudicè.

32 Lacæna rogata num ad virum accessisset, Nō, inquit, sed ille ad me: Significās sese non libidinis cā cōmerciū hēre cū viro, sed patēti bus ac legibus obtēperanté. Turpissimū enim esse fœminæ, si virum ad coitum soliciret.

Fortiter.

33 Virgo quędā clanculū corrupta, fœtum extinxit, tam interim patiens dolorum, vt nullā ederet vocē, adeò vt parturiens & patré, & alios qui aderant, falleret. Nam magnitudinem cruciatus turpirudo cum honestate coniuncta superauit. Generosi animi erat, quòd ignominiam pati non posset: factum ipsum habebat turpitudinem, quam vt effugeret, nixus, in quibus alię mulieres solent miseras voces edere, silentio perpessa est.

Generosè.

34 Alia quum vēderetur interrogata quid sciret: Fidelis inquit, esse. Exist mabat fidem in famula quouis opifico esse melius

35 Alia similiter captiua quum interrogaret quid sciret: Probè, inquit, regere domum. Et hæc non vulgaris ars est in muliere.

Quæ-

Quædam à licitatore interrogata num esset futura proba si ipsam emeret: Etiam, inquit, si me non emeris.

Alia quum in auctione præco rogaret illā, quid sciret: Libera, inquit, esse: significans sese captiuam quidem esse, cęterum ad illiberalia iussa non pariturā. Itaq; quū emptor iperasset quædam non conuenientia libertæ. Plorabis, inquit; qui tibi ipsi talem inuideris possessionem, moxque sibi necem consciuit.

36 Habetur antè de vi ropa. 116. apo. 36. 37 Simile habetur de viro pagi. 116. apo. 34. 38. 38.

Agesistrata quum Agidem filium exanimē iacentem videret, exoscula ta faciem dixit, Nimia tua ò fili bonitas, nimia mansuetudo & humanitas te simul & nos perdidit. Moliebatur enim Agis facinus senè præclarū, sed inuidiosum: nimirum vt degenerantes Lacedæmoniorum mores ad priscam illam seueritatem reuocaret. Interim dū studet offendere neminem, & gratificari omnibus, semet ipsum in exitium coniecit.

Eadem laqueo guttur ingerens: In hoc tantum, inquit, Spartę vtilis fui. Doluit generosæ fœminæ, quòd filio non licuit de patria, quēadmodum voluit, bene mereri.

39 Pietas in patriam.

Cum Thebani irrupissent in Laconicam & inter captiuos, captiuasque multos etiā abduxissent helotas, iusserunt illos Terpandri, Alcmanis, ac Spendonis Laconica carmina canere: illi recusarunt, dicentes id nolle filias herides: adeò plus apud illos valuit concaptiuarum puellarum autoritas, quā iussa victoris. Hinc probarunt quidam esse verū, quod vulgò diceretur: liberum Spartæ maxime liberū esse, contrà seruum maxime seruum. Ita Plutarchus in vita Lycurgi.

40 Seruorum turba.

Theanò vestem induens casu brachium nudauit, cuidam autē dicēti, ò pulchrū brachiū:

At non publicum, inquit. Admonens vni pulchrum esse, non cuiuis, & laudatoris illius intemperantiam notans, qui alieni corporis nimium curiosus spectator esset.

APOPHTHEGMATA Chilonis Laconis.

1 Non dubiũ est, quin Chilo Lacedæmonius, qui fertur vnus de numero, septem Græciæ sapientium ĩ apophtgegmatis Laconicis indolem retulerit, quanquã scriptorũ, vt opinor, vitio, non habent eandem gratiam, quæ illi tribuitur. Diogenes Laertius hæc illi ascribit: Fratri querenti, quòd Ephorus ipse non crearet, quum ille esset: Ego inquit, iniuriam ferre noui, tu non, significans neminem esse idoneum magistratui qui non possit dissimulare multa præter æquum & bonum facta, iuxta illud, ἄρχου ἄκουσον καὶ δικαίως κάδικως, i. Princeps æqua & iniqua pariter audias.

Idem tribuitur alteri.

Moderatè.

2 Ab Æsopo interrogatus, quid ageret Iupiter, respondit, Excelsa deprimit, depressa extollit: indicans arbitrio numinis res hominũ sursum deorsum voluí, reuoluíque.

Vicissitudo rerum.

3 Interrogatus qua re docti præcellerent indoctos: Bona: inquit, spe. Doctos autem appellabat, honestis legibus ac moribus institutos, & iuxta rectam institutionem vitam agentes. Hi cæteris rebus pares hoc vno superant improbos, quod post hanc vitam sperant rectè factorum præmia. Nam Lacones existimabant egregios viros post obitum in vitam beatam translatos fieri diuos.

Virtutis præmia.

4 Dicere solet, qd Lydius lapis est auro, id aurum

esse homini. Lapis. n. index affrictu prodit quale sit aurum, ipsum autem aurum arguit, quale sit hominis ingenium. iuxta illud, Magistratus virum arguit.

Auris iudex.

5 Iam grandæuus dicebat se sibi nullius facti conscium esse, cuius pęniteret, vno excepto, quũ esset ascitus arbiter, vt inter duos amicos finiret controuersiã, nec quicquam vellet aduersus leges facere, persuasit alteri amico, vt ad alios deferret arbitrium. Hoc pacto & legem seruauit & amicum. Hic scrupulus nonnihil mouebat senis animum, quòd perfectæ virtutis fuisset, nullo metu à regula legum deflectere, nec illius amicitiam magnifacere, qui ob sententiam secundum leges, non secundũ ipsum datam, desineret amicus esse.

Conscientia puritas.

6 Quidam quorũ est A. Gellius, huic tribuit & illud. Sic ama tanquam osurus, sic oderis tanquam amaturus. Hoc dicto admonuit nec simultates tam acriter exercendas, vt præcludatur omni in gratiã reditus, nec amicis adeò fidendum, vt illis committas, quo si fiant inimici, possint te perdere.

Moderatè.

7 Docebat neminem conuitiis lacessendum: ne si dixerimus, quæ lubet, audiamus vicissim quæ dolent. Habet enim & maledicendi morbus suam voluptatẽ, sed quę plerunque malè audiendi summo dolore pensatur. Hucallusit M. Tullius, Sallustio comminans fore, vt si quam voluptatem malè dicendo cepisset, eam male audiendo perderet.

Maledicentia.

8 Dicebat, non committendũ vt lingua præcurreret animum: admonens prius cogitandũ quid loquaris, q̃ lingua prorumpat in verba. Nescit enim vox missa reuerti. Cogitatio prior potest corrigi posteriore meliore, vt habet prouerbium, vox non item.

Lingua præceps.

9 Damnum aiebat turpi lucro præferendum. Nam illud semel dolere, hoc semper. Iactura rei facile sarciri potest, fama contaminata vix vnquam diluitur. Res amissa exiguo tempore dolet, sceleris conscientia semper cruciat, animum. Itaque lucrum scelere partum, damnum est, non lucrum.

Lucrū turpe.

10 Non esse tentanda quę fieri non possunt. Quædam honesta sunt ac magnifica, sed magno reip. malo tentatur, si nequeas perficere. Atque hæc est præcipua pars boni consultoris, dispicere non solum, quid per se optimum sit, sed quid pro temporum ratione possit obtineri.

11 Rogatus, quid esset difficile: Arcanum, inquit, reticere. Tanta est linguæ omnium maximè volubilis incontinentia, quum alioqui nihil videatur facilius quàm silere.

Silentium

12 Idem præcipiebat, linguâ quum aliàs semper, tum præcipuè in conuiuio continendam, quòd illic cibus & potus inuitet ad intẽperantiam. Porrò vbi plus est periculi, ibi maior est adhibenda cautio.

Loquacitas inconuiuio.

13 Nulli minandum esse, non solùm quòd id mulierum videatur esse potius quàm virorũ, verũetiã quòd minitari ei, cui velis nocere, est inimicum admonere, vt sibi caueat, tibique ipsi lædendi facultatem, adimere. Amicis aũt minari parũ est humanũ. Rectè tamen minamur, quotiens aliquem hoc remedio correctũ esse cupimus, & hac pœna decreuimꝰ cẽ cẽtũ.

Mina inutilis.

14 Prõptius ad amicorũ aduersam fortunã, q̃ ad res secundas accurrendum. Rebus prosperis aduolant quilibet, etiam minus amici:

Amicus verus.

15 qui adsũt reflãte fortuna, hi verè sunt amici.

Vxor humilis.

Vxorem humilẽ modico apparatu ducẽdã, ne pro coniuge dominam accersas domum.

Sat

bat enim dotata venit puella, quæ pudicitiã & honestos mores secum adfert. Proinde hoc erat vnum ex Laconicis institutis, vt virgines sine dote nuptum irent.

Vetabat de mortuis malè loqui, quòd ignauum videretur eos incessere lingua, qui respõdere non possunt, ac turpe esset cum vmbris de laruis luctari. Nam id est quodammodo se puluum refodere.

16 *Mortuis parcendũ.*

Docebat honorem à iunioribus habendũ senectuti, vt ipsi facti senes ab aliis habeantur in precio. Ea res geminã habebat vtilitatem. Siquidem vt senum autoritas ac reuerentia temperabat ętatem lasciuam à peccando: ita senes cauebant, ne quid committerent, quo iuuenibus vel ob ineptiam ludibrio possent esse, vel ob turpitudinem pernitiosi: sed inter omnes iuuenes, omnesque senes ea esset reuerentia, quæ inter parentes, ac liberos.

17 *Senectus honorãda.*

Admonebat secundis rebus elato non applaudendum nec arridendum. Infelix felicitas est, quæ hominẽ reddit insolentiorẽ eoque non plausum meretur, sed lachrymas. Grauiusque peccant, qui docent insolentiam, quã qui vtuntur. Sæpe populus clamat in auaritiam ac tyrannidẽ principũ, quũ ipse doceat illos hęc vitia. Quidã codex Græcus habebat ἀτυχοῦντα μὴ ἐπιγελᾶν. infelicem non esse irridendũ, siue infelici non insultandum: id enim extremę est inhumanitatis.

18 *Insolẽtia.*

Docuit potẽtiæ adiungendã mãsuetudinẽ, vt à suis non tam metum extorqueat, quàm impetret reuerentiam. Reuerentiæ comes est amor, metus odium. Amari autem non solùm honestius est, verumetiam tutius.

19 *Moderatẽ.*

Admonebat vt suæ quisq; domui bñ præsset. Primã, n. curã debemus familiaribus: nec ido-

20

idoneus videtur administrandæ reipub. qui priuatam rectè gubernare nescit. Dominus enim nihil aliud est, quàm parua ciuitas.

Ira. 21 Vincendam iram, quòd is affectus sit cæteris potentior, quam superare fortius est, quã hostem armatum deiicere: nec minus exitij mortalibus sit ab ira, quàm ab hoste.

Diuinatio. 22 Diuinationem non esse detestandã, quòd hãc deorum munus esse crederet, quæ ratione percipi possit ab homine insigni virtute prædito. Nam ipse prædixisse fertur, futurum, vt ex insula Cythera summũ malum oriretur Lacedæmonijs, cuius situm, naturamq́ue cùm didicisset: Vtinam, inquit, hæc aut nũquam fuisset, aut simul vt nata fuit, subuersa fuisset. Nã Demaratus Lacedæmone profugus Xerxi suasit, vt in ea insula classem haberet: ac planè Græciam subegisset Xerxes, si Demarati consilium fuisset sequutus. Post Nicias ea potius statuit illic præsidium Athenienſium, & Lacedæmonios multis cladibus afflixit.

Mora in publico. 23 Fertur & hoc illius nomine, in via nõ properandum. Ex incessu colligitur animus, præceps arguit præcipitem, nimium, lentus ignauum. Decet autem in publico compositis esse moribus. Fortasse deterruit à præcipiti consilio.

24 Huic simillimũ est, inter loquendum non esse mouendam manum. Id enim esse vecordium. Vnde & in Hebræorum prouerbiis est, Stultum digito loqui.

Legum autoritas. 25 Monuit obtemperandum legibus: hoc ad principes præcipuè pertinet, qui se credunt non teneri legibus. Nec aliunde magis florent respub. quàm si legum vigeat autoritas. Nec ibi tyrannis oriri potest, vbi ex arbitrio priscarũ legum geruntur omnia.

Dice-

Dicebat adamandam esse quietẽ, quoties datur honestũ ociũ, iuxta illud, ἡσυχίαν καλὸν. *Ocium.* 26
Nihil enim vel tutius, vel iucundius. Nullum autem negotium periculosius, quàm bellum.

Quin & illud huic ascribitur, Caue tibi ipsi. 27
Fortasse legẽdum, caue teipsum, siue à teipso, *Cautio suis.*
siue obserua teipsum: Nam Græcè est, φυλάττεν ἑαυτὸν: vt admoneat sibi quenque debere suspectum esse. Omnes sibi cauent ab alijs, at frequenter nemo magis hostis est homini, quàm homo sibi, dum libidinem, dum iram, dum ambitionem, aliasq́ue cupiditates adhibet in consilium. Demitor aũt quem autorem sequutus Ausonius hæc illi ascribat.

Ita moderandam vitam, vt nec inferioribus sis terrori, nec superioribus despectui. Metui à subditis tyrannicũ est: negligentię verò est, sic agere, vt à maioribus conteñatis. Hoc & ad ætatem referri potest. Sic temperãdi mores, vt à iunioribus ameris potius, quã timearis, à maioribus non conteñmaris. Immodica scueritas parit terrorem, sõnolẽtia, violentia, ptu. incogitantia, similiaq́ue vitia gignũt contemptum. Põt & ad fortunam accõmodari, quę si sit vehemẽter ampla, parat q̃ metuãt ciu⁹, q̃ q̃ ament, aut reuereantur: sin humilior, patet contemptui. Mediocritas igitur hic quoque est optima. Ausonij carmen sic habet: 28
Amari sine contemni.

Nolo minor me timeat, despiciatq́, maior.

Præterea sic esse conẽnendam mortẽ, vt ni hilo secius curã habeas incolumitatis. Non. n. est fortitudinis, sed amentiæ, semet temerè in vitæ discrimen conijcere: sed quotiens aut ineuitabilis necessitas vrget, aut grauis honestaq́ue causa suadet, mortem conẽnere fortis animi est. In morbo non est metuenda mors, sed interim adhibenda curatio mediocris. 29
Mors quæ tenus contemnenda.

In

In bello sumendus est animus ad mortem paratus, sed interim fortiter pugnandũ pro victoria. Ausonij carmen sic legendũ arbitror:

Viue memor mortis, vti sis memor & salutis.

Potest aũt & hic accipi sensus. Hactenus memineris te morituru, vt abstineas à vitiis, curisque superuacaneis: sed interim perinde quasi diu victurus sis ea cures, quæ ad honestam, beatamque vitam pertinerent. Multos mortis consideratio deterret ab honestis actionibus: contrà, mortis obliuio multos inuitat ad licentius, peccandum. Potest & sic intelligi. Ne sic metuas mortem, vt viuas anxius ac tristis, sed vitę spes mortis horrorem temperet. Hunc sensum indicat carmẽ qđ sequit.

Tristitia cũcta exuperans aut animo, aut amico.

Hęc vita præterquam quòd multis miseriis exposita est, nihil habet tristius quã quòd mortem habet certissimam, diem mortis incertissimũ. Sed omnia superanda sunt, aut animi fortitudine, aut amicorum alloquiis. Nullum enim in dolore remedium præsentius, quàm curas, æstusq; animi in amicorum sinum effundere, quorum & consolatio, & communis dolor maximam mali partem tollit.

Amicus consolator.

50 Beneficij dati obliuisci decet, accepit meminisse. Vulgus hominum contrà facit. Si quid cui benefecerunt, & sine fine prædicant, & sine modo exaggerant: si quid in ipsos collocatum fuerit officij, mox aut obliuiscuntur, aut dissimulant, aut eleuant. Carmen Ausonij sic habet:

Gratitudo.

Tu bene si quid facias, non meminisse tuũ est.

31 Eidem hanc tribuit sententiam, optabilem esse senectutem iuuenilem, molestam esse iuuentutem senilem. Maxima malorum pars ob quę malè audit senectus, à vitiis hominũ proficiscitur. Habet autem ex sese nonnulla commoda, plurimarum rerum vsum ac memoriam, consulendi facultatem, reuerentiam & autoritatem: hæ si adsint commoda, absintque incommoda, ea senectus optabilior est multorum iuuentute, vitijs & inertia marcente. Videas autem in nonnullis iuuenibus senilem imbecillitatem, senilem somnolentiam, senilem ignauiam, senilem morositatẽ: horum iuuentus peior est senectute. Nã cùm senecta careant, senio tamen abundant. Ausoniani versus sic habent:

Senectus iuuenilis.

Grata senectus homini, quæ parilis iuuentæ.
Illa iuuentus grauior, quæ similis senectæ.

Plinius & quid oraculi vice celebratum 32
asscribit Chiloni, ἐγγύα, παρὰ δ' ἄτα, spondę, sed noxa præsto est.

Aulus Gellius Noctium Atticarum lib. 1. 33
c. 3. asscribit illi, quod dicam, idq; autore Plutarcho in libro de anima: quendam prędicantem, sibi nullum esse inimicum, rogauit, an illum etiam haberet amicum: sentiens amicitias & inimicitias inuicem sese consequi, nec fieri posse, quin qui multos habet amicos, complures habeat & inimicos. Sit hic huius conuiuij secundus nuntius, si videtur, cui subiiciemus philosophos, non omnes, ne nullus sit finis, sed aliquot eximios, vt varietas excludat lectionis tædium. Quòd si quem huius patinę maior auiditas tenet, huic Diogenes Laertius facile stomachum explebit, si modò non habeat nimis fastidiosum.

Amicitia iuncta inimicitiæ.

LIBER TERTIVS.

SOCRATICA.

AD Laconicam indolem mihi proximè videtur accedere Socrates, non tantum integritate morum, decretis ac dictorum sale, verumetiam tolerantia, vt dicas patria quidé Athenēsem, ingenio verò Spartanū, nisi q̄ Laconicā breuiloquentiā non affectauit, magis studēs virtutē psuadere, q̄ præcipere. Ad id potissimū vtebat similibus, & inductionib⁹, quas Græci vocāt εἰσαγωγὰς, cui generi non conuenit illa Laconica breuitas. Vt autem hac parte vincitur à Lacedæmonijs, ita sanctitate dictorum superat illos quorum aliquot recensere non abs re fuerit.

1 *Deus imitandus.* Dicebat, Deos oīum optimos ac felicissimos, ad horū similitudinē quo quisq; propius accederet, hoc & meliorem esse & beatiorem.

2 *Vota qualia.* A dijs nihil petendum, nisi bona simpliciter, quū vulgus petat bene dotatā vxorē, opes, honores, regnū, longam vitā, quasi præscribentes numini quid oporteat facere. At Deus optimè nouit, quid nobis bonum sit, quid non.

3 *Sacrificia minimi sumptus.* Sacrificia volebat q̄ minimis impendijs cōstare, q̄ dij, vt non egent rebus hoīum, ita magis spectant affectus immolantium, q̄ diuitias. Alioqui quum improbissimi quique maximè abundent diuitijs, actum esset de rebus humanis, si malorum potius, quàm bonorum victimis delectarentur. Eoque versum hunc magnopere probare consueuit, καὶ δύναμιν δ' ἐρᾷν ἴσον ἀθανάτοισι θεοῖσι. Hoc dictū & ad nos Christianos pertinet, qui immodicis impendiis ornamus templa peraginus sacre & parentalia, gratius facturi Deo, si quod vltra frugalem mundiciem supereſt fratribus egenis erogaremus. Eandem frugalitatē adhibendā docuit in excipiendis hospitib⁹, eodē vtēs uersiculo: καὶ δύναμιν δ' ἐρᾷν. 4

Arguse. Quum admoneretur ab amico, quòd acceptурus hospites, admodum tenuem fecisset apparatum: Si boni sunt, inquit, satis erit sin minus, plus, satis. 5

Frugalitas. Docuit abstinendum à cibis, qui non esurientem incitarent ad edendum: & à potu, qui non sitientē inuitaret ad bibendū. His enim rebus nō est vtendum, nisi quatenus corporis necessitas exigit. 6

Frugalitas. Dicebat optimum condimentum esse famē, quòd & optimè edulcaret omnia. & nullius esset impendij. Vnde ipse semper iucundè edebat ac bibebat, quia neutrum faciebat, nisi esuriens ac sitiens. 7

Affectus cohibitio. Quin & ad famē ac sitim tolerandā exercuerat sese: post sudorem n. è palæstra collectum, quum alij potum vehementer appetunt, nunquàm bibebat de primo crātere: rogatus, quàm ob rem id faceret? Ne consuescā, inquit, obsequi affectibus. Interdum enim licet sitias, noxium est bibere. Hic quum ratio suadet abstinentiam, affectus hortatur, vt bibas, magis obtemperandum est rationi. 8

Voluptas ex virtute Dicebat, eos qui se ad continentiam ac frugalitatem exercuissent, & longè plus habere voluptatis, ac minus dolorum, quàm qui summa cuta vndique paratēt oblectamē ta, q̄ voluptates intēperātiū, præter animi sibi

malè conscij cruciatum, præter infamiam ac paupertatem, frequenter ipsi etiam corporis plus adferant, molestiæ, quàm delectationis. Contrà, quæ sunt optima, eadem fiunt iucundissima, si quis assuerit.

9 *Seruire uoluptatibus.* Aiebat esse turpe, si quis sua sponte seruiés voluptatibus, talem se faceret, quales nemo domi suæ vellet habere seruos. Talibus autem nullâ salutis spê reliquâ eê, nisi si pro eis deos comprecarentur alij, vt bonos dños nanciscí possent, quando, prorsus decretum erat seruire, existimabat autem nullos fœdiorem, ni sterioremque seruire seruitutem, quàm qui & animo & corpore seruirent voluptatibus.

10 *Prodesse pluribus.* Interrogatus quam ob rem ipse non administraret rempub quum administrandi ratio nem optime sciret: respondit, eo vtiliorem esse ciuitati, qui multos efficeret idoneos gubernandę reip. quam qui ipse rectè gubernaret. Idem respondit Nicolaus Leonicenus Ferrariæ, demiranti quur artem medicandi, quam profitebatur, ipse non exerceret: Plus, inquit, ago docens omnes medicos.

11 *Fama quo modo parãda.* Rogatus quo pacto, quis posset honestam assequi famã: Si talis, inquit, esse studeas, qualis haberi velis. Veluti si quis bonus tibicen haberi cupiat, ea præstet oportet, quæ à probatis tibicinibus fieri viderit. Quemadmodum qui medendi est imperitus, non ideo medicus est, quòd pro medico ascitus est, & vulgò medicus appellatur.

Dicebat, vehementer absurdum esse, quum artes sedentarias nemo profiteatur absque de decore, qui eas non didicerit, neque quisquã scrinium faciundũ locet ei, qui rudis sit eius opificij: ad publicos magistratus admitti, qui nunquam dederunt operam disciplinis, sine

sine quibus nemo potest rectè magistratum gerere: cumque nemo non detestaturus sit eũ, qui clauo assideret ignarus artis nauticæ, multò magis detestandos, qui remp. capesserent ignari politicę philosophiæ. Neque eum putabat appellandum impostorem, qui à persuaso quopiam pecuniam aut vasculum acciperet, quod non posset reddere: sed illos magis impostores habendos dicebat, qui dolo persuaderent se idoneos gubernandæ reipub. quum sint homines nihili.

Dicere solitus est, nullam esse possessionem 13 *Amicus sincerus.* pretiosiorem vero, bonoq; amico, nec aliunde plus fructus aut voluptatis capitur. Itaque præ postere facere multos, qui pecuniæ dispendium grauius ferunt, quàm amici iacturam, quique se beneficium perdidisse clamant gratis collocatum, quũ eo sibi conciliarent amicum quouis lucro potiorem.

Vt illis committimus statuas faciendas, à 14 *Efactiu iudicium.* quibus videmus aliquot statuas eleganter factas: ita non sunt admittendi in amicitiam, nisi quos cognouerimus erga alios præstitisse fidos & vtiles amicos.

Quendam actius castigantem seruum per- 15 *Punire in alijs, quod ipsi committimus.* contabatur, quamobrem ita sæuiret Qñ, inquit, quum sit obsonioti voracissimus, tamen ignauissimus est, quumque sit auidissimus, tamen desidiosissimus est. Tum Socrates: Nunquamne, inquit, considerasti, vter vestrum pluribus egeat verberibus, tune an famulus? Vtinam sibi quisq; dicat, quod illi Socrates, quoties hoc in alijs reprehendit, punitque idem, quod sibi ignoscit: aut si non idem, crebrò deterius.

16 *Spontaneũ laborem.* Cuidam cupienti quidé ire ad Olympia, sed itineris labore deterrito: Quum, inquit,

L domi

domi sæpe numero totum propè diem ambules, ante prandium, rursus ante cœnam: si domesticas ambulationes proferas ad quinque sexve dies, faciles peruenies Olympiam. Docuit uir ingeniosus id quod terret in adeundis laboribus, imaginationē esse potius quàm ipsum laborē. Si quid honestę rei gratia, periculi, dispendij, aut laboris suscipiendum est, excusamus, detrectamus, horremus, quum frequenter vltro in rebus nihili, non enim dicam turpibus, plus impendamus. Ita quidam inuitati ad studia literarum, excusant valetudinem, insomniam, impendia librorum, quū interim totam noctem ludant aleam, potatione contrahant febrim, podagram, hydropem, & lippitudinem, scortatione paralysin, aut scabiem nouam, quam Gallicam appellant.

17 *Seruus domino melior.* Quendam conquerentem se de fatigatum longo itinere rogauit, num puer ipsum potuerit consequi. Ait. Rogauit vacuus ne an aliqd ferens oneris: Portauit inquit, nōnihil sarcinarū. Quid, inqt, q̄rit ne ille se defessum? Quum negaret: An non pudet, inquit, ne molliciei, q̄ vacuus ambulans defessus fueris, quū ille gestās sarcinā nō q̄rat se fatigatū? Ostēdebat Socrates seruū in hoc feliciorē domino, q̄ ad labores exercitior minus sentiret molestię.

18 *Sobrietas in edulijs.* Admonere solet, q̄ apud alios diceretur edere, aut conuiuari, apud Athenienses dici ἐνοχεῖσθαι. quia vo e dicebat nos admoneri, eo temperamento sumendum cibum, ut nec corpus, nec aius oneretur, huc opinor alludens, q̄ ὀχεῖσθαι sonet vehi, vnde ὄχημα vehiculum, quanquam ὀχὴ dicatur & cibus, eòque additum ἐν, ne sarcina iusto grauior imponeretur corpori.

Dice-

Dicebat, optime natis, ingenuisq; potissimū adhibendā rectam institutionem: Idem. n. in his vsu venire, quod in equis, in queis, qui feroces sunt ac generosæ indolis, si statim à primis annis rectè instituantur, egregij & ad omnē vsum accōmodi euadunt: sin minus, efferati intractabiles & ad nihil vtiles. Eoq; fit, vt felicissima quæque ingenia corrūpantur inscitia institutiū, q mox equos vertūt in asinos, q̄ erectis ac liberis animis imperare nesciant. 19

Dictitabat illum impudenter facere, qui quum boues efficeret pauciores, postulares tamen haberi bonus bubulcus: sed multò absurdius est, si quis haberi velit bonus reipu. gubernator, quum ciuium numerū imminuat. Hoc dictum torsit in Critiam & Charicle, qui multos ciuium trucidarant. Nec illos id latuit: Critias enim illi minatus est, ni fileret, fore vt ipse quoq; faceret boues pauciores: & quod minatus est verbo, re præstitit. Nam huius opera Socrates perijt. 20 *Indolet emendata.*

E priscis autoribus selegerat versiculos aliquot, quos prouerbiorum vice frequēter vsurpabat, quorum est ille Hesiodius. 21

Ἐρτον γ' ἀδὲν ὄνησος, ἀεργίη δ' ε τ' ὄνος. .i. *Otium turpe.*

Non probrum est operari, ast est cessatio probrum.

Quo dehortabatur iuuenes, nō solū ab otio, verumetiam ab actionibus infrugiferis. Siquidem eos appellabat otiosos, qui alea, computationibus & scortis ætatem absumerent.

Item illud Homeri, vt indicat Gellius, ac Laertius. (τέτυκται. Ideſt,

Οὐτ τιτοι ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀταθῶν τ-

Aedibus in nostris quæ prava aut recta gerātur.

Eo non solùm reuocauit auditorem à cutiositate rerum alienarum, verumetiam à discriminis non necessarijs, velut ab exacta cogni- 22 *Curiositas.*

tione astrologiæ, aut geometriæ, aut catusarum naturalium, aut rerum vltra mundanarum, ad cognitionem ethices, cuius scientia præstat, vt nobis ipsi noti simus, vtque rem domesticam aut publicam vtiliter administremus.

23 Eodem spectat & illud, quod illi ascribitur, *Curiositas.* & in primis celebratur, Quæ supra nos, nihil ad nos. Sic enim respondere solet admirantibus, quòd de moribus semper, de astris deque meteorologis nunquàm disputaret.

24 Quum in via quidam illi per lasciuiã calcem impegisset, admirãtibus, & id pateretur: *Patienter.* Quid facerem, inquit? Illis hortantibus, vt vocaret hominem in ius: Ridiculum, inquit, si quis asinus me calce percussisset, diceretis mihi, voca illum in ius? Nihil putabat interesse inter asinum & hominem brutum, nullaq; virtute præditum: ac vehementer absurdum videri, non pati ab homine, quod ab animante bruto passurus sis.

25 Quidam ab eo salutatus non resultauit, nec *Moderatè* id molestè tulit Socrates: amicis autem admirantibus, & ob hominis ineptitudinem indignantibus dixit, Si quis non præteriret, peius affectus corpore, quàm nos sumus, nequaquã illi succenseremus, quur igitur illi succenseam, qui peius affectus est animo, quàm nos sumus?

26 Euripides obtulit Socrati librum ab Hera- *Salsè.* clito conscriptum: eo lecto, rogauit, quid illi videretur: Per Iouem, inquit, quæ non intellexi, mihi præclara videntur qualia puto & ea, quæ non intellexi, sed opus est Delio quopiam natatore. Notauit per quàm falsè affectatam eius scriptoris obscuritatem, vnde & σκοτεινὸς cognomen inditum est, De Delio natatore diximus in Chiliadibus.

Quum Alcibiades illi spatiosam aream of- 27
ferret dono, in qua sibi domum ædificaret: *Munus inu-*
Quid, inquit, si mihi calceis opus esset, num *tile.*
corium dares, vnde mihi calceos conficerem? Et si dares, an non ipse ridiculus essem, si acciperem? Hae similitudine munus inutile recusauit.

Per forum obambulans eum aspiceret mer- 28
cium copiam, quæ illic vendebantur, ita se *Frugalicum* loqui consueuit, Quàm multis rebus ego *tas.*
non egeo Ast alij cruciantur animo ita cogitantes, quam multa mihi desunt. Socrates sibi gratulabatur, & iuxta naturam viuens, ac paucis affluetus, aurum, purpuram, gemmas, ebur, aulæa, teliquasq; diuitum delitias, nec cuperet, nec egeret quas dicere solet magis ne cessarias agendis tragœdijs, quàm ad vsum vitæ In hanc sententiam vsurpabat versus Iambicos poetæ nescio cuius.

Τάδε ἀργυρώματ' ἐστὶν, ἅπτε πορφύρα
Εἰς τὰς τραγῴδους χρήσιμ' ἐκ τῶν βίον.i.
Argentea isthæc vasa simul ac purpura.
Tragœdiorum accommoda histrionibus.
Sunt, ad beatam conferunt vitam nihil.

Dicere solitus est, eum esse dijs simillimũ, 29
qui quàm pauciſſimis egeret, quum dij omni *Frugali-*
no nullius egeant rei. At vulgus diuites dijs *tas.*
proximos existimant, quorum delitijs nihil satis est. De his enim dictum est in comœdia Terentiana: Quàm vos facillimè agitis. Hoc autem Homerus diis tribuit, quos appellat ῥᾳδίως ἄγοντας. i. facillimè viuentes: facillimè autem viuit, qui Pauciſſimis contentus est.

Dicebat, qui suauiter ederet panem, huic 30
non esse opus obsonio, & qui suauiter bibe- *Frugali-*
ret quemlibet potum, hunc non desiderare *tas.*

poculum præter id quod adest. Fames enim & sitis optimè condit omnia.

31 Dicebat, cuiuis esse promptum, si quid rerũ insignium haberet proloqui, quum difficillimum esset nominare, quos possideret amicos, quum hac possessione nulla sit charior. Hoc dicto taxabat præposterum vulgi de rebus iudicium, qui hoc negligẽtissimè haberet, quod omnium plurimi faciendum erat. Ditior sibi videtur, cui pecuniæ non nihil obrigit & damnum deplorat, cui perijt: at qui sibi parauit bonum amicum, non videtur sibi factus beatior, nec iacturam deflet, qui perdidit. *Amicus synceruus.*

32 Euclidi contentiosarum argutationum admodum studioso: Sophistis, inquit, ò Euclides vti poteris, hominibus non poteris: Indicans Sophisticen inutilem ad publicas functiones, quas qui affectat, eum non oportet gryphis & inanibus argutijs ludere, sed hominum moribus semet accommodare. *Sensus cõmunis.*

33 Scientiam dicebat vnicum esse bonum, cõtra vnicum malum ignorantiam: quod quicunque committunt rem iniustam, hoc peccant, & ignorãt quid cuique sit tribuendum: & qui fortes sunt, non alia re fortes sunt, nisi quòd sciunt ea expetenda, quæ vulgus existimat horrenda: & qui intemperantes sunt, hoc errant, quòd ea putant suauia aut decora, quæ minime sunt.

34 Cuidam dicenti, Antisthenẽ philosophum mẽ Threicia prognatũ esse, velut hoc probrũ impingenti viro, & hybrida esset patre quidẽ Athenienſi, sed mẽ barbara: Quid, inquit, an tu putas virũ adeò pelarũ ex vtroque parente Athenienſi nasci potuisse? Notans corruptissimos Athenienſiũ mores, vt citius è Thrace, Scythave nasci posset vir probus, q̃ ex Athenienſi: *Facetè.*

nienſi & hoc quod habebat probitatis Antisthenes, matri tribuendum putauit.

Dicebat ocium possessionum omnium optimum. Ocium autem fenũt non ignauiam, sed à tumultuosis negotijs, & à cupiditatibus animi tranquillitatem vitiantibus esse quietum. 35 *Ocium honestum.*

Illud omnium maximũ celebratur, & dicebat, se nihil scire, nisi hoc vnum, & nihil scitetur inquirebat enim de singulis, tanquam ambigens, non & reuera nihil haberet certò cognitum: sed hac ironia & suam declarabat modestiã, & aliorum redarguebat arrogantiã, qui se profitebantur nihil nescire, quum reuera nihil scirent. Sophistæ quiddam publicè profitebantur sese ex tempore responsuros ad omnem propositam materiam. Horum arrogantem inscitiam sæpenumero confutabat Socrates. Atque ob hoc ipsum, vt ipse quidem interpretatur, ab Apolline iudicatus est sapiens, quòd quamuis omnium rerum ignorantiam cum cęteris haberet communem, eo nomine tamen illos superaret, quòd suam inscitiam agnosceret, quum illi hoc quoque nescirent, se nihil scire. 36 *Modestè.*

Laertius & hoc illi tribuit, Cœpisse, dimidium facti esse. Dicebat enim dimidium operis peractum ei, qui iam esset aggressus. Sunt enim qui cuntando ac deliberando vitã omnem absumant. Est autem hemistichium Hesiodium, Ἀρχὴ ἥμισυ παντός. 37 *Cunctatio mala.*

Qui res præcoces magno emerent, eos aiebat desperare quòd ad tempus maturitatis essent peruenturi. Alioqui stultum est, & plutis & deterius emere, quum paulò post liceat & minoris & meliores. Ita nusquam non reuocabat hominum cupiditates rationis expertes ad sobrium iudicium. 38 *Festinatio.*

39 Quodam tempore cum Euripides ita de virtute disseret, vt diceret,

Κράτιστον εἰκῆ ταῦτα ἐμῶν ἀνείμενα. ideſt, *Hæc miſſa temerè eſt optimum relinquere.*

Virtus quæſita. Quaſi virtus inueniri vix poſſet, ſurrexit Socrates, dicens ridiculum eſſe, quum mancipiũ ſi non protinus inueniatur, operæprecium exiſtimemus inueſtigare, virtutem nulla inueſtigatione dignam iudicare, ſi non protinus contingat homini.

40 Rogatus ab adoleſcente quodam vtrũ melius cenſeret, vxorem ducere, an non ducere: Vtrumcunque, inquit, feceris pœnitebit: indicans & cœlibatum & coniugium habere ſuas moleſtias, ad quas perferendas eſſet præparandus animus. Cœlibatum comitatur ſolitudo, orbitas, generis interitus, hæres alienus. Matrimonium perpetua ſollicitudo, iuges querelæ, dotis exprobratio, affinium graue ſupercilium, garrula ſocrus lingua, ſubſeſſor alieni matrimonij, incertus liberorum euentus, aliaque in numera incommoda. Proinde non hic eſt electio, qualis eſt inter bonum & malum; ſed qualis inter leuiora & grauiora incommoda.

Matrimonium.

41 Quendam ex amicis conquerentẽ, q̃ Athenis omnia magno venirent: vinum. n. Chiumina, purpuram tribus minis conſtare, mellis heminam quinque drachmis: manu illius prehenſa duxit in penum farinariam, obolo inquiens ſemiſextarius venit, vilis igitur anno na eſt. Hinc ad oleariam deducens: duobus, inquit, æreis ſextarius. Non magno igitur in vrbe veneunt omnia. Qui paucis ac neceſſarijs contentus eſt, ſibi facit vilem annonam.

Frugalitas.

42 Archelaus rex Socratem ad ſe vocarat, multa pollicens, Socrates reſpondit, ſe nolle ad eum

eum venire, à quo acciperet beneficia, quum illi reddere paria non poſſet. Hoc dictum improbat Seneca, quòd philoſophus perſuadens auri, argentiq́; contemptum, plus dat, quàm ſi det aurum & argentum.

Munera cõtempta.

Quodam tempore reuerſus è foro, inter amicos dixit, Emiſſem pallium, ſi nummos habuiſſem. Nihil poſtulauit, tantum verecundè admonuit egeſtatis. Mox inter amicos ambitus erat, à quo Socrates acciperet. Et tamẽ poſt eam vocem quiſquis properauit, vt ait Seneca, ſerò dedit. 43

Vltroneæ beneficẽtiæ.

Cuidam querenti, quòd peregrinationes ſibi nihil profuiſſent: Non immerito, inquit, tibi iſtud euenit. Tecum enim peregrinaberis. Multi putant longinquis peregrinationibus colligi prudentiam, quum Horatius clamet, Cœlum non animum mutat, qui tranſmare currit: congreſſus ſapientium confert prudentiam, non montes, aut Maria. 44

Peregrinatio inutilis.

Colapho percuſſus à quodam in via, nihil aliud reſpondit, quàm quòd homines neſcirent quando prodire deberent cum galea. Simile quiddam Laertius aſcribit Diogeni. 45

Patienter.

Aiebat ſe mirari, q̃ quum ſtatuarum artifices id ſummo ſtudio conniterentur, vt lapis q̃ ſimillimus homini redderetur, non pariter hoc curarent, ne ipſi lapidibus ſimiles & viderentur & eſſent. Sunt autem qui putent Socratem prius, quàm ad ocium philoſophiæ ſeſe conferret, ſtatuarum opificem fuiſſe. 46

Lepide.

Adhortabatur iuuenes, vt ſe ſubinde ad ſpeculum contuerentur, quò ſi eſſent egregia corporis forma, cauerent ne quid ea indignũ cõmitterent: ſin minus, quod corpori deeſſet, id ingenij cultu, morumq́ue honeſtate penſarent. Adeò vir ille vndecunq; rapiebat occaſionem 47

Cultus animi.

sionem ad virtutis studium adhortandi.

48 *Simile an re. Frugalitas.*

Aduocarat diuites aliquot ad cœnam: ob id solicita Xanthippe, quòd apparatus esset perq̃ exiguus, Bono animo es, inquit: Nam si frugi, tèperantesq; sunt, boni cõsulent: sin minus, nulla nobis horum cura debet esse. Hoc dilẽma nobis meritò excuteret oposá & sumptuosam ambitionẽ in excipiendis conuiuis.

49 *Luxus.*

Dicebat, multos in hoc viuere, vt ederent, biberentque, se contrà, ob id edere, ac bibere, vt viueret quod his rebus nõ ad voluptatem, sed ad naturæ necessitatem vteretur. Hanc sententiam retulit Satyricus.

Non vivas, vt edas: sed edas, vt vivere possis.

50 *Pecunia qualis.*

Eos, qui multitudini imperitæ fidem habebant, atebat perinde facere, ac si quis tetradrachmum vnum contemnens reijceret, & aceruum è similibus congestum probaret, reciperetq;. Cui non fideres soli, ei nihilo magis fidendum est in turba similium. Nec enim refert, quàm multi sint, sed quàm graues. Nummus adulterinus, etiam in quamuis magno aceruo adulterinus est. Hoc aduersus turbam testium, & indocti vulgi iudicia.

51 *Comiter.*

Cùm Æschines ambiret esse de numero discipulorum Socratis, excusaretque vereeundè paupertatem suam, ac moleste ferret, quum cæteri Socratis amici diuites multa largirentur, sibi nihil esset, quod daret præter seipsum: An non intelligis, inquit, quàm magnũ munus mihi dederis, nisi fortè teipsum parùo æstimas? Itaque mihi curæ erit, vt te tibi reddã, meliorẽ q̃ accepi. Alij Sophistæ quum meras nugas docerent, nullum admittebant discipulum nisi magna mercede, Socrates nihilo minus libenter recepit inopem, quàm opulentos.

Cùm

52 *Mors inevitabilis.*

Cùm quidam illi diceret, Athenienses te morti adiudicarunt: Et illos, inquit, natura. Sentiens non esse magnum malum, si quis adigatur ad mortem, paulò post moriturus etiamsi nemo interficiat. Quanq̃ hoc dictum quidam ad Anaxagoram referunt.

53 *Mors non deflenda.*

Vxori muliebriter comploranti, dicentiq;, Mi vir, innocens morieris: Quid, inquit vxor mi, me nocente mori malles? Mors bonorum ob hoc ipsum minus deflenda est, q̃ præter meritum occidũtur: bis verò deplorãdi sunt, qui ob malefacta dant pœnas, sed longe miserius est meruisse pœnas quàm dedisse.

54 *Funeris cura.*

Eo die quo Socrates bibiturus erat venenũ, Apollodorus ei palliũ multi pretij ad solatiũ obtulit, vt eo indutus moreretur. At ille recusans donum: Quid, inquit, hoc meum palliũ, quod viuenti conuenit, mortuo non conueniet? Damnans quorũdam ambitionem, hoc miro studio prouidentium, vt quàm honorificentissimè efferantur, ac sepeliantur.

55 *Moderatè.*

Nuntianti quòd quidam de ipso male loqueretur? Nimirũ, inquit, non didicit bene loqui: Linguę morbum non malitiæ tribuens, sed insciti: nec ad se iudicauit pertinere, quid de se dicerent, qui morbo animi, non iudicio loquuntur.

56 *Sordes gloriosæ.*

Cùm Antisthenes Cynicus pallium haberet perusum, idq; obuertens fissuram omnibus da ret inspiciendam: Per fissuram, inquit Socrates, pallij tui video tuam inanitatem: eleganter notans, turpiorem esse ambitionem: è vilitate cultus, quàm ex amictu splendido.

57 *Moderatè.*

Cuidam admiranti, q̃ nihil in eum cõmoueretur, à quo conuitijs incessabatur: Mihi, inquit, non maledicit, quandoquidem ea, quæ dicit, mihi non adsunt, nec in me hærent.

Atqui

Atqui ob hanc causam hominum vulgus magis commouetur, si quid dicitur in immerentem. Boni quum male audiunt, sibi gratulantur, & puri sint ab his malis, quæ ipsis impinguntur, nec in se dici interpretantur: nihilo magis, quàm si quis oculorum errore Platoné appellet Socratem, & in Socratē congerat maledicta, is non maledicit Platoni, sed ei, quem existimabat esse Platonem.

58 *Maledicus prodest.* Vetus comœdia solet nominatim in ciues disseria iacere. Horum libertatem quum plerique metuerent, Socrates dicebat expedire vt quis semet illis sciens ac volens obijceret. Nam si quid, inquit, dixerint in nos, meritò reprehendendum, admoniti corrigemus, & profuerint: sin falsum conuicium in nos iacu labuntur, nihil ad nos.

59 *Lepidè & leniter.* Socrates quum Xanthippen diu rixantem tulisset in ædibus, ac tandem fessus consedisset ante fores illa magis irritata quiete viri, de fenestra perfudit eum lotio. Ridentibus, qui præteribant, & ipse Socrates arridebat, dicens: Facilè diuinabam, post tantum tonitru sequuturam pluuiam.

60 *Auetudo mitigat.* Alcibiadi demiranti, q. Xáthippem supra modū rixosam domi perpeteret. Ego, inquit, iam pridē his sic assueui, vt non magis offendar, quam si rotę, quę aquā educit è puteo stridorem audiam. Nam is stridor molestissimus est insuetis: eundem, qui quotidie audit, adeò molestè non fert, vt se audire nesciat.

61 *Vxor quæ ferenda.* Eidem simile quidam dicenti: At tu, inquit Socrates, non ne domui tuæ toleras gallinarum glotientium strepitum? Tolero, inquit Alcibiades, sed gallinæ mihi pariunt oua, pulosque. Et mihi, ait Socrates, mea Xanthippe parit liberos.

Sunt

Sunt qui putent Socratem simul aluisse do 62 *Lenitas.*
mi duas vxores, Myrtò, & Xanthippen. Proin
de demiranti cuidam in quē tandē vsum ate
ret duas mulieres, præsertim rixosas, nec eas
domo exigeret: Hę, inquit, me domi docent
tolerantiam, qua mihi in publico vtendum
est, harum moribus exercitatus, commodior
ero ad aliorum consuetudinem. Hunc percō
tatorem A. Gellius facit Alcibiadem.

Cùm Xanthippe in pub lico pallium mari 63 *Lenitas.*
to detraxisset, ac familiares admonerent, vt
tātam iniuriam manu vlciscereturr: Pulchrè,
inquit, nimirum vt nobis colluctantibus no-
bis acclametis, alius Eia Socrates, alius Eia
Xanthippe. Nam huiusmodi vocibus spectatores animant duos inter se commissos. Maluit autem vir sapiens, tolerantiæ exemplum de se præbere, quàm ridiculum exhibere spectaculum viri cum vxore concertantis.

Percontanti quur Xanthippen moribus i n 64 *Lenitas.*
commodissimis fęminam haberet domi dice
bat, sic habendam consuetudinem cum mo-
rosis vxoribus, quemadmodum qui se ad stu-
dium equestre exercerent parant equos inge-
nij ferocioris; quos si subegerint, ac perpeti
possint cæteris vtūtur commodius: ita qui mo
rosæ cōiugis mores ferre didicerit, multū fa-
cilius cū quibuslibet habebit consuetudinem.

Cùm Socrati Lysias orationem quā in eius 65 *Decorum personæ.*
defensionem cōposuerat, recitasset: Præclara,
inquit, & elegans oratio est, sed non conuenit
Socrati: Erat enim forensi instituto aptior,
quam philosopho, ac tali philosopho. Rur-
sus Lysiæ percontanti, quur si bonam iudica-
ret orationem putaret sibi non conuenire:
Nonne, inquit, fieri potest, vt amictus aut cal-
ceus elegans sit ac pulcher, qui tamen alicui

non

non conueniant? Hoc ipsum Valerius Maximus narrat odiosius, minusq; Socraticè. Sic enim Lysiæ respondisse memorat: Auferquæso, istam. Nam ego si adduci possem, ut eam in vltima Scythiæ solitudine perorarem tum meipsum morte mulctandum concederem.

66 *Fiducia benefactorũ.*

Cùm Iudices inter se disceptarent, qua pœna dignus esset Socrates: Ego, inquit, ob ea quę feci, dignum me censeo, qui publicitus alar in Prytaneo. Nam hoc honoris haberi solet, qui præclarè de repub. fuissent meriti.

67 *Cultus animi.*

Xenophontem in angiportu quodam Socrates habuit obuium, quumq; videret adolescentem rara indole, porrecto baculo, vetuit ne præteriret: vbi constiterat, rogauit, vbi fierent, venderenturq; variæ merces, quibus vulgò vtuntur homines. ad id quum promptè respondisset Xenophon, percontatus est, vbi homines fierent boni: cũ adolescens respõdisset, se id nescire: Me igitur sequere, inquit, vt hoc discas. Ex eo Xenophon cœpit esse Socratis auditor. Absurdum est scire vbi parare queas honestam vestem, aut poculum, & ignorare vnde tibi comparare possis animi cultum.

68 *Frugalitas.* *Tusc. q. lib. 5.*

Quondam pro foribus deambulanti contẽtius vique ad vesperam, quum prætereuntũ quispiam dixisset: Quid agis Socrates? Obsonium, inquit, mihi comparo in cœnam: de fame, sentiens, quam agitatione corporis excitabat. M. Tullius sic explicat, Quo melius cœnem obsono ambulando famem.

69

Aiebat vnguenta relinquenda fœminis, in iuuenibus nullum vnguentum melius oleo. Rectũ oleum, quo inter exercendum vtebantur. Nã amaracino, aut soliato, protinus idem olens seruus

seruus & ingenuus. Rogatus, quid senes olere deceat, probitatem, inquit. Rogatus, vbi hoc vnguentum venderetur, recitauit Theognidis carmen.

Εσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ δίδαξεαι. Ideſt.
Qui bonus est, ab eo bona discito.

Huius generis quædam congerit Xenophon in conuiuio.

Cùm diues quidam filium adolescentulũ ad Socratem misisset, vt indolem illius inspiceret, ac pædagogus diceret, Pater ad te o Socrates misit filium, vt eum videres: tum Socrates ad puerum, Loquere igitur, inquit, adolescẽs, vt te videam: significans ingenium hominis non tam in vultu, relucere, quàm in oratione quòd hoc sit certissimum minimeq; mendax animi speculum. 70 *Oratio Speculum animi.*

Dicebat mulierum sexum non minus esse docilem & ad disciplinas, & ad omnem virtutem, etiam fortitudinem, quæ tanquam viris propria Græcis à viro dicitur ἀνδρία, si diligenter instituatur. Id collegit ex puella salta tricula, quæ inducta in conuiuium, mira arte trochos duodecim in altum proiectos excipiebat, ita temperato altitudinis spatio, numeris pedum vt nunquam falleret: eadem inter acutissimos gladios, non sine horrore spectantium, impauida saltaret. 71 *Fœmineus sexus ad omnia docilis.*

Cum itet ab Agathone vocatus ad conuiuium soleatus & vnctus, idq; præter morem, & ab amico quodam obuio rogaretur, quur esset solito nitidior, ludens dixit, Vt pulcher eam ad pulchrum, quum nullus esset ab huiusmodi affectibus alienior. 72

Eo die quo bibiturus esset venenũ, quũ detractis compedibus ex fricta sensisset voluptatem, dicebat amicis: Quàm mire hoc natura 74 *Voluptas doloris comes.*

tura comparatum est, vt hæ duæ res sese inuicem comitentur, voluptas ac dolor: nisi enim præcessisset molestia, non sentirem hanc voluptatem.

74 *Hilaritas in re tristi.* Carceris ministrum porrigentem in poculo cicutam interrogauit, quo sumendum esset hoc pharmacum, q̃ eius artis esset peritus: alludens ad ægrotos qui à medicis discunt, quando & quo oporteat sumere, quod ab illis temperatum est: quumq; puer respondisset, se mel totum hauriendum si posset, deinde tantisper inambulandum donec sentiret grauedinem in cruribus, post in lecto decumbendũ supino corpore ibi pharmacum effecturum quod solet: Socrates rogauit liceret ne inde aliquid libare, q̃ in conuiuijs mos sit, effusa vini portiuncula, nominatim alicui Deo libare, minister respondit se tantum miscuisse, quantum opus esset: hoc sermone innuens, nihil esse quod effunderetur. Tum Socrates, Sed & fas est, & oportet orare Deos, vt felix faustaq; sit hęc mea migratio.

75 *Hilaritas in morte.* Quum puer illum detexisset, q̃ illi iam frigerent præcordia: Debemus, inquit, ò Crito, Gallum Æsculapio, quem persoluere neglexeris: perinde quasi sumpta potione medica cõualuisset. Nam Crito hoc summis viribus egerat, vt Socrates vitæ suæ consuleret. Adeò inerat illi viro natiua quædam vis vrbanitatis, vt moriens etiam iocaretur. Nam hanc ferunt illi fuisse supremam vocem.

76 *Amor casus.* Docuit alterum formã magis amandam q̃ corporũ, eamq; voluptatẽ quã in nobis gignit conspecta formosa facies, ad longè pulchriorem, sed latentem animi speciem esse transferendam. Verũ vt hãc videamus, philosophicis oculis opꝰ esse. Notabat φιλεῖσθαι Græcã vocem

vocem ancipitem esse ad osculandum & ad amandum, quorum prius est corpus amantium, alterum mentem.

77 *Mors sanctа.* Critoni vehementi studio suadenti, vt si vitam ipse suam negligeret, certe liberis etiamnum paruulis, & amicis ab ipso pendentibus se seruaret incolumem, Liberi, inquit, Deo qui mihi eos dedit, curæ erunt: amicos hinc discedens inueniam vobis aut similes, aut etiam meliores, ne vestra quidem confuetudine diu caritурus, quando quidem vos breui eodem estis commigratuti.

78 *Amor casus.* Eos qui corpus tantum amarent, similes esse aiebat medicis, qui semper egerent, semper instarent aliquid flagitantes: rursus qui amici essent potius quàm amatores, similes esse his qui proprium fundum possiderent, quem semper studeant reddere meliorem. Amator suam quærit explere voluptatem, amicꝰ haud quaquam ad se spectans, hoc se putat ditiorẽ, quò meliorem reddiderit amicum.

79 *Lenocinium.* In conuiuio apud Xenophontem singulis dicere iussis, quo artificio, quoue bono sibi præcipue placeret, quum ordo venisset ad Socratem, ioco dixit, se maxime gloriari de lenocinio: sentiens se tradere veram virtutem, quę potissimum commendat habentem, quæq; tum priuatim, tum publicè conciliat homini benеuolentiam & amorem.

80 *Philosophia naturam mutat.* Physiognomõ q se ꝓfitebat ex habitu corporis, & oris liniamentis posse hoís ingenium certò deprehendere, insp̃ecto Socrate pronunciauit, illum esse hominem bardum ac stupidum, tũ mulierosũ, ac puerorũ amoribus impurum, vinolẽtũ, & intẽperãtẽ. Cũ amici vehementer indignati minarent homini, Socrates illos cohibuit dicẽs: Nihil, inquit, mẽtitus est,

omnino talis erâ futurus, nisi me philosophiæ gubernandum tradidissem.

81 *Pecuniæ contemptus.*

Quum Aristippus Socratis discipulus ex quæstu, quem Socraticorũ primus facere instituit, præceptori misisset viginti minas, remisit illico Socrates ad illum pecuniâ dicens ipsius genium hoc nequaquam permittere. Dicebat enim Socrates sibi peculiarem esse dæmonem, à quo prohiberetur arcano signo, si quid tentaret parum honestum. Genium autem illum opinor fuisse rationem. Atq; interim ciuiliter indicauit Aristippo, sibi non probari, quòd philosophiâ doceret mercede, eoque donum ceu sacrilegio partum reiecit.

82 *Patientia*

Socrates è palestra redeuntem Euthydemũ casu factus obuius duxit ad cœnam. Illis autẽ inter se multa commentantibus, Xanthippe irata furtexit, multaque in maritum dixit conuitia: quibus quum ille nihil cõmoueret, tandem & mensam subuertit. Cũ autem Euthydemus valde perturbatus surgens abire cœpisset: Quid habes, inquit Socrates, non ne nuper hoc idẽ accidit domi tuæ, vt gallina subuolans euerterit, quę erant in mensa? Nos tamen ob id non indignabamur.

83 *Comœdia libertas.*

Quum in Aristophanis comœdia, cui titulus Nebulæ, multis & acerbis conuitiis proscinderet, & adstantiũ quidã diceret, Nõ hæc iniquo fers animo Socrates? Non per Iouem, inquit, ægrè fero, si in theatro, perinde vt in magno conuiuio salibus mordeor. Mos hic etiamnum durat apud quosdam Germanos, vt in celebribus conuiuiis adhibeatur dicax aliquis, qui in conuiuijs faciat scommata, quibus commoueti vehementer inciuile habẽt.

84

Dicere solitus est saltatione mouenti corpus, spatiosa domo opus esse, ad exercendum

sese: at qui cantu, aut oratione sese exerceat, huic vel stanti uel accumbenti quemuis locũ sufficere. Hoc dicto probabat moderatas exercitationes, præsertim à cibo sumpto, turbulentiores improbabat.

85 *Salsè.*

Socrati actius obiurganti familiarẽ quempiam in conuiuio, Plato dixit, Non ne satius erat hæc illi dixisse seorsum? Cui Socrates, Et non tu quoque rectius feceris, si hæc mihi seorsum dixisses? Salsissimè taxauit hoc ipsum reprehendendo committentem, quod reprehendebat.

86 *Delicia.*

Socrates in conuiuio videns adolescentem auidius vescentem obsonio, ac subinde panẽ in ius immergentem. O conuiue, inquit, quis vestrũ panem vtitur pro obsonio, obsonio pro pane? Hinc orta inter conuiuas disputatione: sensit iuuenis & erubuit, cœpitque moderatius obsonio vesci.

87 *Modus.*

Rogatus quæ esset præcipua iuuenum virtus, Vt, inquit, ne quid nimium tentent. Nam calor ætatis vix finit illos seruare modũ. Huc Terentius spectauit in iuuene Pamphilo.

88 *Memoria.*

Liteias quas vulgus putat repertas iuuandæ memoriæ, dixit vehemẽter officere memoriæ. Olim enim hoies si quid audissent dignum cognitu, non libris, sed animo inscribebant: hac exercitatione confirmata memoria facilè tenebant, quicquid volebant: & quod quisque sciebat, habebat in promptu. Post reperto literarum vsu, dum libris fidunt, non perinde studuerunt animo infigere, quod didicerant. Ita factum est vt neglecto memoriæ cultu, minus viuida esset rerum cognitio, & pauciora quisque scire, quandoquidem tantũ scimus, quantum memoria tenemus.

89

Quum iam tempus vrgeret moriendi, rogatus

Anima immortalis.

gratus à Critone, quomodo sepeliri, vellet, Multam, inquit, ò amici operâ frustra consumpsi: Critoni.n. nostro nõdũ persuasi, me hinc auolaturum, neque quicquã mei relicturum. Verũ tamen ò Crito, si me assequi poteris, aut sic ubi nactus eris, vtcunque tibi videtur, sepelito. Sed mihi crede, nemo me vestrum quum hinc excessero, consequetur. Sensit Socrates, animum esse hominem, corpus nihil aliud esse, quam animi vel organum, vel domicilũ.

90 Idem dicere solet mortem esse similem profundo somno, aut diutinæ peregrinationi. Somnus profundior adimit omnem sensum, & animus à corpore digressus, aliquando in suum domicilium rediturus est.

Mors & somnus.

91 Idem dicere solet, vt omnes otium hominũ calamitate in vnum conferrentur, moxque singulis ex eo aceruo portiones æquè distribuerentur, Ita fore, vt suas quisque calamitates recipere malit, quàm æquam è communi portionem. Hoc aduersus vulgares hominum mores, qui alienæ inuidẽt, suã deplorãt sortẽ.

Suæ cuiq; sors displiceat.

92 Didicit fidibus canere iam natu grandior inter pueros: id admirantibus velut absurdũ, negauit absurdum esse, quæ quis nescit ea discere. Nulli enim vitio vertitur, ea sibi parare, quib⁹ opus est, si desint: nec hic spectãda est ætas, sed egestas.

93 Dicebat bene incipere, non esse pusillum sed iuxta pusillum. Græca sic habent: ἐν ἀρχῇ σθαι, μικρὸν μὲν μὴ εἶναι, παρὰ μικρὸν δὲ quod Laertij interpres ita reddidit, Bene incipere parum non esse, sed maximũ. Quãq; aliud exprimunt verba Socratis, sed sentit, nifallor, bene incipere non esse quidem parũ, sed parui fieri. aut, recte incipere non esse pusillum, sed iuxta pusillum. Paulatim.n. inci-

piendum,

piendum, eò quòd qui in initio præproperi sunt, serius perueniant ad finem, vt alludat ad Hesiodum iubentem, vt pusillum pusillo addamus. Dicti argutia est in Græcis vocibus, eaq; Latinè reddi non potest.

Admonebat esse dandam operam geome- 94
triæ, donec quis possit mensura terram & accipere & tradere. Græca sic habent: ἔφασκε δεῖν γεωμετρεῖν μέχρι ἂν τις μέτρῳ δύνηται γῆν παραβαλεῖν τε καὶ παραδοῦναι. Opinor eum sensisse, moderatos agros esse parandos, quos & tibi cõmodũ sit à maioribus accipere, & hæredib⁹ tuis tradere. Nã immodicæ possessiones, vt non sine negotio parantur, ita non absq; lite perueniunt ad hæredes. Dicti argutia est in verbo γεωμετρεῖν qđ anceps est, ad arte geometricam, & ad agrorum mensores.

Cuidã molestè ferenti, q⁹ negligeretur, quo 95
tempore triginta tyrãni rempub. occuparant, Num quid est, inquit, cuius te pœniteat? Sẽtiẽs non esse molestè ferendum, si quis contemnat ab improbis, nec hoc nomine sibi quemquã oportere displicere, sed si quid commisit ob quod meritò & sibi, & alijs bonis displiceat. Malis enim displicet, laudi est.

Quũ in somnis qđã ipsi visus esset dicere. 96
Ἡ ματι μὲν τριτάτῳ φθίην ἐρίβωλον ἱκοίο. *Ad Phthiam venias simul ac lux tertia surget.* Æschini dixit, tertio die moriar, versum Homericum pro oraculo interpretans: idq; euenit Phthia erat patria Achillis, & amici conati sunt persuadere Socrati, vt in Thessaliam fugeret, quòd illic haberet bonos amicos.

Dicebat viros oportere ciuitatis parere le- 97
gibus vxores autem maritorum quibuscum viuunt, moribus. Norma coniugis vir est, quæ rectè viuit, si ille publicis legibus obtemperet.

98 Admonebat voluptates non aliter quam Sirenas esse prætereundas ei qui properat vt virtutem veluti patriam conspiciat. Alluit ad Vlyssem, qui cera obturatis auribus præternauigauit Sirenas, vt Itacæ fumum subsilientē cerneret.

99 Quum audiret recitare Lysidem Platonis, Deum, inquit, immortalem, quàm multa de me mētitur adolescens: siue quòd ob modestiam non agnoscereet laudes quas ipsi tribuebat Plato, siue quòd in dialogo multa de Socrate fingeret.

100 Æschinem qui premebatur inopia, solebat admonere, vt à seipso sumeret mutuum siue vsuram: : παρ' ἑαυτὸ δανείζεσθαι, & addidit modum, sibiipsi subtrahendo cibaria Iuxta illud, Magnum vectigal parsimonia. Expeditissima ratio est augēdi census, detrahere sumptibus.

ARISTIPPVS.

Arbitror conuenire, vt discipulum & ætate & autoritate primum præceptori iungamus, quo nemo fuit inter philosophos vel ingenij dexterioris, & ad omnem vitæ habitum accommodatioris, vel in dictis vrbanior aut festiuior, tametsi non præstitisse videtur eam morum sanctimoniam, quam in Socrate mirantur omnes.

1 Inter hunc & Diogenem Cynicum nonnulla fuit æmulatio ob diuersum vitæ institutū. Diogenes Aristippum appellabat canem regium, quòd Dionysium Siciliæ tyrannum coleret. In quem vicissim Aristippus, Si Diogenes sciret vti regibus, non vesceretur crudis oleribus. Contrà Diogenes, Si Aristippus didicisset esse contentus crudis oleribus, non esset canis regius. *Libertas.*

Quum

Quum aliquando perdicem quinquaginta drachmis iussisset emi, cuidam detestanti luxum in philosopho, Et tu, inquit Aristippus, si obolo venalis esset, non emeres? Quum is respondisset se empturum, Et mihi, inquit, tanti sunt quinquaginta drachmæ. Quòd ille luxus nomine damnabat, hic detorsit ad laudē contemptæ pecuniæ. Siquidem qui pretij magnitudine deterretur ab emendo, is non contemnit cibum, sed plutis facit pecuniam. At philosopho nihilo pluris æstimabantur quinquaginta drachmæ, quàm illi obolus. Aristippus itaque obsonij cupiditate, par, superior erat despectu nummorum. 2 *Argutè.*

Quum Dionysius illi tres venustas meretrices obtulisset admonens, vt ex iis quam vellet eligeret, omnes apprehendit dicens, ne Paridi quidem fuisse tutum, vnam cęteris prætulisse: ac puellas deduxit ad aulę vestibulum, dimisitq; non minus in contemnendo facilis, quàm in amplectendo. 3 *Lepidè.*

Strato, siue, vt alij tradunt, Plato, dixit Aristippo, Tibi vni & chlamydem, & pannum ferre datum est. Chlamys vestis est Satrapatum, pannus mendicorum. Id notauit Horatius quum ait: Omnis Aristippum decuit color. Apud Dionysium saltauit in purpura, interdum vili pallio vtebatur, semper tamen decori memor. 4

Consputus à Dionysio, æquo animo tulit: ob eā contumeliā indignantibus, Piscatores, inquit, vt gobionē capiant, aqua marina se patiuntur aspergi, ego vt balenam capiam, non patiar me aspergi saliua? Balenę vocabulo regem signans, quem sua patientia conabat ad philosophiæ studium allicere. Plurimum aūt vtilitatis ex principum sapientia nascitur. 5

Libertas.

6 Rogatus quid fructus cepisset exphilosophiæ studio. Quòd cum quibuslibet, inquit, libere loqui possim. Nec enim metuebat potentes, nec fastidiebat humiles. Quoniam animum habebat spe pariter ac metu liberum, nemini seruiebat, neque cuiquam assentabat præter animi sententiam.

Argutè.

7 Quum quidam illi probro darent, quòd splendidè exquisiteque viueret philosophus, Id, inquit, si vitiũ esset, in celebritatibus deorum nequaquam fieret. In his enim & magnificè vestiri, & lautissimo ciborũ apparatu solent vti. Porrò quum dij sint infensi vitijs, non placarentur, sed irritarentur eiusmodi magnificentia, si ea cum vitio esset cõiuncta. Sic ille quidem elusit conuitiũ, non ostendit, quid esset optimum.

Philosophia fructum.

8 Percotanti Dionysio, quid eximiũ haberet philosophi præ cæteris hominibus, Vt, inquit, etiam si omnes leges aboleantur, tamen æquabiliter victuri simus. Vulgus legũ præscriptis arcetur à peccando, philosophus rationem habet pro legibus, non ideo quod rectum est faciens, quia lex iussit, nec à scelere temperans quia lex vetuit, sed. quia nouit illud per se rectum esse, hoc per se turpe.

Lepidè.

9 Vterque Dionysium coluit. Aristippus & Plato: sed Aristippus à delitiis aulicis quum adesset, non abstinebat. Plato etiam inter regalem luxum frugalitatem seruare nitebatur. Itaque quum Plato reprehenderet Aristippum, quod adeò lauticiis indulgeret: rogauit, quid sentiret de Dionysio, num vir bonus videretur. Quum respondisset videri bonum, Atqui ille, inquit, me multò viuit lautius. Proinde nihil vetat eundem, & lautè viuere & bene viuere.

Per-

10 Percotanti Dionysio qui fieret, vt philosophi diuitũ limina terèrent. nõ cõtra Qm, in quit, philosophi norunt, quibus egeant; illi ne sciunt Philosophi sciunt absque pecunia viui non posse, itaque petunt eos, qui quod opus est dare possunt. Quod si diuites æquè intelligerent se egere sapientia, multo magis terèrent philosophorum limina. Miserior enim est egestas animi quam corporis, atque hoc miserius egeni sunt diuites, quòd non intelligant, quâ ptiosa quâq; necessaria re careant.

Philosophia frustra.

Venus mature.

11 Rogatus quo differrent docti ab indoctis, Quo, inquit, equi domiti ab indomitis. Quemadmodum equus indomitus ad omnẽ vsum ineommodus est ob insciti am ac ferociam: ita qui rapitur affectibus, quos sola domat philosophia, ad omnem vitæ consuetudinem inutilis est.

12 Quum aliqñ adiret scortum sensit quendã ex adolescentulis, qui aderãt erubescere, quasi turpe esset philosophum ingredi fornicem: ad hunc versus, Huc, inquit, ingredi turpe non est adolescens, sed egredi non posse turpe. Senfit ignoscendum si quis moderatè vtatur licita venere, non ignoscendum si quis addictus voluptati seruiat. Hoc dictum illo seculo probari poterat, quo nulla lex vetabat cum scorto con gredi, nunc præter argutiam nihil habet laudabile.

Lepidè.

13 Cuidam qui proposuerat ænigma, vehemẽter instanti, vt solueret. Qui ò stolide, in quit, vis soluã, quod nobis etiam ligatum exhibet negotium? Lusit ex ambiguo Soluit enim quę stio, & soluitur homo, aut bellua vincta. Stultum autem sit furiosum hominem aut noxiã bestiam soluere, magis nociturum.

14 Dicebat satius esse fieri mendicum quàm indo-

Eruditio vtilis.

indoctum, ꝙ ille ũ pecunijs egeat, hic humanitate. Nihilominus homo est, cui deest pecunia: at homo non est, cui deest eruditio. Et ñ cui deest pecunia, petit ab obuijs: cui deest sapientia, nullum sol citat, vt accipiat.

15 *Maledico cedendum.*

Quum à quodam conuuijs incesseretur, tacitus abijt: at quum maledicus insequeretur abeuntem dicens: Quur fugis? Qñ, inquit, tibi quidem potestas est male loquendi, mihi verò non audiendi. Salsissimè notauit hominis impudentiam, qui quum sibi ius superet male loquendi, non saltem hoc iuris concederet alteri, vt subduceret sese, desineretque male audire. Nam vox hæc, quur fugis? erat velut expostulantis de iniuria.

16 *Philosophia medicina animorum.*

Quidam multa destomachans in philosophos, etiam hoc adiecit, ꝙ conspiceret illos ſp obsidere fores diuitum: cui Aristippus, Et medici, inquit, ęgrotantium domos frequentant: nemo tamen ægrotus esse mallet, quam medicus. Scitè retorsit in diuersum conuitium. Philosophi prædicant felicitatem, quam vni sapienti vindicant, & tamen assidue versantur apud diuites aliquid venantes ab illis. Vnde colligebat diuites esse beatiores quàm Philosophos. Sed ille interpretatus est, Philosophos ideo potissimum colere diuites, ꝙ ob luxum ac delicias cęteris mortalibus & stultiores & corruptiores, magis egerent præceptis sapientiæ, philosophus autem animorum male habentium medicus est. Porrò beatius est esse medicum, quàm ægrotum.

17 *Mortis metus.*

Quum aliquando Corinthum nauigasset, & orta tempestas naufragium minaretur, expalluit Aristippus: id animaduertens è vectoribus crassus quispiã militaris ac philosophorum osor, sedata tempestate cœpit insultare: Quur,

Quur, inquit, vos philosophi, qui prędicatis mortẽ non esse formidandam, expallescitis in discrimine, nos indocti non timemus? Qñ, inquit Aristipp⁹ nõ de pari aſa tibi mihiq; cura ac metus est. A. Gellius hoc addit, Ego timeo animæ Aristippi, tu non times animæ nebulonis: quod tamẽ amarulentius dictũ est, quam vt Aristippo conueniat, cuius vrbanitas non tantum habet nigri salis. Rebus vilissimis minime timemus, vnde prouerbium. Hydria in foribus. Hinc lusit Aristippus illum non expalluisse, non quòd esse fortior, sed quòd quũ esset homo nihil, habereq́ue animum omnì virtute vacuum, minimum erat detrimẽti, si periisset. Vir eruditus ac sapientia, prædituꝰ nõ pecit nisi graui reipub dispendio.

Cuidã iactãti se ꝙ esset πολυμαθὴς, hoc est multiplicis eruditionis, quasi nihil non didicisset: Quẽadmodũ, inquit, nõ hi q plurimũ edunt, excernũtq́ue, melius valent his, qui sumunt quantũ opus est: ita non qui plurima, sed qui vtilia legerunt, studiosi & eruditi sunt habendi. Grauiter taxauit eos qui tumultuaria immodicaq́ue lectione semet ingurgitãt, nec ea quæ legunt, trahiciunt in animum, sed tantum reponunt in memoria quare nec doctiores euadunt nec meliores. 18 *Varia lectio.*

Orator quidam Aristippum reum defendit in iudicio vicitq́ue, litem. Is quum velut artẽ suam prẽferens philosophię diceret, quid tibi profuit Socrates Aristippe? Hoc, inquit ꝙ oratio, quam pro me dixisti, vera fuit. Defendere vt virum bonum & innocentem. Vt autem talis esset, qualis ab oratore prædicabatur, Socrates præstiterat, à quo philosophiam didicit. Orator non hoc efficit, vt quis sit vir bonus, sed vt talis videatur iudicibus, 19 *Philosophia oratoria præstantium.*

etiam

etiam si non sit. Præstantius igitur est, quod præstat philosophus quàm quod orator.

20 *Modus.* Aretam filiam salubribus præceptis instituebat, consuefaciés vt vbique quod immodicum esset, contemneret, quòd mediocritas in omni re sit optima, & in fœmina maximè virtutis sit temperate cupiditatibus.

21 *Eruditio vtilis.* Cuidam percontanti, qua re esset melior euasurus filius, si eum curaret literis erudiendum: Vt nihil aliud, inquit, certè in theatro non sedebit lapis sup lapidem: Amphitheatra gradus habebant marmoreos, in quibus sedens populus spectabat. Lapidem autè vulgò dicebant hominem indoctum & elinguem.

22 *Institutio recta.* Quidam eum Aristippo agebat, vt filiũ suũ susciperet erudiendum: sed quũ philosophus pro mercede peteret quingenta drachmas alter detertitus magnitudine pretij, Minoris inquit, emerem mancipium. At hic, inquit, habebis duo. Sensit eadem pecunia illum sibi paraturum, & philosophum vtilem, & filium obsequentem. Lepidè taxauit vulgi iudiciũ, qui nusquam parcior est quàm in rectè instituendis liberis, plusq; sumptus impendit curãdis equis quàm filiis.

23 *Diuitiarũ vsus.* Reprehẽsus quòd pecunias acciperet ab amicis, ait se non ideo accipere, vt vteretur ipse, sed vt illi discerent, ad quas res vtendum sit pecuniis. Vulgus enim diuitũ, aut in equos, aut in operosas structuras, aut in luxũ perdit pecuniam, quum ea bonis viris si egeant, sit eroganda. Quin & aliter intelligas licebit. Aristippus non nisi ad vitæ necessaria pecuniis vtebatur, ideoque à diuitibus accipiebat, vt eis demonstaret bene vtendi rationem: id non poterat, nisi illi materiam subministrassent. Veluti qui cupit artem scribendi discere,

discere, chartam & calamũ porrigit docturo.

Cuidam exprobanti quòd in propria causa oratore conductitio fuisset vsus, Nil mirum, inquit, & cœnam apparaturus coquum cõduco. Alter videri volebat ob hoc oratorem præstantiorem philosopho, quod eius operam cõduceret: illi retorsit in diuersum, innuens, inferiorem esse qui conducitur. Oratoris enim munus inferius est q̃ vt philosopho cõueniat. 24 *Philosophus oratore præstantior.*

Iussus est aliquando è sua philosophia non nihil dicere, quumque detrectantem vrgeret Dionysius. Ridiculum, inquit, si quidem me, vt de philosophia loquar, rogas, & quando oporteat loqui, ipse me doces. Sensit hoc ipsum esse philosophi scire quando loquẽdum sit, quando tacendum: at qui petit, vt audiat aliquid ex philosophia, declarat se philosophiam à philosopho velle discere: rursus qui cogit ad loquendum is videtur ipso philosopho doctior, vt qui melius norit loquendi tempus quàm philosophus ipse. Ob hoc Aristippi responsum indignatus rex iussit illum in conuiuio infimum omnium accumbere: hic Aristippus nihil offensus, Hunc, inquit, locum ò rex illustrare vis ac honorificũ reddere: significans non locum reddere hominẽ viliorẽ, sed ex dignitate hominis honorem addi loca. 25 *Liberè.*

Quendam sibi vehementer placentem de natandi peritia, non tulit Aristippus. Et non te pudet, inquit, tam insolenter his de rebus iactare te, quæ Delphinum sunt propria? Lepidius erat, si dixisset, ranarum: Decet hominem gloriari super his, quæ sunt hominis propria. Nihil autem magis conuenit homini quàm ratione pollere. Nullus tam peritus natator est, quin hic à Delphinis superetur. 26 *Locum arnon te pudet, rebus iactare te, natorem.*

Per-

27 Percontanti qua re differt sapiens ab indocto: Mitte, inquit, ambos nudos ad homines ignotos, & videbis. Significauit sapientem secum in pectore circunferre, quo se cõmendet quibus libet. Proinde si doctum & indoctũ pariter nudos mittas in regionem peregrinã, vbi ambo sint atque ignoti, sapiens proferens opes suas potiorem & rẽ & amicos inueniet: nudus alter pro insano ridebit, & fame periclitabitur.

Eruditio vtilis.

28 Iactanti cuidam, quòd multum biberet, nec inebriaretur, Quid, inquit, magni narras, quum idem faciat mulus?

Bibacitas.

29 Quidam Aristippo vitio dabat, q̃ cum meretrice haberet consuetudinem. Hunc Socratica isagoge sic confutauit, Age dic, mihi, num referre putas, vtrum quis accipiat domũ, quã multi inhabitarint, aut quam nemo? Cũ negasset referre, Quid, inquit, referre ne vtrum veharis naui quæ multos vexerit, an quæ nullos? Cum negasset & hoc, Quid igitur interest, inquit, vtrum cõsuetudinẽ habeas cũ muliere quę multis sui fecerit copiam, an quæ nulli?

30 Reprehensus à quodã, quòd Socratis discipulus contra Socratis morem pecuniam acciperet: Merito, inquit, hoc facio: nam Socrati plurimi diuites amici mittebant triticum & vinum, è quibus pauca in vsus necessarios reseruans remittebat reliquum. Nimirum habebat ille dispensatores Athenienſium primores, ego verò Eutychidem seruum meum emptitium. Significabat se nihilominus contemnere pecuniã quam Socratẽ, sed illi fuisse largiores amicos. Hoc colore se possent & hodie quidam excusare profitentes summum pecuniæ contemptum, quũ apud amicos habeant depositam pecuniã, q̃ olim habebant

Prouisio necessariorũ.

benignos peni curatores, nũc esurituros satis, si nihil sit alicubi repositum nũmorũ.

Habuisse dicitur consuetudinẽ cum Laide nobili scorto. Quo nomine quum vulgò male audiret, cuidã obiicienti q̃ philosophus haberetur à Laide: Imò Lais, inquit, habetur à me, non ego à Laide: significans nõ esse turpe vti concessa voluptate, sed ei seruire deditũq; esse, in turpibus habendum. 31

Rursum obiicienti q̃ cibis lautioribus vteretur, hac ratione occlusit os: Tu, inquit, hos ci bos triobolo non emeres? cumque is qui volebat lautitiarum videri contemptor, annuisset: Ergo, inquit, non tam ego voluptati studeo quam tu auaritiæ. Siquidem vsurus erat & ille lautitiis, si gratis aut minimo contigissent. 32

Lautia.

Dionysij quæstor, nomine Simus, natione Phryx, ostẽdit Aristippo suas ædes vndequaq; splendidas, etiam pauimento prætiosis tessellis constrato: omnibus circunspectis Aristippus sputum oris reiecit in barbam Simi. & ob id indignanti hoc colore se excusauit, quòd in tota domo nihil videret ad excipiendum oris recrementum opportunius: innuens in tota domo nihil esse fœdius aut immundius barbari facie, quum eam hominis partẽ oportuerit esse mundissimam. Quanquam hoc dictum magis quadrat in Cynicum aliquem, q̃ in Aristippum, vtcunque illi ascribitur. 33

Liberè.

Delectatus aliquãdo insigni vnguẽto, Male sit, inquit, malis cinædis, qui rem tam bellam infamarũt. Sentiens multa per se bona reiici culpa vtentium male. 34

Interrogatus quomodo Socrates obiisset diem, Vt ego, inquit, optarim: significans talem mortem quouis vita optabiliorem. nec potuit breuius felicem obitũ describere. 35

Dicti

Dicti tamen argutia in hoc est, quòd philosophus aliud responderit, quam expectabat percontator. Ille quærebat de genere mortis, morbo perisset, gladio, veneno, an præcipitio: ille putans id nihil referre, respondit, illum feliciter esse mortuum.

36 Sophista Polyænus ingressus ædes Aristippi quum videret illic mulieres pulchre ornatas, ac magnifice instructum conuiuium, cœpit reprehendere tantum in philosopho luxum. Aristippus dissimulata obiurgatione aliquãto post: Potes ne, inquit, hodie nobiscum, esse? Cum ille non recusasset, Quid igitur, inquit, incusas? Videris enim non lautiorem mensam reprehendere, sed impendium. Nam si conuiuium ob hoc ipsum displicuisset, quòd esset lautius, recusasset esse conuiua. Portò probare quidem apparatum, sed offendi sumptu, non frugalis, sed auari hominis esse videtur.

Argutè.

37 Vix credibile est quod de illo refert Bion, cum famulus in itinere gestans pecuniam onere premeretur: Abijce, inquit, quod nimiũ est, & fer quod potes.

Philosophiæ studium.

38 Quodam tempore nauigans, vt intellexit nauim esse piraticam, deprompsit aurum ac numerare cœpit, moxque abiecit in mare, & grauiter ingemuit, fingens sibi imprudenti & inuito excidisse. Hoc ingenio vitæ suæ consuluit, adempta piratis occidendi vinciendiue materia. Sunt qui narrent illum & hæc dixisse: Satius est, vt hæc pereant Aristippum, quam propter hæc pereat Aristippus.

Ingeniosè.

39 Percontanti Dionysio quut Aristippus venisset in Siciliam relicto Socrate: Vt, inquit, quæ habeo, impartiam: quæ non habeo, acci-

Liberè.

accipiam. Sunt qui narrent illum sic respondisse: Quum egerem sapientia, adij Socratẽ: nunc quoniam egeo pecunia, ad te veni.

Aristippus Platoni obiurganti, & multos pisces emisset, rñdit, se illos emisse obolo quum 40 *Argutè.*
que Plato dixisset, tanti & ipse emturus erã: Vides, inquit, igitur, ò Plato, me non esse obsoniorum auidum, sed te pecuniæ anxiantem. Similia quædam antè commemorata sunt.

Idem Æginæ in Neptunalibus consuetudi- 41
nem habuit cum Phryne: cumque illi quispiã *Candidè.*
obiecisset, & tantũ pecuniæ impenderet mulieri, quæ Diogenem Cynicum gratis admitteret: Ego, inquit, illi multa suppedito, vt ipse ea fruar, non me quis alius Traditum est hoc de Phryne, & quum esset formosissima, quibuslibet tamen sui copiã facere soleret, nullo delectu personarum, seu diuites essent, seu paupes res, in neminẽ fastidiosa. Itaq; turbam amatorum habuit. Huc respexit Horatius.

Me libertina, nec vno
Contenta, Phryne macerat.

Aristippum cum Phryne consuetudinem 42
habentem sic obiurgauit Diogenes, Cum pu- *Candidè.*
blica, inquit, muliere tibi res est Aristippe: aut igitur canem agas quemadmodum ego, aut desinas. Hunc inductione sic repulit Aristippus, Num absurdum tibi videtur Diogenes in habitare domum, in qua prius habitarunt alij? Quum negasset ille: Quid inquit? num vehi naui, quę multos antea vexerit? Quum hoc quoque negasset absurdum esse: Quur igitur, inquit, absurdum putas congredi cum muliere, qua plures sunt vsi? Hoc ante commoratum est, nisi quòd Athenęus hũc in modum retulit.

Quum prędiũ amęnissimum pdidisset, cui 43

dam deploranti tam miserabilem illius casũ, Quid, inquit, an nescis tibi vnicum esse prædiolum, mihi verò tres agros superesse? Quum annuisset, Quin igitur tuam potius vicem deploramus: Sentiens insipientis esse, dolere amissis potius, quàm gaudere relictis.

Relictis laudendũ

44 Cuidam interroganti, Num tu es vbique? ridens Naulum, inquit, non perdo, si sum vbique. Elusit Aristippus sophisticam quæstionẽ, an idem corpus possit esse diuersis locis, dum respondit non esse periculum, ne perdat naulum. Perdit enim naulum, qui dato pretio nõ peruehitur eò, quò vult.

Lepidè.

45 Confutatus in disputatione à quodam homine audaci, sed eodem furioso ac stolido, quum illum videret gestientem, inflatumque victoria: Ego quidem inquit, redarguitus ab eo, sed suauius dormiturus te qui redarguisti.

Moderatè.

46 Helicon Cyzicenus vnus ex Platonis æqualibus, Solis defectum prædixerat. Qui posteaquàm accidit, quemadmodum ille prædixerat, à Dionysio argenti talento donatus est. Tum Aristippus ad reliquos philosophos, Et ego rem miram habeo, quam possim prædicere orantibus vt proferret. Prædico, inquit, breui inter Platonem ac Dionysium futuram simultatem. Senserat enim regem animum suum iandudum dissimulare.

47 Illud cum primis damnabat in hominum moribus, quòd in auctionibus vasa diligenter inspicerent prius, quàm emerent; vitam eorum non inspicerent, quos sibi in amicitiam adiungerent. At maior vtilitas est à fidis amicis, quàm à vasis, & plus damni est, nisi delegas.

Amicus deligẽdus.

48 Cum Dionysius in conuiuio iussisset vt singuli in veste purpurea saltarent: purpura verò

verò tum Regum erat gestamen nunc futoribus etiam communis. Id Plato facere recusauit, his trimetris è fabula quapiam:

Οὐκ ἂν δυναίμην θᾶλυν ἐνδύναι στολήν·
Ἀρ' ἦν πτερωτὸς καὶ γένυς ἐξ ἄρ' ἔφυ. Ideſt, *Comiter.*
Muliebri ego haudquaquam indui quam stola,
Virnatus ipse & ex virili germine.

Aristippus verò non recusauit, sed indutus purpura saltaturus, hos versus recitauit ex tempore.

Καὶ γὰρ ἐν σώφρων ἐ χεύμασιν
Οὗς ὁ σώφρων ἐ διαθερήσεται. Ideſt,
Nam in Liberi patris sacris
Mens, quæ pudica est, nesciret corrumpier.

49 Dum aliquando Dionysium interpellaret pro amico, nec ille preces admitteret, prostratus cœpit amplecti pedes Regis, & impetrauit. Id factum quum quidam velut abiectius, quòd vt philosophum deceret, reprehenderent: Non ego, inquit, sum in culpa, sed Dionysius, qui aures habet in pedibus. Ingenium iuxtà promptum & ad faciendum & ad excusandum quidlibet.

Preces & lachrymæ.

50 In Asia comprehensus est ab Artapherne Satrapa. Id temporis quum quidam eum interrogaret, num & illic haberet solitam animi fiduciam: Inepte, inquit, quasi vnquam fuerim fidentiori animo, quàm nunc alloquuturus Artaphernem. Nimirum hoc illi præstabat philosophia, ne quem hominem metueret, sed cum omnibus liberè ageret.

Animus metu liber.

51 Eos qui liberalibus imbuti disciplinis philosophiã negligerent, dicebat esse similes procis Penelopes, quòd hi cum Melanthone & Polydora ancillis rem habuerint, & omnia potius se habituros sperauerint, quàm dominæ nuptias. Sensit liberales disciplinas esse vt

Philosophia regina.

lur pedíssequas Philosophiæ moralis, quę cũ primis sit adhibenda, & cuius gratia reliqua discuntur omnia Simile quidam dixisse fertur & Aristo de Vlysse, qui quum descendisset ad inferos, ait illum cum omnibus ferè manibus fuisse collocutum, quum ipsam reginam ne videre quidem potuerit.

52 *Optima primum.* Percontanti, quę potissimùm adolescentibus essent discenda: Quæ viris, inquit, vsui futura sunt. Hoc dictum & alijs ascribitur. Optima statim discenda sunt, nec rudis ętas, q̃ maximè docilis est, superuacaneis est occupãda.

58 *Philosophus dives.* Posteaquam Aristippus magnam pecuniarum vim sibi comparasset, & admiratus Socrates diceret, Vnde tibi tam multa? Vnde, inquit, tibi tam pauca? Non enim minus admirandum arbitrabatur, quòd Socrates tantus philosophus, & qui tantos haberet amicos, pauper esset, quàm quòd ipse dives.

54 *Lepide.* Scorto cuidam dicenti, Sum ex te grauida Aristippe: Ist huc, inquit, nihilo magis scire possis, quàm per densissimas spinas ambulans dicere, Hæc me spina pupugit.

55 *Liberi de generes.* Incusante quodã, q̃ filiũ sic abijceret, negligeretq̃; quasi ex ipso natus non esset: An non, inquit, & pituitã & pediculos è nobis natos velut inutiles procul à nobis abijcimus? nã Sensit eos non habendos pro filijs, qui nihil haberent alicqi quo se parentum affectui cõmendent, nisi q̃ ab ipsis progeniti sint. Ita senex in comœdia. Tantisper te uolo meũ, dum id quod te dignum est facis.

56 *Auaritia non pecuniæ tatum est.* Cùm Aristippus à Dionysio pecunia donatus esset, Plato libris, atque ob id à quodam carperetur quasi ad rem attentior esset quàm Plato: Quid refert? inquit, mihi pecunijs erat opus, Platoni libris: sentiens neutrum

trum aecusandum.

Interrogatus quam ob causam sic ipsum 57
argueret Dionysius, Ob eandem, inquit ob *Veritas* o-
quam ceteri, significans philosophi libertatem omnibus esse molestam, non igitur mirandum si Regi simul illud innuens. Regis iudicium nihil à vulgari differre quòd fortuna non addat sapientiam. *diosa.*

Quondam petijt talentum à Dionysio, 58
quumq̃ Rex redarguendi nactus occasionẽ, *Philoso-*
diceret, Nonne tu prædicabas philosophum *phus nul-*
non egere? Da, inquit, & posteà de hoc disputabimus. Cùm accepisset pecuniam, An non, inquit, rectè dixi philosophum non egere? Non eget qui quum opus est, habet vnde accipiat. *lius eget.*

Dionysio recitanti versiculum ex Sopho- 59
clis tragœdia:

Πρὸς τὸν τύραννον ὅς τις ἐμπορεύεται.
Κεἰν ᾖ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ. ideſt,
Quisquis tyranni ad tecta sese contulit.
Fit seruus illi, liber etsi venerit.

Aristippus correcto posteriore versiculo rñdit
Οὐκ ἔστι δοῦλος ἂν ἐλεύτερος μόλῃ. ideſt,
Haud seruus est si liber illuc venerit.

Significans non esse verum liberũ, nisi cuius *Libertas*
animum spe metuq̃ue liberauit philosophia. *vera.*
Neque enim vere liber est, quisquis ingenuus natus est. Quidam hoc dictum ascribunt Platoni.

Cùm inter Aristippum & Æschinem incidisset simultas, quidam aũt diceret, Vbi nunc illa vestra amicitia? Dormit, inquit, sed eam excitabo. Itaq; simultatem Aristippus com- *Reconcilia*
moda libera q̃; appellatione facilè sustulit. *tio.*
Ne silentio malum, vt solet, incresceret, vltrò adijt Æschinem. Non, inquit, quã primũ

redibimus in gratiam, ac nugari desinemus? An potius expectabimus, vt scurris inter pocula de nobis loquendi materiam præbeamus? Cui quum Æschines respondisset, se lubenti animo rediturum in gratiam: Memento igitur, inquit Aristippus, quòd quum essem natu maior, prior ad te venerim. Tum Æschines, Næ tu profectò vir me longè melior es. Siquidem à me simultatis abs te sarciendæ gratiæ, fuit initium. Hoc pacto redintegrata est inter illos amicitia.

61 *Vera bona animi.*

Quodam tempore cum ciuibus aliquot suis nauigans naufragio eiectus est. Quum in littore vidisset figuras mathematicas in arena depictas: Salua, inquit, res est amici, hominum vestigia conspicio. & ingressus ciuitatem proximam inuestigauit, quinam essent illic disciplinarum studiosi. cum his vbi cõgressus est, summa cum humanitate tractarunt, non ipsum modò, verùm & comites illius, atque et viaticum ad reditum subministrarunt. Tandem quum hi qui cum Aristippo venerant, pararent reditum in patriam, rogarentque illum, ecquid vellet suis ciuibus renunciari: Vt, inquit, studeant sibi huiusmodi parare opes, quæ naufragio non pereunt, sed simul cum possidente enatant.

62 *Liberè.*

Quum Socrates taxaret vnguentis delibutos, & harondas, siue, vt alijs placet, Phedon percontaretur, quis esset ille vnguentis delibutus: Ego, inquit, infelix, & me infelicior Persarum rex. At vide, inquit, vt quemadmodum hac parte nullo cæterorum animalium est superior, ita nec hominum vllo præstantior:

DIOGENES CYNICVS.

Non inconcinnus, vt arbitror, ordo videbitur, si post facetam Socratis sanctimoniam, post hilarem

hilarem Aristippi libertatem, Diogenem Sinopensem commemoremus, qui dictorum omniũgi gratia longè superauit cæteros: quamquam omnes hos tres diuersis quidem virtutibus, ex quo tamen suscipiendos iudico, vt licèt dissimillimi fuerint, a quales tamen fuisse dicas.

1 *Studium sapientiæ.*

Primùm Athenas profectus ad Antisthenẽ se contulit, à quo sæpe repulsus (nullum enim discipulum recipiebat Antisthenes) non destitit tamen hærere: adeò vt quum aliquãdo baculum intentaret Antisthenes, vltrò baculo caput subiecerit, dicens: Cæde si vis: at nullum inuenies baculum tam durum, quo me abs te abigas, dum aliquid dixeris. Insigne exemplũ adamatæ sapientiæ.

2 *Libertas.*

Cùm murem fortè conspiceret in Megarico discurrentem, qui neque cauum quæreret, neque tenebris terreretur, neque cibum appeteret: Bellum, inquit, libertatis exemplum. moxque contemptis omnibus cœpit in dolio habitare.

3 *Facetè.*

Demirantibus q; nullas haberet ædiculas, vbi cibum capere posset, ostendit Iouis porticũ, aitq; Athenienenses ipsi magnificã extruxisse, aulam, vbi vescerer. Quod publicũ erat, sibi quoq; paratum interpretabatur. Neq; potuit optare cœnationem splendidiorem.

4 *Artis suæ est, bilem ac molestiã appellabat, quũ scho perpetua. la Græcis sonet otiũ, & Platonis διατριβὴν. i. nea.*

Euclidis scholã, q; arguta qdẽ, sed ad rectè viuendum inutilia docere videretur, χολὴν, exercitationem κατατριβὴν, id est, contritionem voce deprauata vocabat, quòd à communi vita semotus disputationibus insenesceret, quum Diogenes in publico viuens mallet philosophicè viuere quam disputare.

5 Dionysiaca certamina, quæ Athenis in honoreni Bacchi, magnis impendijs pompaq́ue celebrabantur, appellabat magna ſtultorum miracula, q̃ in his nihil non ridiculũ ageret. *Pompa ineptæ.*

6 Oratores q̃ ſummo in pretio habebant Athenis, dicebat turbæ miniſtros, q̃ ad gratiam loqui cogerentur, ac ſeruiliter adulari ſtolidæ multitudini. Coronas autem dicebat eſſe gloriæ puſtulas, ἐξανθήματα, qualia nonnullis progerminant in naſo vultuq́ue ex bile. *Oratores.*

7 Quoties conſiderabat in hoim vita, ciuitatum gubernatores, medicos, ac philoſophos, dicebat nullum aĩal homine ſapiẽtius. Idem contemplans ſomniorum interpretes, coniectores diuinos, & huius generis cęteros, aut qui gloriæ diuitijsq́; ſeruirent, aiebat ſibi nihil hominẽ videri ſtultius: indicãs hoĩs ingeniũ ad res optimas accommodũ, ſi exerceaẽſin ad vitia degeneret, longe eſſe infra mutas pecudes. *Homo animal ſtultiſſimum.*

8 Dicere ſolitus eſt ſæpius in vita parandum λόγον ἢ βρόχον, id eſt, ſermonẽ q̃ laqueum. Qui deſponderunt animũ, ad laqueum confugiunt, quum ad conſolatorium ſermonem potius ſit confugiendum. Nam animo ægrotãti medicus eſt oratio. Nec abſurdus fuerit ſenſus, ſi λόγον accipias pro ratione. *Nota.*

9 Quũ in opiparo cõuiuio videret Platonem nihil attingentem lautitiarũ, ſed oleis duntaxat veſcentem: Quid accidit, inquit vir ſapientiſſime, vt quum ob huiuſmodi menſas in Siciliam profectus ſis, hic à paratis abſtineas? Ad hæc Plato, At hercle, Diogenes, & in Sicilia huiuſmodi ferè cibo contentus eram. Quid igitur, inquit, Diogenes, neceſſe erat Syracuſas nauigare? An tũ Attica non ferebat oleas? Hoc dictum quidam aſcribunt Ariſtippo. *Philoſophum auliſsus.*

10 Diogenes aliq̃n Platoni occurrit, caricas ędens

ędens eiſque offerens dixit, Licet participẽ eſſe: cũ acceptas ediſſet, Participẽ eſſe dixi, inquit, nõ deuorare, μιτασχεῖν εἶπον ἀλλὰ καταφαγεῖν. *Concęſſit abuti.*

Hic locus ad rem ſeriam poteſt accommodari, videlicet in eos qui principis, præceptoris, aut parentũ permiſſu abutũtur ad in cõceſſa. Veluti ſi quis admonitus non eſſe inutile deguſtare dialecticam, totam vitam ei impẽdat ſtudio. dictum ita referetur à Laertio, vt dubites vter alteri obtulerit caricas.

11 Plato frugalis quidem erat, ſed tamẽ amãs mundiciei, contrà Diogenes ſordidus. Itaque calcans Platonis culcitrã præſentib⁹ aliquot Dionyſij amicis quos Plato inuitarat ad conuiuium, dixit, Calco Platonis, ambitionẽ. Mox Plato, At, quanta ſuperbia tumes ipſe Diogenes, dum alienã ſuperbiã te calcare putas. Hoc ipſum ab aliis narratur lepidius. Diogene dicente, Calco faſtũ Platonis, Calcas, inquit Plato ſed alio faſtu. Nam hoc ipſum faſtus erat, quod iactabat mundiciei contemptum: & qui ſordibus gloriãtur, nõ minus ambitioſi ſunt, quàm qui ſplendidè veſtiuntur, ſed aliter. Turpior eſt autem ambitio ex fuco virtutis laudẽ captans. Fotion tamen hoc non aſcribit Diogeni, ſed Platoni Cynico. *Gloria tenaa.*

12 Diogenes à Platone petierat vini paululũ, tunc, & caricas. Plato miſit lagænam. Cui Cynicus hunc in modum gratias egit, Quũ interrogaris quot ſint duo, & duo, reſpondes, virginti ita nec ſecundum ea quæ rogaris, das: nec ad ea, quę interrogaris, reſpondes. Notauit Platonem vt immodicè loquacem: quod idem in illius ſcriptis notauit Ariſtoteles. *Liberalitas nimia.*

13 Perpontanti in qua parte Grꝛciæ vidiſſet bonos viros: Viros, ait, nuſquam, ſed Lacedæmone vidi pueros. Notans totius Grꝛciæ corru- *Pauci bonini.*

corruptissimos mores, adeò vt apud Lacedæmonios, gentem incorruptissimam, tantùm in pueris resideret prisca integritas. Simul illud innuit, in reliqua Græcia ne pueros quidem esse bonos: tum & illud, viros esse pueris deteriores, quum ab his oporteat pueros ad probitatem institui.

14 *Τροπὴ ἐς ridicula præferuntur saluta tribus.*

Quum aliquando de re seria disserens, nullum haberet auscultatorẽ attẽdentẽ, cepit ineptam cautionẽ canere veluti saltaturis. Vbi iã plurimi concurrissent, obiurgauit illos, q̃ ad stulta & ineepta frequentes & alacres accurrerent: ad seria verò & bene ad viuendũ vtilia, nec alacriter conuenirent, nec diligenter auscultarent. Huic simillimum est, quod Demosthenem quidam aferibunt de vnibria asini.

15 *Cura præpostera studia.*

Reprehendebat homines, q̃ lucta, calcitrando, aliisq̃ his similibus semet exercerent, vt periti euadant: nullos autem in hoc incumbere, vt probi & honesti euaderent.

16 *Præpostera studia.*

A nullo deniq; horum genere linguę dicacitatẽ tpabat. Grãmaticos aiebat se demirari, qui tanto studio mala Vlyssis pquirerent, sua ipsorũ mala ignorarẽt. Olim Grammatici potissimũ versabant in Homeri rhapsodijs: at in Odyssea cõmemorat varios Vlyssis errores. Musicos itẽ accusabat q̃ in cithara diligẽter aptarent chordas ad cõcẽtus, mores hẽrẽt inconcinnos. Reprehendebat & Mathematicos, q̃ Solẽ, Lunã, ac stellas intuerentur, nõ videntes ea, q̃ essent, ante pedes. Oratores carpebat, q̃ studerent iusta dicere, sed eadem facere negligerent. Auaros obiurgabat, q̃ pecuniam verbis vituperarent quũ eã animo plurimi facerent. Est n. hoc auaris pecuniare, quòd nulli magis detestantur auaritiam, quàm ipsi.

17 Taxabat hominũ vulgus, q̃ bonos viros hoc nomine

nomine laudarent, quia pecunias contemnerent, nec interim imitarentur, quos laudibus extollerent vehementer, sed pecuniosos magis sequerentur, quos vituperabant. Destomachabatur in eos, qui pro bona valetudine sacrificarent & in ipso sacro epulis immodicis semet ingurgitantes, facerent bonæ valetudini cõtraria. Diceret se mirari seruos, qui quũ viderent dominos plus æquo voraces, non illis eriperent cibos. Nam hoc esset dominorum valetudini consulere, & seruis magis conuenit edacitas.

Hactenus dictũ est, quos quibus nominibus reprehenderit, nunc audi, quos laudarit. Probabat eos, qui uxores ducturi non ducerent: q̃ nauigaturi non nauigarent, qui pueros alituri non alerent, qui ad remp. accessuri non accederent, qui se ad conuiuendum præpotentib⁹ componerent, nec tamen accederent significans ab his omnibus abstinendum, eosq̃ prudentes videri, qui ad ea solicitati, tempestiuè vertissent sententiam, q̃ semel agressis nõ sit integrum mutare consilium, etiam si pœniteant instituti. Qui duxit vxorem, iam sui iuris non est, qui se mari commisit, ventorum arbitrio feratur oportet: qui semel accessit ad rempublicam, scenæ seruiat oportet, & vt cupiat, tutum non est ad priuatam redire vitã.

18 *Quæ in uita fugienda.*

Illi tribuitur & hoc ænigma, manus non esse porrigendas amicis complicatis digitis: inuenis non satis esse, si comites nõ præbeamus amicis, sed comitati comitem adiungendam benignitatem. Qui comiter tractant amicos, dicuntur δεξιοῦσθαι, quasi dicas dextrare.

19 *Benignitas.*

Quum captus venderetur in Creta, præconi roganti, quid sciret: & quo titulo eum commendaret emptori: Die, inquit, te vendere

20

homi-

Educatio iugulis.

hoiem, q̃ sciat imperare liberis Quidam Xeniades Corinthius admiratus præconij nouitatem, adijt Diogenem percontans num sciret, quod profiteretur: vbi ex sermone hominis competit esse sapientem ac doctũ, mercatus duxit domum, eiq; suos liberos erudiendos tradidit: quos ille susceptos liberaliter instituit, primũq; tradidit artes liberales, mox docuit equitare, arcũ tendere, fundã rotare, iaculari telum, In palæstra verò non permittebat, vt pædotriba illos grauioribus laboribus in morte athletarum exerceret, sed hactenus quantum ad ruborem, bonamq; corporis valetudinem conduceret. Curauit vt ex poetis, aliisq; scriptoribus optima quæq; ediscerent, q̃ ea modo verè scimus, quæ memoria tenemus: breuiter totius doctrinę summam illis redegit in compendium, quò & citius perciperent, & fidelius memoria complecterentur. Eosdem instituit domi ministrare parẽtibus, cibo lecto, viliq;, & aquæ potu contentos esse: quumq; cęteri cęsariem alant ad formæ cõmendationem, ille iussit illos radere comam: & si quãdo prodeundũ esset ĩ publicũ, scõptos producebat absq; tunicis, incalceatos, ac tacitos. Quin & ad venatum illos instituebat, Lacedæmonios imitatus. His rebus factum est, vt à pueris obseruaretur, perque illos parenti cõmendaretur. Alij narrant præconẽ. Diogenis iussu ita prędicasse: est ne quispiam, qui velit emere dominum.

81 Quum sederet in auctione, vetitus est sedere, ac iussus est stare ob id opinor, vt facilius inspiceret emptor quid emeret. At Diogenes: Quid, inquit, refert, quando pisces quocunque modo iaceant emuntur: notans vulgi stultitiam, qui emptori seruum caueas, ne quod cor-

corporis vitium fallat, nec simili cautione exploránt mentis habitum. Is autem deprehenditur ex oratione.

Aiebat sibi videri mirũ q̃ quũ oilã aut op- 82
culum nõ emerent homines, nisi pulsu ac tinnitu exploratũ, in emendo hoíe solo aspectu essent contenti: significans hoíem nulla ex re melius cognosci, q̃ ex oratione. Vt igitur, qui vas fictile teruncio parãt emere, digito pulsant atq; ex tinnitu reddito dignoscunt, sit ne integrum, probæ argillæ, ac bene coctũ: ita priusquam minis aliquot emant hominem, oportebat ad dicendum prouocare, atq; ex oratione deprehendere qualis sit. Eodem pertinet dictum superius piscis mutus est, nec refert quò iaceat, quum nihil aliud sit quàm piscis: ita non refert quo corporis habitu emas hominem, si silentem emas.

Xeniadæ, à quo fuerat emptus, dicebat, Mi- 83
hi licèt seruo obtemperes necesse est, propterea quòd qui nauclerum aut medicum habet seruum, ei tamen parere cogitur, si velit ex eo capere utilitatem. *Seruo prudenti obtẽperandum.*

Apud hunc Xeniadem fertur consenuisse, 84
& à suis discipulis sepultus esse. Rogatus à Xeniade, quò sepeliri vellet, In faciem, inquit. Percontanti cãm: Quia, inquit, paulò post futurum est, vt inferiora fiant superiora: hoc alludens, q̃ id temporis Macedones rerum potirentur, atque ex humilibus fierent excelsi: quòd si inuerterentur omnia, fore vt cadauer etiam ex prono fieret supinum. Fortassis illud sensit, nihil referre quo statu corpus exanime sepeliatur, qua in re magna erat vulgi superstitio: porrectis in portam pedibus efferebantur, stantes cremabantur, & hodie stantes, vt audio sepeliuntur Iudæi, *Sepulturæ*

dæi, certe supini sepeliunt oës Christiani.

25 In foro quondam stans clamabat, Adeste homines, veluti concionaturus apud populũ: quumq; iam frequentes conuenissent, nec ille desineret clamare, Adeste homines, quidam indignati, En adsumus, dic aliquid. Tum Diogenes baculo illos abigens, Homines, inquit, adesse iussi, non stercilinia. Non putauit hominis cognomen competere in eos, qui non viuerent iuxta rationem, sed brutorum in morem agerentur affectibus.

Homines pecudũ similes.

26 Alexander Magnus quum esset Corinthi, adijt Diogenem pro dolio sedentem, cumq; eo multa collocutus est: à quo digressus: indignantibus amicis, q̃ Rex illi cani tantum habuisset honoris qui tanto Principi nec assurgere dignaretur. Imò, inquit, ni Alexander essem, Diogenes esse vellem. Adeò demiratus est animum illum liberum, ac rebus humanis omnibus superiorem, vt nihil regno similius esse iudicaret Præcipua Regum felicitas est quòd nulli seruiunt: sed quicquid volunt, facile efficiunt, tum quòd nullius egeant: atqui hoc ipsum homini præstat philosophia multò verius, quàm regnum monarchis. Quanquàm Alexandrum esse, Alexander maius quiddam existimabat quàm regem esse.

27 Negabat illos debiles ac mancos appellandos, qui surdi essent, aut cæci, sed qui peram non haberent. Lusit autem affinitate vocum: Nam ἀνάπηρος Græcis dicitur mancus, aut mutilus, ἄπηρος qui pera caret: innuens, opinor, hominem ad omnem vitæ functionem inutilem esse, qui expers sit philosophiæ. Pera enim Cynicorum penus erat.

Philosophia.

28 Ingressus aliquando iuuenum conuiuium capite semitonso, non solũ non comiter excep-

ptus est, sed multis plagis onustus dimissus est. Quos ille hac ratione est vltus: Nomina iuuenum à quibus fuerat cæsus, albo inscripsit, itaque obambulabat soluto pallio: plagarum notæ quebantur quid esset passus, & album prodebat autores. Hoc pacto iuuenes inhumanos omnibus obiurgandos ac reprehendendos exposuit.

Vindicta ciuilis.

29 Quoniam Cynicus erat, canis dictus est, & hoc vitæ genus à multis laudabatur, nemo tamen imitabatur. Itaque dicere solitus est, se canem esse laudantium, sed laudatorum neminem cum laudato cane audere venatũ ire.

Virtus laudata tantum.

30 Iactante se quopiam ac dicente, Viros supero in Pythijs, Equidem, inquit, viros, tu verò mancipia. Lusit rursus affinitate vocum, quæ est inter ἄνδρας & ἀνδράποδα. Mancipia autem appellabat quicunque seruirent cupiditatibus. Has philosophia vincere pulchrius est quàm in Pythijs ludis vincere viros.

Serui veri.

31 Cuidam admonenti, vt iam senex quiesceret à laboribus. Quid, inquit, si in stadio curterem, vtrum oporteret iam metæ vicinum cursum remittere, an magis intendere? Rectè sensit virtutis studium hoc magis intendendum, quo minus superest vitæ, quòd turpe sit tum ab honesto instituto refrigescere.

Intendendum bonestis studium

32 Aliquando vocatus ad cœnam, negauit se venturũ. Rogãti causam, Q̃n, inquit, heri mihi non sunt ædes gratiæ. Vulgus hominum postulat sibi veluti pro magno beneficio gratias agi, si quem admiserint ad conuiuiũ. At Diogenes licèt pauper, existimabat sibi deberi gratiam, q̃ non grauaretur interesse conuiuio, quandoquidem iret à symbolus, sed lautius philosophiæ sermonibus pasceret conuiuatoris & cõuiuarum animos quàm ille corpus epulis.

De-

33 Demosthenem aliquando in publico diuersorio prandentem deprehendit, quumq; ille conspecto Diogene sese subduceret, Tanto magis, inquit, in diuersorio futurus es. significás hoc illum magis fore conuiua cum fabulam, quòd non solum ibi versaretur, sed etiam tanquam in re nefaria deprehensus sese subduxisset. Hoc enim memorabilius, quam quòd illic potaret. Alij narrant hoc cuidam adolescenti dictum. Is potuit & Demosthenes esse: simplicior autem sensus est, vt accipiamus adolescentulum admonitum, ne intrò fugeret, sed foras. Nam quò interius sese abdebat in popinam, hòc magis erat in popina.

34 Hospitibus quibusdam celebrem illum Demosthenem videre cupientibus, porrecto medio digito, hic est, inquit ille Demosthenes Athenien-sium orator. Digitus pollici proximus index dicitur, quòd hunc intendentes solemus aliquid commonstrare. Digitus autem medius apud priscos infamis habebatur, ob causam hic non referendam. Porrò Demosthenes vulgò malè audiebat, quasi parum vir esset. Id significans Diogenes maluit illum medio quàm indice demonstrare.

Hic est ille

35 Cuidam exciderat panis, eumq; reliquit, quòd puderet recipere. Hunc castigare volens Diogenes iniecto fune collo traxit vreum per ceramicum, hoc faciens in populo, quod ille in pane facere erubescebat.

Pudor inutilis.

36 Cum multis videretur immodicè philosophus, respondit sese imitari chori magistros, qui tonũ legitimũ excedere solét, vt alij congruũ arriperét. Quod. n. excedit modũ, tametsi vitiosum est, tamen ad excitandam aliorũ socordiã conducibile est. Ita pa. lũ ac dolium Diogenis, diuitibus suas delitias exprobrabãt.

Exempla insignia.

Dice-

Dicebat plurimos insanire præter digitum. Num si quis assiduè medium digitum intendat vice indicis, vulgò habetur insanus: siquis indicem, sanus videtur: At plurimi sunt homines, qui grauius insaniunt in rebus seriis, quàm si digitum pro digito porrigant, & tamen hi vulgo non habentur insani. Quemadmodum & hodie, parentes in liberis pro graui peccato castigant, si læua pro dextra vtantur. Atqui non itidem castigant eos, quum turpia pro honestis eligunt.

37 *Insania gerere.*

Taxabat & in hoc hominũ insaniam, qui res pretiosas minimo emerent, venderentq; vilissimas Plurimo. Statuam enim tribus nummum milib. emi, quum farinæ chœnix duobus æreis veniret. At statua nihil opus ad vitam, sine farina viuere non licet. Cõueniebat igitur farinam multo statuis esse charioren, Philosophus precia rerum æstimabat v su naturali, vulgus æstimabat stulta persuasione.

38 *Aestimatio præposterа.*

Quod suprà retulimus de Xeniade, quidã ita narrant: Quum esset emptus Diogenes proinde quasi ipse Xeniadẽ emisset, dixit illi: Vt de vt iussis meis pareas: quumq; ille diceret, ἄνω ποταμῶν, significans rem præposterè agi, si seruus imperet hero: Si medicũ, inquit Diogenes, emisses ægrot. non illi præscribenti obtemperares, an diceres ἄνω ποταμῶν? Si herus corpore malè affectus auscultat seruo rei medicæ pito, multò magis decet animo egrũ auscultare seruo philosophiæ perito: quod. n. ars medica præstat corpori, hoc philosophia præstat animo. Illa medetur febri, hæc prauis cupiditatibus. Quantò autem animus præstat corpori, hoc illius morbi sunt quàm huius grauiores: Laertius addit, quum à præcone rogaretur, quo titulo vellet præ-

39 *Seruus prudentior hero.*

O dica-

dicari, isque respondisset, se scire imperare liberis, vbi vidisset prætereuntem quendã bene cultum, Huic, inquit, me vende: nã is eget dño.

40 *Pudor inutilis.* Cuidã ambienti à Diogene in philosophiæ disciplinam recipi, admisso exolorandi gratia pernam in via ferendam dedit, seque iussit sequi. Ille præ pudore, abiecto quod gestabat furrim subduxit. Aliquanto post, forte fortuna illi factus obuius, ridens: Tuam, inquit, ac meam amicitiam perna diremit: indicãs illũ non esse idoneum philosophiæ discipulum, qui stultum pudorem non posset cõtemnere. Neque enim turpe est gestare pernam; sed ab honesto recedere, turpe est Diocles hoc ipsum paulò secus narrat. Quum quidam ambiens esse Diogenis discipulus, dixisset illi, Impera mihi, Diogenes, admisso in famulitium caseĩ frustum portandum dedit. Id quum ille ob pudorem recusaret: Nostrã, inquit Diogenes, amicitiam paululum casei diremit.

41 *Frugalitas.* Quũ aliquãdo vidisset puerũ caua manu bibentem, Hic puer, inquit, me frugalitate superat, qui supellectilem superfluam mecum circunferam: & eductum è pera poculum ligneũ abiecit: Nesciebam, inquiens, & in hoc nobis prouidisse naturã. Quũ alterũ puerũ vidisset vasculo fracto, cauo panis excipere lenticulã, abiecit & catinum ligneum, vt superuacaneũ. Hæc patiar v deri ridicula, modò fateamur, immodicum simplicitatis exemplum in hoc vtile, vt nos nostri luxus pudeat.

42 *Sapientes dii.* Sapienti mihi dedisse colligebat hoc syllogismo, Deorum omnia sunt, Deorum autem amici sunt sapientes, & amicorum communia sunt omnia; sapientũ igitur sunt omnia. Sed eodem syllogismo reiici poterat petẽs aliquid, Quur petis, habens omnia?

Quum

Quum vidisset fœminã diis procũbẽtẽ, ita 43
euruato corpore, vt à tergo quędã apparerent, *Decorum* quæ nudari non decet oculis hominum, adiit *vbique.* illam dicens: Non veteris, mulier ne stante post tergum tuum Deo: nam illius plena sunt omnia: parum decenter tegeras? Æsculapio percussorem cõsecrasse dicitur, qui accurrens procidentes in faciem contereret.

Solitus est ioco dicere, sibi tragicas execra- 44
tiones occurrisse, quod esset, Ἄνιστος ἀπο- *Paupertas tragica.*
λις ἄπατρις ατοπος, ἀλήτης καὶ ἡμερόβιος. Idest, Domo, ciuitate, patriaque carens, pauper & erro: Alludens ad locum aliquem è tragœdiis.

Quin & illud dixisse fertur, quod fortunæ 45
opponeret animi fiduciam, legi naturam, affectibus rationem, eò quòd his tribus pararur *Philosophi vita.* ac seruatur hominũ tranquillitas. Aduersus fortunæ procellas tuetur sapientem animus impauidus: naturam prolege sequitur, cui si repugnet lex, contemnit eam. Porrò cupiditatũ tumultus ratione compescit.

Quum Alexander Magnus inuiseret Dio- 46
genem, reperit, eũ in cranio sedentẽ pro dolio, ac laceras schedas glutino cõmittentẽ posteaquam Rex multa cum illo colloquutus pararet abire, diceretque, Cogita Diogenes, quid à me velis petere: nam quicquid optaris, feres: Mox, inquit, de alijs, interim secede paulisper. Cum Rex secessisset, putans illum velle deliberare, diutius silentũ repetit, Pete quod uis Diogenes. Hoc, inquit, volebam: nam prius arcebas mihi Solem, ad id quod ago necessariũ. Alij narrant il'um dixisse, Ne mihi feceris vmbram, quod vellet apricari.

Memoratur & illud. Alexandrum ita fuisse 47
loquutum, adsum ò Diogenes tibi subuen-

Philosophus paucis eget.

turus, quandoquidem video te multis egentē: cui Diogenes, Vter nostrum pluribus eget: ego qui vltra peram & pallium nihil desydero: an tu qui non contentus patrio regno, tot periculis temet obicis, vt latius imperes, adeò vt vix totus Orbis tuæ cupiditati videatur satis futurus:

Lepidè.

48 Quodam tempore, quum diutissimè legens tandem eò venisset, vt videret chartam vacuā: Bono inquit, animo estote viri, terram videō. Alludens ad longa nauigatione fessos, qui recreantur animo quum ipsis procul apparet portus.

Argutia friuola.

49 Cuidam sophisticis argumētationibus colligenti, quòd Diogenes haberet cornua, frontem ac tempora manu contrectans: Atqui, inquit, ego non video. Irridere maluit friuolum enthymema, quàm soluere.

50 Quum Zenon in scholis differens acutissimis rationibus probaret nullum esse motum, nec esse posse, Diogenes surgens cæpit inambulare. Id admiratus Zenon. Quid, inquit, agis Diogenes? Confuto, inquit, tuas rationes. Taxans interim inanem ingenij ostentationem.

Argutia friuola.

51 Sophista quidam volens apud Diogenem ostentare acumen ingenij, hunc in modum ratiocinatus est. Quòd ego sum, tu nō es. Cùm annuisset Diogenes: Ego, inquit, sum hō, igitur tu non es homo. Tum Diogenes. A me inquit, incipe, & rectè collegeris. Non dignatus est aperire, quid haberet vitij ratiocinatio, sed maluit irridere de tam friuolis nugis tibi placentem. Si sic sumpsisset, tu es homo, sequebatur sophistam non esse hominem.

Ignota loquio.

52 Cuidā ad ostentationem ingenij multa de rebus cœlestibus differenti: Quam nuper inquit, de

cælo venisti? Socratem in hoc retulit, cuius est illud, Quæ supra nos, nihil ad nos.

Eunuchus quispiam contaminatæ famæ in scripserat ædibus suis μηδὲν εἰσίτω κακόν, ne quid ingrediatur mali. Id videns Diogenes? Ædium, inquit, dominus, qua ingredietur? Eunuchus boni ō nuis grātia posserat titulum, ne quid infelicitatis attingeret domum. Id Diogenes detorsit ad mala animi, quæ sola verè mala sunt. 53 *Mala vequid ingrediatur.*

Nactus vnguentum eo pedes inunxit præter morem publicum. Id demirantibus dixit. Quū vnguentum capiti infusum exhalatur ī aerē, à pedibus autē ascēdit ad nares. Similiter alī reprehendit publicam consuetudinem, qua coronas capiti imponunt, quum magis conueniat infra nares ponere, quòd fragrantiæ vapor non tam descendat, quàm ascendat. 54 *Ridiculū.*

Athenienses hortabantur Diogenem, vt mysteriis initiaretur, addentes quòd initiati apud inferos principatum tenerent. Ad quæ Diogenes: Perquàm ridiculum est, inquit, si Agesilaus & Epaminondas in cœno degunt, & Patetion fur ac vilissimi quique homines, quòd initiati sint, in beatorum insulis erunt. 55 *Imitari nō est satis.*

Cùm primùm cœpisset philosophari, quū in dolio sicco mucidoque pane vescens solus, auditet totam vrbem festiuantem, erat enim dies festus, sensit animo nonnihil tædij, diuque secum de relinquendo vitę instituto cogitauit. Sed quum tandem mures videret ad, repentes panisque micas edere: Quid tibi displices, inqt. ò Diogenes, sat magnificus es ecce etiam parasitos alis. 56 *Lepidè.*

Platoni ipsum ob vitę sordes canem appellanti: Sanè, inquit: nam ad eos qui me vendiderāt recurri. Solent enim canes si vendant, ad 57 *Satis commitium.*

vteres dominos recurrere: Non offensus est cõuitio, sed commodè interpratus est. quũ Æginam nauigans, interceptus est à piratis, atque in Cretam perductus, ibique uenditus. Eos piratas puto fuisse Corinthios aut Athenienses, aut certè Æginetas.

51 *Homines non homines.* Quum è balneis redeuntem quidam rogassent, num illic esset multum hominum, negauit esse. Rursus percontatus, an illic esset multa turba, annuit: significans hominis uocabulum in paucos competere.

59 *Ridiculum* Narratur & illud vix credibile: Plato sic de finierat hominem: Homo est animal bipes absque pẽnis. Ei definitioni quũ discipuli Platonis applauderent, Diogenes gallum gallinaceum pennis ac plumis nudatum produxit in scholam. En, inquiens, hic est homo Platonis. Itaque definitioni adiectũ est, latis vnguibus, quòd aues eiusmodi non habent.

60 *Festiuum.* Percontãti qua quis hora prãdere debeat: Si dies est, inquit, quũ vult: si paup, quũ potest.

61 *Educatio.* Apud Megarenses quum videret arietes pelibus tectos aduersus frigoris iniuriam, ipsorũ autem filios nudos; Satius est, inquit, Megarẽsis esse arietem quàm filium. Traditum est de Megrarensibus, quòd indiligenter habent filios suos.

62 *Seramonitio.* Quidam in publico gestans longã trabẽ, q̃ imprudentiam percusserat Diogenem, moxq; ex more dixit, Caue. At Diogenes: Nũ, inquit, me vis iterum percutere? Alij sic narrant: Dicenti Caue? baculum impegit in caput, & post ictum adiecit, Caue: par pari referens. Nã ante

63 *Homo raruũ inuentu.* lxsionem dicendum erat, Caue. Quodam tempore lucernam accensam gestans obambulabat in foro clarissima luce, quærenti, similis: Rogantibus quid ageret: Homi-

Hominem, inquit, quæro: notans publicos ciuitatis mores, uix homine dignos.

Cùm aliqñ perfusus esset aqua, staretq̃ toto distillans corpore, circunstantes aliquot, vt fit, comiserabantur hominẽ indigna passum. Quibus Plato, nã & is fortè tũ aderat: Si vultis, inquit, cõmiserari Diogenem, abite: notãs in philosopho gloriæ cupiditatem. Hoc igitur spectaculo qm̃ delectabatur, felix erat potius quàm miserandus: at si nullo teste perfusus fuisset, tum verè fuisset miserabilis. 64 *Gloria.*

Colaphum impingenti: Profectò, inquit, ne sciebam me capite galeato ambulare. Ludens manum pronam galeam dixit. Nec aliter vltus est percussorẽ. Nisi fortè legendum est. Nesciebam capite galea tecto incedendum esse. 65 *Moderatè.*

At non eadem patientia tulit Midiam, qui impacto illi colapho dixerat, Tria millia tibi in mensa sunt posita: per ludibrium illi gratulans, quòd pro colapho tantum nummorum ex mulcta ad ipsum esset redituru, si lege ageret. At Diogenes postridie sumpto pugilum loro, eoq̃ impacto Midiæ totidem verbis dixit, Tria milia tibi in mensa sunt posita. A. Gellus narrat de quodam, qui pro delectamento habebat manu depalmare homines, moxq̃ è crumena, quam in hoc circunferebat, iussit numerari mulctam. At Diogenes declarauit non omnes esse ea patientia, vt mulcta contenti sint. 66 *Par pari.*

Philosophi vulgò hoc nomine malè audiebant, q̃ Deos aut non crederent esse, aut contẽnerent. Hoc innuens Lysias interrogabat Diogenẽ, crederet ne esse Deos. Cui Diogenes: Qui conuenit, inquit, vt non credam, quum persuasum habeam, te Dijs inuisum esse? Hoc dictum quidam attribuunt Theodoro. Non 67 *Salsè.*

respondit ad quæstionem, sed in cõtumelioſe interrogantem retorſit ſermonem.

68 *Superſtitio.* Conſpicatus quendam ſe religionis cauſa aſpergentem aquis fluuialibus: Nam hoc ritu priſci ſolent purificari, ſi quid piaculi cõmiſſum crederent: Infelix, inquit, quum erras in Grammatica, non abſolueris aſperſus: multò minus aſpio te liberabit à vitę criminibus

69 *Vita ſtulta.* Eos ſum nopere reprehẽdebat, qui ſi quid ſecus euenſſet, fortunam incuſarent, id quod vulgus hominum ſolet dicens, ipſos homines potius incuſan dos, qui poſtularent à fortuna, non quę verè bona eſſent, ſed quę ipſis bona viderentur. Nam ſi permitterent Diis, quę ipſi iudicant optima, dare, darent, nunc acceptis his quę flagitarunt, impudenter incauſant Deos.

70 *Voluptas.* Superſtitionem hominum qui in ſomniis terrentur, hoc pacto deridebat: Quæ vigilantes, inquit, agitis, ea non curatis: quæ verò dormientes ſomniatis, ſolicitè perquiritis. Ad felicitatem enim aut infelicitatem hominis nõ tam refert, quid patiatur in ſomnis, quã quid agat vigilans. Ibi quoties aliquid turpe cõmittit, oportebat metuere Deorum iram, ac triſtè euentum, non ſi quid dormiẽtibus ſit viſum

71 *Victoria pulchra.* In Olympiis prędicẽ ita pronunciãte, Doxippus viros vicit: correxit Diogenes: Hic iquiens mancipia, ſed ego viros: ſignificans eos, qui certarent Olympia, non eſſe viros, ſed gloriæ mancipia. Solus philoſophus vincit viros. Simile huic eſt, quod ſupra retulimus.

72 *Ambitio.* Cùm Philippus exercitum haberet apud Cheroniam, venit eò Diogenes, & comprehenſus à militibus deductus eſt ad Regem: qui cõſpecto Diogene ignoto iratus exclamauit, Explorator. Cui Diogenes; Prorſus, inquit, explo-

explorator. nam huc veni inſpecturus inſaniam tuam, qui non contentus regno Macedonum, aliena captans temet in diſcrimen conijcis, ne & regno & vita prıueris. Rex admiratus hominis libertatem, iuſſit illum abire liberum.

Alexander Macedonum rex miſerat epiſtolam ad Antipatrũ, per quẽdam noſe Athliã: quum id temporis fortè adeſſet Diogenes qui Cynico more dixit, Athlius ab Athlio per Athliam ad Athlium. Porrò Athlius Græcè miſerum ſonat, multisque laboribus afflictum, vnde & athletis nomen. Senſit philoſophus principes ob ambitionem aſſiduis bellis tumultuantes verè miſeros eſſe: æquè miſeros qui illorum cupiditatibus inſeruirent. 73

Inuitatus ut ad Alexandrũ veniret recuſauit: at Perdicę prefecto minitanti necẽ ni veniret: Nil, inquit, magni feceris, ſiquidẽ & cãtharis & phalangiũ idẽ poſſunt. Cantharis pti ſillum eſt inſectum non diſſimile ſcarabeo, ſed pręſentaneũ habens venenum: phalangiũ aranei genus eſt nocentiſſimum. Nec dubitauit viciſſim minitari Perdicæ, ſe feliciter victurum, ſi ſine illo viueret: indicans infelices eſſe, qui cum Perdica viuerent. 74 *Liberè*

Aiebat faciles eſſe Deos ad donandã hominibus vitam, cęterum hanc ignorari ab his, q quæruntur dulcioria, vnguenta, aliasq; hoc genus delicias. His enim, qui fruuntur, credũt ſe viuere, quum veram vitam tranquillam, ac ſuauẽ ſola præſtet ſapientia. Non igitur Dij ſunt incuſandi, ſed homines, qui per ſtultitiam nõ poſtulant ab illis vitam, ſed voluptates. 75

Conſpiciens delicatum quendam à ſeruo calceari: Nondum, inquit, ſat beatus es, niſi 76 *Delicię.* ve otiam abſtergeat; id erit, ſi mancus fueris.

Viſum

Visum est Diogeni non multo minus absurdum in calceata abuti opera famuli, si quis ipse sibi hoc præstare valeat, quàm si post exonerata alium adhibeat famulum abstergêdo podici. Quamquam intelligi potest & de abstergendo naso. Philosopho ethnico prodigiosæ delitiæ uidebantur, ethnicum calceari à famulo.

77 Conspicatus duci quendam, qui phialâ ex ærario furatus sustulerat: ducebatur autem à magistratib⁹, quos illi ἐπρομνήμονας appellãt. Magni, inquit, Diogenes, fures paruũ ducunt.

78 Videns adolescentem lapides iacêtẽ in crucem, Euge, inquit, scopum attinges. Innuens fore, ut aliquando in crucem ageretur. *Salsè.*

79 Cùm adolescentuli circunstantes Diogenẽ acclamassent, Canis, canis, ac mox territi fugere cœpissent, rogantique quur fugerent, dixissent, ne mordeas nos canis: Bono, inquit, animo sitis filioli, canis non edit betulam. Tectè illis exprobrans molliciem. *Salsè.*

80 Cuidã sibi placẽti, quòd Leonis, exuuio tect⁹ incederet. Non tu desines, inquit, virtutis stragulas pudefacere? Indecorum esse cẽsuit ꝙ hõ mollis Herculis amictum sibi vindicaret. *Hypocrisis.*

81 Prædicantibus beatum Callisthenem philosophum, quòd apud Alexandrum apparatu splendido exciperetur: Imò, inquit, infelix est quòd illi prandendum, cœnandumque sit, cùm Alexandro visum fuerit: sentiens nihil esse beatum, si absit libertas: Hic est Callisthenes Aristotelis discipulus, quem Alexander tandem cõiecit in carcerem, vbi & periit. Quidam pro Callisthene supponũt ipsũ Aristotelẽ, cui⁹ felicitatẽ pdicantibus, ꝙ cũ Regis filio viueret: Aristoteles, inquit, prandet quum vult Alexander, Diogenes cum vult Diogenes.

Si

Si quando egebat pecuniis, eas ab amicis ac cipiebat: at suggillantibus eum, ꝙ pter philosophi dignitatẽ peteret: quod esset medicorũ: Imò, inquit, non peto, sed repeto, οὐκ αὐτῶ, ἀλλ' ἀπαιτῶ. Repetimus n mutuũ, aut depositum. Amicus aũt egẽti amico dans nõ donat, sed reddit qd debebat. Quisquis n in tali casu pecuniam seruat, rem alienam detinet. 82 *Benignitas*

Quum adolescens quidã comptior Diogeni propositisset quæstiunculam: Non tibi prius, inqt, respõsurus sum, q̃ sublatis vestibus ostenderis vtrum masculus sis, an fœmina. Ex cultu parum virili notauit illius molliciem. 83 *Mollities.*

Alteri cuidam adolescẽti, lusum quendam amatorium eleganter in balneis exhibenti, quod Græci vocãt κοττα βίζειν, Diogenes quo melius, inquit, hoc deterius Damnans impro batam artẽ, qualis est & alea, cuius quo quisq; est artifex melior, hoc vir est deterior. 84 *Ars inhonesta.*

Quum Diogenes adesset conuiuio, qui accumbebant appellantes illum canem. ossa illi proiiciebant, quòd id canibus fieri consueuit: at ille discedens à tergo commingebat accumbentes: significans & hoc esse canum. 85 *Canini mores.*

Oratores ac cæteros oĩa ad gloriã facientes appellabat τρισανθρώπους. Ter homines dicto, Nã vt vulg⁹ hoiem esse negat, q nec doctus, nec human⁹: ita philosoph⁹ hoiem vocabat miserũ, qui nihil haberet supra hominem. Siquidem, iuxta Homerũ nullũ, animal homine miserius. Proinde ter homines dixit, ter miseros, qui sua studia omnia conferrent ad rem ignauissimam, ac populari multitudini, multorũ capitũ belluæ seruirẽt seruitutẽ. 86 *Ter homines.*

Diuitem quendã indoctum, sed splendidè vestitum χρυσόμαλον appellabat, hoc est, auré aureo vellere. Nam tales fuisse proditum est 87

à poe-

à poetis: qui minimum valerent ingenio, quibus moribus etiam proueribio dicebantur.

88 *Præfusio.* Prætetiens prodigi cuiusdam ædes inscriptionem habentes, venales: Facilè, inquit, diuinabam fore vt præ immodica crapula domum euomeres. Iam enim domū absumpserat, antè quàm venalē proscriberet. Vomitus igitur erat ille verius quàm venditio.

89 *Dolor assimulatus.* Adolescenti conquerenti, quòd à multis perturbaretur. Desine, inquit, tu & perturbationis indicia præ te ferre: significans nulla re melius improbitatem lædentium finiri, quàm si qui læditur, dolorem dissimuler. Etenim & ob id incessiunt hominem, vt illum discrutiēt, desinent, si viderint illum nihil commoueri. Et Græcis suspicor alium esse sensum: Quum enim adolescens quereretur sibi turbāri esse molestam, παῦσι γάρ inquit, καὶ συχὰ δεῖ γματα τοῦ πασχητιῶντος περιφέρειν. id est, At desine tu quoque signa mollis & effœminati circunferre.

90 *Salsè.* Citharœdum imperitum obesoque corpore & ab omnibus vituperatum, solus Diogenes laudabat. Demirantibus quā ob rē id faceret? Laudo, iquit, q̄ quū talis sit, maluerit se citharœ q̄ latrocinijs exercere: significās illū corpore validū, ingenio rudem latrocinijs a priore esse quàm musicæ: locus est ab inexpectato.

91 *Salsè.* Alterum citharœdum, qui quoties caneret, ab auditoribus deserebatur, obuiū ita salutabat, Salue galle. Quū ille offensus salutationis nomine diceret. Quid ita? Quoniam, inquit, cantu tuo excitas omnes. Iocum captauit ex ambiguitate verbi Græci: ἀνεγείρειν enim dicitur & qui excitat dormientem, quod solent galli gallinacei malè canentes: & qui sedentē excitat vt surgat, quod ille solet.

Cùm

Cùm adolescentem quendam insigni forma plurimi intuerentur. Diogenes incuruato corpore sinum lupinis implebat. At hoc spectaculum conuertis omnium oculis, aiebat mirari se, quur adolescentulo dimisso, sese intuerentur: obiter notans illorum intēperiē. 92

Cuidam vehementer superstitioso, ac lemurum, laruarumque terroribus obnoxio, neccē ipsum minanti: dicentique, Vnico ictu tibi perfringam caput: At ego, inquit, si id feceris, tibi sinister astans vt contremiscas, efficiam: Significans se mortuum etiam illum terrere posse, à quo viuus contemnebatur. Hic tamen affectus & hodiæ plurimos habet, qui cum sit aduersus viuos feroces, aduersus vmbras sunt formidolosissimi. 93 *Superstitio.*

Ab Hegesia rogatus, vt ipsi' libros aliquot commodato daret: Non sapis, inquit, Hegesia, qui quum caricas non pictas, sed veras eligas, vera exercitatione neglecta ad scripturam te cōferas. Hoc dicto notauit eos, qui per omnem vitam nihil aliud quam legunt philosophorum libros, rectè viuendi præcepta continentes, quū virtus magis vsu discatur quàm lectione. γράφειν Græcis anceps vox est ad scribere & ad pingere. Itaq; virtus libris expressa quodā modo picta virtus est. Absurdum autem videtur, in caricis habere delectum, in virtute non item. 94 *Lectio mor tua.*

Cuidam illi probro obiicienti, quòd exularet à patria. Miser, inquit, istius rei causa philosophatus sum siue quòd exilū cōpui sset Diogenem ad philosophandum, siue quòd ideò didicisset philosophiam, vt exilium similesque casus aquo animo perpeti possit. 95 *Exilium vtile.*

Alteri cuipiam per conuitiū dicēti: Sinopēses exilio damnant: At, ego, inquit, illos manſione;

fione: significans se quòd solum vertere iuberetur, nihilo infeliciorem esse his, qui in patria manerent, nec exilium æquo animo pati possent. Tam enim miserum est manere coactum, quàm exulare coactum. Philosophus, cui quauis terra patria est, si iubeatur ire exulatum, vnius tantùm ciuitatis exul est. At qui nusquam potest viuere nisi in patria, plurimarum regionum exul est. Diogenes autem ob adulteratam, vt putant, monetam solum vertere iussus est. Erat autem Sinopensis. Hoc ita refert Plutarchus in libello de exilio, Te Sinopenses Ponto exulem esse iusserunt: At ego, inquit, illos hac damno pœna, vt in Pŏto extremisque Euxini littoribus inclusi perpetuò maneant. Diogenes mutarat patriam, sed in melius: exulabant potius, qui infelici regioni erant ascripti.

97 *Facetè.* Quum Olympionicen, hoc est, in Olympiis certare solitum, offendisset pascentes oues. Quàm celeriter, inquit, ò præclare ob Olympiis ad Nemea te contulisti: ludens affinitate vocum. Nam νίμεα certamina dicũtur à loco, quemadmodum Olympia. Νέμω verò Græcis pasco sonat, & νομὸς pascua.

98 ἀνοικαδύμυνται. *Stupor animi.* Interrogatus quam ob rem athletæ nihil sentirent. Quoniam, inquit, suillis ac bubulis carnibus educati sunt. Nam Athletæ erassioribus cibis enutriũtur, qui corpori quidem robur conferunt, sed mentis acumen habetant. Vocis autem ambiguitas dedit ioco locum. Nam vt Græcis αἰσθάνεσθαι, ita Latinis sentire, tam ad animum quàm ad corpus pertinet. At perconrator ille quærebat, quid esset causæ, quur Athletæ veluti sensu carentes non offenderentur plagis. Diogenes animorum stuporem notare maluit.

Soli-

Solitus est interdũ adire statuas, & aliquid ab illis petere. Demirantibus quur id faceret Vt consuescam, inquit, non commoueri, si quando ad hominibus non impetro, quod peto. 99 *Vsus lenio moleſtiam.*

Posteaquàm inopia compulsus cœpisset mẽdicare, his verbis solet aggredi: Si cui alteri dedisti, da & mihi: sin nemini, à me incipe: Significabat se, non inferiorem cæteris mendicis: itaque par esse vt qui, daret, & Diogeni: qui verò tam parcus esset, vt nemini quicquam daret, huic tempus esse, vt aliquando dare incipiat. 100 *Mendacitas.*

Interrogatus aliquando à tyranno, è cuiusmodi ære potissimum oporteret fieri statuas: Ex eo, inquit, ex quo fusi sunt Harmodius & Aristogiton: innuens illum esse tollendum, q; illi tyrannicidæ fuerint. 1 *Liberè.*

Percontanti quo pacto Dionysius vteretur amicis. Vt vtribus, inquit, plenos suspendit, inanes abiicit: significans à tyranno diuites occidi: pauperes negligi. 2 *Salsè.*

Quidam glorioſum titulum inscripserat ædibus suis, Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid introeat mali. Diogenes ex inscriptione stultitiam hominis deprehendens, adiecit: μετὰ πόλεμον ἢ συλαχία, idest, Post bellum auxilium: indicans seruam esse malorum omnium deprecationem, posteà quàm talis immigrasset. Colebatur enim Hercules ἀποτροπαῖος, malorum depulsor. Eũ oportuit in ædes immigrare, priusquàm immigrasset dominus ædium, qui ipse erat magnũ malum. 3 *Seuerè.*

Luxuriosum quempiam in diuersorio conspiciens vescentem oleis: Si sic prandisses, inquit, non ita cœnares: sentiens non esse fru-

gali- 4 *Luxus.*

galitatis; quòd cœnaret oleas, sed quòd stomachus nimis lauto prandio grauatus, nihil appeteret in cœna. Nam tenue prandium optimè condit cœnam.

5 Dicere solebat, cupiditatem esse malorum omnium arcem μητρόπολιν, nõ procul abludens à sententia Solomonis, qui dixit, cupiditatem, radicem malorum omnium. *Auaritia.*

6 Bonos viros dicebat esse deorum simulachra. Deorũ, quũ sint optimi natura, propriũ est bene facere omnibus, nocere nemini. Hæc imago melius relucet in sapientibus ac bonis viris, quam in statuis, quũ dij sint incorporei. *Boni similes dijs.*

7 Amorem dixit otiosorum negotium, quòd hic affectus potissimum occupet ocio deditos. Ita fit vt dum ocio vacant, in rem negotiosissimam incidant. nec interim tamen quicquã bonæ rei agunt. *Amor iurpis.*

8 Percontanti quid esset in vita miserrimũ: Senex, inquit, egenus. Siquidem vbi naturæ præsidia destituunt hominem, extrarijs rebus fulcienda est ætatis imbecillitas. Verùm inter egenos habendus non est, qui bonas artes ac probos amicos sibi parauit, certissimum senectutis viaticum: ille infelicissimè egenus est, qui nulla virtute prẽditus est. *Senectus.*

9 Interrogatus, quæ bestia morsum haberet nocentissimum: Si de feris, inquit, interrogas, obtrectator: si de ciuibus, adulator: Nam obtrectator præ se fert odiũ, adulator sub amici persona multò etiam lædit grauius.

10 Conspiciens duos centauros pugnantes in tabula pessimè pictos: Vter, inquit, horum deterior est? Notans pictoris imperitiam, quasi dubitaret vter esset deterius pictus. Vsus est autem voce ambigua, namque κείρων, & peior dicit, & in pugna inferior. *Salsè.*

Oratio-

Orationem blandam non ex animo proficiscentem, sed ad gratiam compositam, dicere solet, melleum laqueum, qp blande amplectens hominem iugulet. 11 *Blandi loquium.*

Luxuriosorum ventrem, vitæ charybdin appellabat, qp omnia deuoraret, nec satiaretur vnquam Charybdis tãtum ea sorbet, quę maris vehuntur, & reuomit tandem, quod absorbuit: at luxuriosorum ventribus nec aer, nec terra, nec flumina, nec maria sufficiunt, quin domos & agros totos absorbeant, nec reuomunt. 12 *Venter omnia deuorans.*

Cùm quidam Diogeni referrent, Dydimonem mœchum comprehensum: Dignus est, inquit, ex ipso nomine suspendi. Porrò Didymi Græcis testiculi dicuntur: ab his igitur vnde nomen habebat, & quibus peccauerat, vult eum suspendi. 13 *Adulterium.*

Physicus quidam interrogauit Diogenem, quam ob causam aurum palleret: Quoniam, inquit, plurimos habet sibi insidiantes. Pallent autem, qui metuunt. 14 *Auri amor.*

Cum videret mulierem in lectica, dixit: Caueam non conuenire feræ: notans tam effectum ac noxium animal ferrea cauea coercendum. Lectica verò sellæ genus est cancellatę, vt aliquam cauex specié prębeat: in hac diuites ac delicatæ sedere, atque etiam gestari solent. 15 *Delicia.*

Seruum fugitiuum videns ad puteum sedentem: Vide, inquit, adolescens, ne excidas: ambiguo verbo ludens. Nam excidit, qui in puteum decidit, & ἐκπίπτει, id est, excidit, qui de loco pellitur. Arbitror autem puteos olim fuisse sacros, & ab his non fuisse phas quendam vi detrahere, quemadmodum è templis aut à statua principis. 16 *Ambiguè.*

Cùm in balneis vidisset λωποδύτην, id est, furem vestium, dixit illi, Num ad vnctiun- 17 *Ambiguè.*

P culam,

culam, an ad aliud vestimentum? Rursum fu fit affinitate vocum, quæ Latinè reddi non po teſt Græc est, ἐπ' ἀλείμματιον, ἢ ἐπ' ἄλ' ἱμάτιον, dictiones minime discrimine soni inter se differunt ἄλειμμα ab ἀλείφω vnguê tum est, vnde & aliptæ dicti. Inde ἀλειμμάτιον diminutiuum: ἄλλ' ἱμάτιον duæ dictiones, sed ob συμπλοκὴν propemodum vna videtur, quam si remoueas, est ἄλλο ἱμάτιον, id est, aliam vesticulam. In balneis enim olim vngebantur, & ibidem fures suum agebant negocium, quòd positis vestibus lauare mos est. Notabat itaque furem, qnòd alibi furatus vestem, eo venisset alteram furaturus.

18 *Sordes.* Ingressus aliquando sordidum balneum, dicebat: Qui hic lauant, vbi lauantur? Significabat illic homines puros sordidari, & ibi lotis opus esse: alio balneo, quo mundentur,

19 *Osor fœminarum.* Cùm aliquâ do vidisset mulieres ex oliua pẽdere laqueo præfocatas: Vtinã, inquit, & cæteræ arbores similem ferrent fructum. Erat enim Diogenes μισογύνης, id est, mulierum osor, eoque cupiebat omnes videre pensiles.

20 Cernens quendam malè audientem, quasi monumenta spoliaret, Homeri carmine compellauit,

Τίπτε σὺ ἕδε φέρισε,
Ἠΐτινὰ συλήσων νεκύων κατατεθνειώτων. i.
Sacrilegiũ *Quid tu hic venisti vir præstantissime, num fors.*
Vt spolies aliquê horũ, quos mors occupat atra?

21 *Sepultura* Interrogatus num seruum, ancillam ve haberet, negauit. Cumque percontator adiecisset, Quis igitur te efferet, si moriaris? Cui domo, inquit, erit opus, Multi superstitiose soliciti sunt, quomodo, & per quos efferantur. Hac cura prorsus vacabat Diogenes, non dubitans

bitans quin futurus esset aliquis, qui cadauer eijceret vel ob id, quò domum faceret vacuam. Quanquam illi contigit honorifica sepultura.

Conspiciens adolescentem quendam negle 22
ctius dormientem, baculo pungens illum, dixit Carmen Homeri.

Ἔγειρεο, Μήτις σοι εὕδοντι μεταφρένῳ ἐν
δόρυ πήξῃ, id est,
Surge. Ne quis, dum dormis, à tergo infixerit
hastam.

Ad eum qui obsonijs ac luxui plus æquo in 23
dulgebat, illud Homericum accommodabat.
Ἀκύμορος οὐκ ἐμοί τίμος ἔσσεται, id est, *Luxui.*
Nate mihi fueris breuis qui. significans illum sibi luxu mortem acceleratum.

Platonis ideas, id est, formas risit & Aristo- 24
teles. Quodam igitur tempore quum Plato *Argutia*
multa de ideis differeret, & rem confictam *nugatoria*
confictis vocabulis explicare conaretur, subinde in ore habens. mensitates, & cyathitates, per quas voces intelligebat species mensæ & cyathi: Diogenes irridens subtiles nugas: Mensam, inquit, ac cyathum video, mensitatem & cyatheitatem non video. At Plato reiecit dictum: Nec mirum, inquit: nam oculos habes, quibus cernuntur cyathi ac mensæ: at mentem non habes qua decernuntur mensitates ac cyathitates.

Interroganti quando ducenda esset vxor: 25
Iuueni, inquit, nondum, seni nunquam: Græcè iucũdius, μηδέποτε, & μηδεπώποτε: subin *Matrimo-*
dicans prorsus abstinendum à matrimonio. *nium vitã*
At percontator ille discere cupiebat, quo ætatis anno, aut qua anni parte expediret ascisce re coningem: quemadmodum Aristoteles præ

scripsit puellæ decimum octauum, viro trigesimum quiuntum: & Romani Aprilem, & Iunium existimabant auspicatum nuptijs, Maium inauspicatum.

26 Percontanti quidnam vellet, vt colaphum acciperet: Galeam, inquit. Et hic iocus est ab inexpectato. Nam ille expectabat quid mercedis peteret pro colapho. *Locus ab inexpectato.*

27 Cùm videret adolescentem quempiam sese ornantem: Si ad viros, inquit, frustra: si ad fœminas, iniustè. Hoc dictū festiuitas est Græcis ob vocū affinitatē, ἀτυχεῖς & ἀδίκεις. Nam frustra se mas parat masculo, inter quos non potest esse coniugium: & inique facit adolescens, si cultura formæ insidiatur infirmo sexui, quum vxor non lenocinio, sed honestis moribus concilianda sit. *Mollicies.*

28 Adolescenti cuidam erubescenti, atque ob id perturbato: Bono animo es, inquit, fili, istiusmodi est virtutis tinctura. *Pudor.*

29 Cùm audissent duos legum peritos per se contendentes, damnauit, ambos, & alter furtum commisisset, alter non perdidisset: significās vtrunq; dignū exitio. Argutia dicti in hoc est: q̄ furat, lucrifacit aliqd: is vero cui res furto tollitur damno afficitur. At hic absurdum qddā acciderat: alter alterius rē furatus erat, nec tñ is cui furtū est factū perdidit, quòd hoc ipse furatus esset, quod alter sustulit. *Luracitas.*

30 Percontanti quod vinum libentius biberet: Alienum, inquit: & hic ἀπροσδόκητον addit gratiam dicto. Aliud enim expectabat percontator, videlicet de genere vini sentiens. *Alienadulciora.*

31 Cuidam ipsi dicenti, Plurimi te derident: At ego, inquit, non derideor. Id autem videt ἀδύνατον, vt aliquis te percutiat, tu tamē nō percutiaris sed Diogenes negauit se derideri, siue

siue quod non esset deridiculus, siue q̄ existimaret hoīum irrisioné nihil ad se pertinere.

Dicenti miserum esse viuere: Non, inquit, viuere miserū est, sed male viuere miserū est. Vulgus miseram appellat vitā, laboribus, doloribus, morbis, damnis, exilijs, multisque hoc genus incommodis obnoxiam. At philosophus nihil malum aut miserum esse ducebat, nisi quod cum turpitudine coniunctum esset. 32 *Vita misera.*

Erat Diogeni seruus, nomine Manes: is cum profugisset à domino, admonuerunt amici, vt fugitiuum inuestigaret: At ridiculum, inquit Diogenes, si Manes absque Diogene viuat, Diogenes absque Mane viuere non possit. At multi seruos insequuntur, vt vlciscantur, Diogenes spectabat vsum. Melior autem philosophus est, qui paucioribus eget. Nolebat itaque hic seruo videri deterior. 33 *Frugalitas.*

Quodam tēpore ptādebat oleas. mox inducam placētā abiecit accinens illud è tragedia: ὦ ζέυς τυράννοις ἐκποδὼν καθίσατο. id est, 34 *Delitiæ spretæ.*

Procul à tyrannis temet hospes auferat.

Item illud Homericum.

ἄλλοτε μάστιξιν δ' ἄλαλαν.

Interdum seruicis agitabat. Se tyrannum appellans delitiarum contemptorem, quas procul abigi volebat.

Diogenes vulgò canis dicebatur. Sunt autē canum multa genera: sunt enim venatorij, sunt aucupatorij, sunt custodes ouiū & ædiū, sunt qui habentur in delitijs. Ergo percontanti qualis ipse canis esset, lepidè respondit: Esuriens, ingens, Melitæus, sat Molosseus: & cibi appetens blandiretur, saturatus morderet. 35 *Canis Diogenes.*

Interrogatus an philosophi placentis vescerentur: Omnibus, inquit, vt cæteri homines. 36

Philosophus homo. Rursus hic aliud respondit, quam interrogabatur. Quærebat percontator, an conueniret philosophis frugalitatem profitentibus, vesci placentis cibis delicatorum, Diogenes ita respondit, quasi philosophi non essent homines, & tamen vescerentur cibis humanis.

37 *Dissimulatio.* Cùm aliquãdo Diogenes ĩ cõuiuio placẽtã ederet, diceretque conuiuarum quispiã, Quid comedis Diogenes? suspicans Cynicum philosophum nescire, quid sit placenta: Panem, inquit, bene pistum: dissimulans se scire quid es festialis erat placenta, Dsogeni panis erat, qui non edebat voluptatis gratia,

38 *Falsè.* Percontanti quur cęteris medicis benignè largirentur homines, philosophis non item: Quoniam, inquit, credunt citius futurum vt claudi cęciue fiant, quàm philosophi. Qui miserentur afflictorum, quales ferè sunt mendici, faciunt hoc contemplatione communis hominum sortis: ita cæco opitulantur cogitantes, hoc ipsum mihi poterit accidere: de philosopho non item cogitant. Dictum festiuius est, ob abusum verbi, sperant: vt philosophus fias sperari potest; cæcitatem, aut claudicationem nemo sperat.

39 *Cuntanter dare.* Diogenes poscebat aliquid ab homine auaro: quem vbi videret cuntantem ac negaturo similem: O homo, inquit ad cibum te postulo, non ad cyppũ: vt quà licèt Græcarum vocum affinitatem reddam. Græcis enim & τροφὴ cibus est, & ταφὴ sepultura.

40 *Error correctus.* Cuidam obiicienti, quòd aliquando falsò signasset monetam: Nam hanc ob rem, vt dictum est, iussus est exulare: Fateor, inquit, fuisse tempus, quo talis eram, qualis tu nunc es: qualis autem ego nunc sum, tu nunquàm futurus es. Notabat eos, qui iuuentutis erro-

res in alijs reprehendunt, quum ipsi ne in senectute quidem corrigant suos.

Alteri cuidam hoc ipsum opprobranti, crimen iuuentutis obtentu defendit: dicens: Tũ celerius reddebam lotium, nunc non item. Cynica circuitione notauit iuuenilem ætatem, quæ facilius reddit humorem vesicæ, quum senibus molesta sit dysuria. 41 *Error iuuenilis.*

Myndum aliquandò profectus, quum videret portas amplas ac magnificè extructas, quũ oppidum esset exiguum: Viri, inquit, Myndij, claudite portas, ne ciuitas vestra egrediatur: notans oppidum tam esse pusillum vt per portas egredi posset. 42 *Ridiculũ.*

Conspiciens furem purpuræ comprehensum, Homericum carmen in eum detorsit: Ἑλάβε, inquit, τεπορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταίη. ideſt. *Temors purpurea apprehendit violentaq; Parca.* 43 *Facitè.*

Craterus Alexandri Magni præfectus, homo prædiues, inuitarat Diogenem vt ad se cõmigraret, cui respondit: Malo Athenis salem lingere, quàm apud Craterum opipara frui mensa: Sentiens libertatem quamuis inopem ommibus diuitũ delitijs præferendam, vbi minuitur libertas. 44 *Libertas.*

Anaximenes rhetor obeso aqualiculo erat onustus: hunc adiens Diogenes ita loquutus est: Impartire nobis tenuibus, & ventem. Nam & ipse leuaberis onere, & nobis commòdabis. 45 *Obesitas.*

Cùm oraret aliquando Anaximenes, Diogenes prætendens pernam, auditores in se cõuertit: ob id indignatus Anax. obticuit, ab auditorio destitutus. Tum Diogenes, Anaximenis, inquit, disputationem oboli precium 46 *Ridiculũ.*

dissoluit: significans illum de rebus friuolis disseruisse, quæ non admodum attentos haberent auditores.

47 *Vesci in publico.* Quibusdam obiicientibus, ꝙ in foro cibũ caperet: Quid mirum, inquit? in foro esurio: rõcinatus à relatiuè oppositis. Si fames non vrgeret hoiem in foro, fortassis absurdũ esset in foro vesci. Sed eodem colore se tueri poterat in foro deijciens aluum. aut vrinã reddẽs.

48 *Libertas.* Sunt qui & illud ascribant Diogeni: Plato offendens illum lauantem olera, dixit illi ad aurem: Si Dionysio morem gessisses, profectò non lauares olera. Diogenes vicissim Platoni in aurem dixit. Si tu lauares olera, Dionysio non seruisses. Verum hoc videtur effictum ad similitudinem illius, quòd antè retulimus de Aristippo, quemadmodum & hoc quod subijciam.

49 *Irrisio contempta.* Cuidam dicenti, Multi te deridẽt o Diogenes: Et illos inquit, fortassis. Asini. Altero subiiciente, Sed illi non curant asinos: Nihilo magis, inquit, ego ipsos. Asinis irrisionem tribuit, ꝙ subinde nudatis dentibus irrisionis spẽm præbeant. Quin & deridentes quempiã, mota ab aure manu imitantur asininas auriculas. Videtur igitur & asinus motis auriculis irridere homines, nemo tamen offenditur.

50 *Animi cultus.* Conspicatus adolescentulum philosophiæ dantem operam: Euge, inquit, corporeæ formæ amatores ad animi pulchritudinem auocas: Sentiens illum hoc agentem: vt animum virtutibus & honestis disciplinis exornaret, hoc consequuturum, vt longè meliores amicos sit habiturus. Nihil enim sapientia pulchrius nihil virtute amabilius.

51 *Conuictus improbus.* Adolescenti formoso ad conuiuium eunti, deterior, inquit, redibis. Reuersꝰ à cõuiuio adolescens

scens quum Diogeni dixisset, Iui nec redij deterior, inquit χείρων μεταῆν, id est, deterior igitur: indicans fieri nõ posse, quin adolescẽs è luxurioso temulẽtoq; conuiuio redeat deterior.

Diogenes ab Eurytio petijt quiddam magni: qui quum ex more his verbis negaret, Faciam si mihi persuadere possis: Si possim, inquit, Diogenes, iam pridem tibi suasissem, vt te suspenderes. Hic præter Cynicam libertatem nihil est quod mireris. 35 *Liberi.*

Inuiserat Lacedæmonem: inde Athenas reuersum percontabantur, vt fit, quò iret. & vnde veniret, A viris, inquit, ad fœminas: notans Athenienſium de itiis effœminatos mores, quum Lacedæmonij dirè instituerentur. 54 *Delitiæ.*

Redeuntem ex Olympijs quidam interrogabant, vidisset ne illic multam turbam: Turbam, inquit, plurimam, sed homines per paucos. Et hoc imitatum apparet ex eo, quod suprà dictum est de balneo. 55 *Homines pauci.*

Eos qui per luxum in coquos, nepotes, scorta & adulatores facultates suas profunderent, similes dicebat arboribus per præcipitia nascentibus quarum fructus hõ nõ gustaret, sed a coruis & vulturibus ederentur: Sentiens eos qui gulæ ventriq; seruiunt, nõ esse homines. 56 *Profusi.*

Græci si cui præcantur exitium, iubent abire ad coruos, κόρακας. At Diogenes dicere solet, multò periculosius esse incipere in assentatores, quã in coruos. Dicti incunditas perit nobis, quæ est in Græcarum vocum affinitate. Nã illi κόρακας appellant coruos, & vnica litteru la mutata κόλακας dicunt adulatores. Hoc dictum tribuitur & Anthisteni. 57 *Adulatio.* 58

Phryne meretrix Delphis Venerem auream dicauit. Eam videns Diogens, aſcripſit elogiũ, Ex Græcorum intemperantia. Arguebat enim Græcos

Græcos supra modum libidini deditos esse, & scortum è turpi quæstu tantũ auri collegisse.

59 *Libertas.* Sunt qui & illud illi attribuant. Cũ Alexander Magnus ad Diogenem venisset, eumque salutasset, percontatus est Diogenes quis esset: quũque ille respondisset, Ego sum Alexander ille rex: At ego, inquit, sum Diogenes ille canis: non minus superbiens sua libertate, quàm Alexander suo regno. Interrogatus ob quæ facta canis nomen vulgò fortitus esset, Quoniam dantibus blandior, inquit, non dantibus oblatro, malos etiam mordeo.

60 *Superstitio nulla.* E ficu quadam frustus decerpenti Diogeni quum horti custos dixisset, Ex ista arbore ante paucos dies homo quidam se suspendit: At ego, inquit illam purgabo. Arbitrabatur ille fore, vt Diogenes admonitus abstineret à funesta arbore, quæ gestasset cadauer: at ille liber ab omni superstitione. nihilo impuriores fructus arbitrabatur.

61 *Voluptas.* Animaduerteus Olympionicem quendam oculos defigere in scortum, adeò vt præteritum capite reflexo intueretur: Ecce, vt inquit, aries Martius à puella publica, obtorto collo vinctus abducitur. Ridiculum existimabat, certare cum electis viris, & à vili puella veluti captiuum trahi sine funibus.

62 *Scortum.* Formosa scorta similia dicebat multo letalibus venenis tempero, quòd adferrent quidem initio voluptatem, sed quam perpetuus dolor consequeretur.

63 *Liberè.* Quum in publica via prandteret, multique cingerent illum ob spectaculi nouitatẽ ac subinde acclamarent, Canis canis: Imò, inquit, vos potius estis canes, qui prandentem circunstatis. Nam id canibus cùm primis familiare

Cum

Cum mentio fieret de puero stuprato, Diogenes interrogatus cuias esset lusit ex ambiguo dicens. Tegeates Nam Tegeo ciuitas est Arcadiæ. Tegos autem interdum id quod lupanar, vnde Tegeatem dixit philosopus scortũ publicum.

64 *Ambiguè.*

Videns quendam iam artem medendi profitentem, qui prius fuerat palæstrites, sed ignauus, dixit, illi, An eos qui te hactenus deiecerunt, nunc vicissim deiicies? Deiicit luctator quem superat: & deiicit medicus, quos in lectum coniicit, aut etiam in sepulchrum. Sensit autem Diogenes illum tam malum esse medicum, quàm fuerat ignauus palæstrites. Similis iocus est apud Martialem, de eo qui ex medico factus hoplomachus, non aliud faceret hoplomachꝰ, quàm quod fecerat medicꝰ.

65 *Medicus malus.*

Ad puerum spurium ex meretrice natum, lapillos iacientem in populum: Caue, inquit, ne patrem ferias. Erat enim è scorto natus, atque ob id incerto patre.

66

Quibusdam prædicantibus eius benignitatem, qui Diogeni quiddam donarat, Quin & me, inquit, laudatis, qui accipere merui? Plus enim est meruisse beneficium, quàm dedisse, iuxta illud Publij Mimi, Beneficium dando accepit, quj digno dedit.

67 *Beneficiũ meritum.*

Ei qui pallium à Diogene repetebat, lepidissimè respõdit, Si donasti, habeo: si cõmodasti, vtor: significans sibi non in animo reddere, siue dono siue commodato accepisset. Turpe est reposcere, quoddono dederis: & inhumanum est eripere, quo vtenti est opus.

68

Cùm supposititius quidam de Diogene dixisset, Aurum habet in pallio, recte regessit in illum conuitium: Ideo, inquiens, suppositio indormio. Supposititij partus dicuntur, qui

69

qui simulantur esse nati ex vtero, vnde prodierunt. Indormimus thesauro seruandi gratia, & indormimus ei, quod negligimus. Diogenes autem pallium habebat noctu pro culcitra.

70 *Philosophus.* Percontanti quid lucri caperet ex philosophia, Vt nihil, inquit, aliud, certe hoc, ad omnem fortunam paratus sum. Hoc dictum vix sapit Diogenem, quanquàm illi ascribitur.

71 *Omne solũ forti patria est.* Interrogatus à quopiam, cuias esset, respondit κοσμοπολίτης, id est, ciuis mundi: significans philosophum vbicunque locorum agat, in sua patria viuere.

72 *Facetè.* Cum aliquando stipé poscereț, ita ἐφαπάρχην, id est, qui stipibus erogandis erat praefectus. Homerico carmine compellauit:

Τὰς ἄλλας ἀνάριζ' ἀπὸ Ἕκτορος ἶσχε γεῖρας, id est,

Despolia reliquos, teneas sed ab Hectore dextrã.

Dicti festiuitas in hoc est, quòd pro ἐράνιζε dixit ἀνάριζε, quorum prius est, da stipem, alterum, armis spolia: se Hectoris nomine signãs. Spoliat autem, qui negat egenti. Et solet hoc hominum genus esse furax.

73 *Scortũ imperiosum.* Scorta dicebat esse regũ reginas, quòd ab his quicquid collibuisset peterent, & imperarent. Nam ideo regum reginas appellabat, non quòd essent pares vxoribus, sed quòd in ipsos reges regnum exercerent. Reges à populo non semper obtinent quod exigunt, at scorto nihil negatur. Tales opinor olim fuisse reges barbaros.

74 Athenienses per adulationem decreuerunt, vt Alexander pro Libero patre haberetur & coloretur. Hunc honorem irridens Diogenes: Vt me, inquit, Serapin facite. Vt enim Bacchus

chus inter Satyros est, ita Serapis ab Ægyptijs specie bouis colitur.

Obiurgatus quòd intraret loca spurca ac parum honesta: Et sol, inquit, subit latrinas, nec tamen inquinatur. Sensit probum virum non fieri deteriorem ob loci infamiam. 75 *Locus non contaminat.*

Cum in phano cœnaret, eíque panes sordidi essent appositi, abiecit illos è phano, dicés, in templum nihil oportere ingredi sordidũ. 76 *Pura sacra.*

Cuidam procaciter interroganti, quur quum nihil sciret, se philosophum profiteretur: Si philosophum, inquit, simulo, hoc ipsum est philosophari. Subnotans philosophiam rem esse vsque adeo difficilem, vt eam vel simulare magna sit philosophiæ pars. Quemadmodum multum regis habet, qui scite regis personam possit gerere. Et qui simulat, imitatur: ac imitari philosophos, est philosophari, hoc est, philosophiæ studiosum esse. 77 *Philosophiæ simulatio.*

Quidam adduxit puerum ad Diogenem, vt illius doctrinę fieret particeps: vt autem illũ philosopho commendaret, dixit, eum excellẽti ingenio optimisque moribus prædituṁ esse. Hic Diogenes, Quid igitur eget mei? Notauit immodicum laudatorẽ, qui hoc tribueret adolescenti, cuius adipiscendi gratia solent pueri tradi philosophis. Satis erat probam indolẽ, bonamque spem in puero prædicare. 78 *Laus immodica.*

Qui de virtute loquerentur, nec recte viuerẽt, eos dicebat citharæ similes, quæ sono prodesset aliis, ipsa nec sentiret, nec audiret quicquam. Hoc dictum non multum abludit à dicto beati Pauli de cimbalo tinniente. 79 *Doctrina ne moribus constet.*

Quodã die quum populus theatrũ egredere tur: ipse aduersus populum nitens ingredieba tur, interrogatus quur id faceret: Hoc inquit, 80 *Vulgo nihil rectè placet.*

in

in omni vita facere studeo: Sentiens hoc esse philosophari, in omnibus actionibus, q̃ maximè à multitudine dissidere, ꝓptereà ꝙ vulgus hominum cupiditatibus agitur, non ratione.

81 *Degeneratio.* Conspecto adolescentulo, cultu gestuque parum virili: Non te pudet, inquit, qui peius tibi velis, quàm ipsa natura voluit? Si quidem illa te virum fecit, tu teipsum refingis in fœminam. Id in pleroſque dici potest, quos quũ natura crearit homines, ipsi sua sponte degenerant in pecudes.

82 *Optima negligimus.* Cum videret cantorem quendam vecordẽ, ac moribus in compositis aptare psalterium: Non te tui pudet, inquit, qui sonos ligno aptare uoris, vitam ad rectam rationem componere nescias? Et hoc apophthegma ex superioribus videtur effictum.

83 *Vita sine literis, mors.* Dicenti cuidam, quẽ ad sapientiæ studium hortabar, Nõ sum idoneus philosophiæ: Quid igitur viuis, inquit, si tibi nulla rectè viuendi cura est? Non.n.in hoc viuit homo, vt viuat tantum, sed vt discat rectè viuere. Natura dat viuere, philosophia dat rectè viuere. Natura gignit ad virtutem dociles, doctos non gignit.

84 *Impietas.* Ad eum qui patrem despiciebat: Non te pudet, inquit, eum contemnere, cui debes hoc ipsum, quod tibi places? Dicti gratia sita est in allusione contrariorum. Pugnant inter sese despectiui esse, & sibi placere.

85 *Turpiloquium.* Audiens adolescentem honesta specie, verbis parum honestis vtentem: Non te pudet, inquit, qui ex eburnea vagina, plumbeum educas gladium? Ebur olim in summo erat precio. Animus corpore regitur, is in oratione relucet.

86 Cum illi quispiam probri vice obiecisset, ꝙ in caupona biberet: Et in tonstrina, inquit tondeor: significans nihilo minus honestum bibere, quàm tonderi aut radi. Quemadmodũ nemo reprehendit in tonstrina radi, ꝙ is locus ei rei paratus sit; ita turpe videri non debet, si quis bibat, in caupona, modò bibat modicè. Nam immodicè bibere, quouis loco turpe est,

Vesci quauis loco.

Opprobranti, quòd à Philippo rege palliũ accepisset, Homerico versiculo respondit: Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. i, *Non sunt reiicienda insignia munera diuum.* Quod Homerus de forma corporis, quę Deorum munus est, scripsit, hoc Diogenes detorsit ad pallium à Rege datum. Idẽ carmen & ipse possem occinere calumniantibus, ꝙ interdũ à principibus, aut episcopis accipio, quæ dantur honoris gratia. Nullus est horum, à quo quicquam vnquam petij, nec apertè, nec obliquè. Quæ verò volentes deferunt, libenter accipio, non tã vt munera, quàm vt testimonia, præsertim quum illorum facultates abundantiores sint, quàm vt hoc damni sentiant. 87 *Munera regum.*

88 *Lenitas.* Diogeni de non irascendo accuratè differenti, adolescens quidam proteruus, veluti periculum faciens, an re præstaret ea, quæ docebat, in spuit illi in faciem. Tulit hoc leniter ac sapienter. Non quidem, inquit, irascor: sed dubito tamen an irasci oporteat.

89 *Scortator.* Conspiciens quendã meretrici supplicem vt impetraret, quod petebat. Quid, inquit, tibi vis misere? præstat non impetrare, quod rogas. Ascorto reiici felicius est, quã admitti. Et tamen plerique malum suum & ambiunt instanteri & magno emunt.

90 *Vnguẽta.* Cuidam habenti capillos vnguento delibutos: Cauc, inquit, ne capitis suauolentia, vita ma-

maleolentiam adducat: nam Græcarum vocum iucundam affinitatem vtcunque reddere studuimus, εὐωδία & εὐωδίαν. Vnguentum enim in viro arguit vitæ molliciem. Fama porrò velut odor est hominis. Simile quidam dixit Martialis, Neuole non bene olet, qui bene semper olet.

91 *Seruitus vitiorum.* Dicebat inter seruos ac dominos malos præter vocabula nihil aliud interesse, nisi qđ mancipia seruirent dominis, domini cupiditatibus: significans vtrosque esse seruos, miserio rem tamen seruire seruitutem dominos quâ mancipia, si sint improbi. Nam qui ducitur affectuum arbitrio, & multos habet dominos & turpes, & inclementes.

92 *Salsa.* Græci mancipia, præcipuè fugitiua vocant ἀνδράποδα, quæ dictio videtur composita ex viro & pede, quam Grãmatici variam reddunt etymologiam. Cum igitur quidam improbus Diogenem interrogasset, quare mancipia fugitiua dicerentur ἀνδράποδα. Quoniam, inquit, pedes habent virorum, animam autem qualem tu nunc habes, qui hoc percontaris: sentiens illi esse mentem non hominis, sed pecudis.

93 *Profusio.* A prodigo petebat minam. Ille miratus improbam postulationem rogabat, Quur quum ab alijs obolum petere soleas, à me minam petis? Quoniam, inquit, ab alijs iterum me accepturum spero à te verò an vnquam posthac accepturus sim, θεῶν ἐν γοὺ κατιπεῖται, id est in deorum genibus situm est. Attexuit enim hoc Homeri hemistichium. Significauit autem homini profuso periculum imminere, ne breui redigeretur ad extremam inopiam, vt ne obolum quidem haberet reliquum.

94 *Medicitas occulta.* Quibusdam Diogeni probro vertentibus, quòd peteret, quum id Plato non faceret,

Imò, inquit, petit & ille, sed

Ἀγχίσαν κεφαλὴν εἶναι μὴ πυθέσθαι οἱ ἄλλοι

ideſt,

Admoto capite, vt ne quispiam exaudiat alter.

Abusus est Homerico carmine, quo significauit Platonem non minus esse petacem, nisi quòd ille clàm peteret, ipse palàm.

95 *Ridiculũ.* Animaduertens quendam imperitè iaculantem, proxime scopum consedit: quur id faceret interrogantibus: Ne fortè, inquit, me feriat: significans illum quidvis percussurum citius q̃ scopum. At alij spectatores, quà possunt longissimè sese à scopo semouent, ne feriant.

96 *Voluptas.* Qui scopum non attingunt, hi vulgò ἀτυχεῖν. i. frustrari dicuntur. At Diogenes negauit illos frustrari, qui aberrarent à scopo, sed eos qui curas suas ad voluptatem velut ad scopum dirigerent. Nam ab his petunt beatitudinem, quum per eas deueniãt in summam miseriam.

97 *Mors an mala.* Interrogatus num quid mali esset mors: Quo, inquit, pacto malum, quum præsentem non sentiamus? Quod autem abest, nullo malum est. Dum sentit homo, viuit: nondum igitur adest mors: quæ si adsit, abest sensus. Malum autem non est, quod non sentitur. Hanc ratiocinationem quidam tribuunt Epicuro. Mors quidem mala non est, sed iter ad mortem miserũ est. Id si metuimus, tota hominis vita, quid aliud est quàm iter ad mortem?

98 *Argutè.* Narrant Alexandrum Magnum astantem Diogeni, quæsisse ab eo, num ipsum nosceret. At ille, Quid es? bonum an malum? Alexander respondit, bonum. Quis, inquit, timet bonum? Conuicit regem non esse metuendũ, nisi se malum esse profiteretur. Sed eodem

enthymemate colligeret Deum non esse timendum.

99 *Eruditio.* Eruditionem omnibus hoc sermone cõmẽdabat, quòd diceret eam iuuenibus adferre sobrietatem, senibus solatium, pauperibus diuitias diuitibus ornamentũ: ꝓpterea quòd ętatem suapte sponte lubricam coerceat ab intẽperantia, senectutis incommoda honesto solatio mitiget, pauperibus sit pro viatico: non enim egent eruditi: diuitum fortunas ornet.

100 *Iocus ab ambiguo.* Didymon qui vulgò audiebat adulter, cui rabat oculum virginis Ei Diogenes dixit: Vide ne corrumpas pupillam. Hoc dictum apud nos perdit suam gratiam. Apud Grẽcos autem κόρη & virginem sonat, & oculi pupillam. Lusit igitur ex ambiguo Diogenes.

1 *Amicis fidendum.* Admonitus à quodam ab amicis illi tẽdi insidias, vt caueret: Quid facias, inquit, si similiter & cum amicis & cum inimicis habebimus consuetudinem? Ab inimicis nobis cauemus. amicis fidimus. Quòd si pariter ab vtrisque nobis cauebimus, non est suaue viuere.

2 *Libertas.* Interrogatus quid esset in vita optimum: Libertas, inquit. At vere liber non est, qui seruit vitiis. Nec liber esse potest, qui multis eget: plurimis autem eget auarus, ambitiosus, ac deliciis deditus.

3 Olim in scholis pingi solent Musæ ceu studiorum præsides. Ingressus igitur scholã, quũ videret multas musas, discipulos admodum paucos, dixit præceptori: Cum diis multos habes discipulos. Laudans ex ambiguo sermonis. Nam Græci cum diis dicunt, pro eo quod nos dicimus, fauentibus diis. Interdum συν id est, cum, significat comitem: cum multis te defendi, id est, multi mecum te defenderunt. Quicquid ꝓ se turpe nõ esset, id ne i publico quidem

quidẽ dicebat esse turpe. Hũc igr in morẽ rõci nabatur, Si prãdere malũ nõ est, nec i foro prã dere malum est: sed prãdere nihil mali est: ergo nec in foro prãdere malũ est. Hacten⁹ tolerari poterat Cynicus syllogism⁹; verũ qs ferat similiter colligẽte, exonerare vẽtrẽ, aut redde re lotiũ, aut habere rẽ cũ vxore, aut exuere vestes malum non est ergo nec in publico malũ est? Probis viris vbique p̃acet verecundia. *Turpe vbi nabatur. que turpe.*

Quũ in foro cõspectu oĩum fuisset opatus, 5
Vtinam, inquit, liceat sic perfricto ventre, à fame quietũ esse. Sẽtiẽs agitatione corporis acui stomachi orexim, à quanecessitate cupiebat es se liber. Itidem studiosi grauiter ferunt à literis naturæ necessitatibus auocari.

Dicebat vsum atque exercitationem quem 6
admodum in actionibus extrariis, ita & in actionibus virtutis & animi tum celeritatem quandam, tum facilitatem parere.

Dicebat nec legem esse sine ciuitate nec ci- 7
uitatem sine lege.

Nobilitatẽ atq; hoc genus alia fortunæ de 8
cora, dicebat nihil aliud esse quã velamẽta ma litiæ. Diuites enim quũ aliis nihilo sint melio liores, tamẽ exęcant licẽtius iuxta illud Flaccide diuite: Et quicquid volet, hoc veluti virtute pactũ. Speraui t magnæ laudi fore. Nobiles ãt plerique & hodie sibi nihil nõ pmittũt. *Bona fortũna.*

Quum Xeniadæ seruiret, amici agebant de 9
illo redimendo. At ille, Nequaquam, inquit: an nescitis leones non iis seruire ià quibus alũtur, sed altores potius seruire leonibus? Nam leo vbicunque est, semper leo est. *Libertas.*

Cùm à letali somno esset exprrectus, me- 10
dicusque rogaret, quid ageretur. Recte, inquit, nam frater fratrem amplectitur. Alludens ad Homerum, ꝙ θάναϖον & ὔπνον germanos finxit, *Iocus in morte.*

finxit,quod somnus mortis sit imago.

11 *Sepultura* Rogatus quomodo se vellet sepeliri, iussit cadauer abiici inhumatum Tum amici, Volucribus ne & feris? Minimè verò, inquit, sed bacillum prope me, quo illos abigam, ponite. Rursus, Qui poteris? non enim senties. Quid igitur, inquit, mihi ferarum laniatus oberit, nihil sentienti?

12 *Lenitas mala.* Quum Plato laudaret quendam hoc nomine ☞ erga omnes esset humanissimus: Quid, inquit Diogenes, illi tribuendum est, qui tot annos in philosophia versatus, nullum hactenus affecit dolore? Sentiens propriũ philosophi munus esse mederi vitiis hominũ. Id aũt fieri non posse, nisi metu ac dolore. Metu probri, dolore præsentis ignominiæ.

13 *Festũ semper sapienti.* Idem in Lacedæmone peregrinum quẽdam conspiciens sese studiose ad festum diem componentem, Quid facis, inquit? An non quilibet dies viro bono festus est? Sensit hunc mundum esse pharum deo dignum, in quo cõstitutus homo semper honeste velut in conspectu numinis omnia cernentis versari deberet. Detorsit hoc prouerbium, quo dicitur pigris semper esse festum.

14 *Scorta.* Dicere solet adolescentibus: meretricũ domos ingredere, vt perspicias, quàm viles res quanto emantur precio. Huc allusit Terentius, Hæc oĩa nosse salus est adolescentulis.

15 *Obiurgatio.* Ad salutem opus esse dicebat, aut fidis amicis, aut acribus inimicis, eò quòd illi monent, hi redarguunt, vtriq; diuersis quidem modis, sed pariter prosunt, dum per eos vitia nostra

16 discimus. Hoc Laertius tribuit Antistheni. *Vindicta optima.* Plutarchus Diogeni.

Interrogatus à quodam, quo pacto maxime posset vlcisci inimicum, Si teipsum, inquit, probum

probum & honestum virũ præstiteris. Hoc qui facit, & sibi prodest maxime, & inimicũ maxime diseruciat. Nam si fundum conspiciens bene cultum diseruciatur inimicus, quid fiet si teipsum viderit veris ornatum bonis?

17 *Amicus consolator* Cum Antisthenem morbo decumbentem inuiseret, dixit: Nunquid amico est opus; significans in rebus afflictis potissimum fidis amicis vtendum, qui vel re opitulentur, vel consolando molestiam mitigent.

18 *Mors liberat à cruciatu.* Ad eundem alias, qñ acceperat illũ amore vitæ morbum ferre molestius, cum sica ingressus est: ad quem cum Antisthenes dixisset, quis me hoc malo liberauit? Diogenes prolata sica: Hæc, inquit, contrà Antisthenes: Doloribus, inquit, dixi, non vita.

19 *Qui malus vbique lus.* Corinthum profectus ludum ingressus est quem ibi Dionysius regno pulsus aperuerat, audiuitque pueros male canentes. Interim ingressus Dionysius, quoniam putabat Diogenem consolandi gratia venisse: Humaniter, inquit facis Diogenes, hæc est rerum humanarum volubilitas. Imo, inquit Diogenes, miror te etiamnum viuere, qui tantum malorum in regno patraris: & video nihilo meliorem esse ludimagistrum, quam fuisti rex.

20 Idem dicebat, cæteris mortalibus, quibus res sunt prosperæ, vita iucunda est, mors odiosior: rursus infelicibus vita grauis est, mors optabilis At horum vtrunq; tyrannis est molestius. Siquidem vt viuunt insuauius iis, qui mortem vehementer optant, ita mortẽ perinde metuunt, quasi vitam suauissimè degant.

21 Cuidam ostendenti horoscopon. Bellum, inquit, hercle instrumentum ne frustremur cæna: sentiens inutiles esse artes geometricas cum cæteris,

82 Alteri cuidã iactanti musices peritiam, respondit:

Γνώμαις γὰρ ἀνδρῶν εὖ μὲν οἱ κίρνται πόλεις
Εὖ δ' οἶκος ἐ ψαλμοῖσι καὶ τερπτισμάσιν. i.
Prudentia Vrbes bene gubernat, at domus.
Nec cantilenis, nec modis regitur probè.

83 Quum Speusippus paralysi resolutus vehiculo deportaretur in academiam, ac Diogeni fortè obuio dixisset χαῖρε: is respondit, At nõ tu sanè, qui quum ad istum sis affectus modũ, sustineas viuere.

84 Quum puerum conspiceret indecore se gerentem, pædagogum illius baculo percussit dicens: Quur sic instituis? Indicãs primæ ætatis formatoribus potissimum imputandum esse, si adolescentes euadant malè morati, aut secus. Refert Aphtonius ac Priscianus.

85 Cuidam probri gratia obiicienti paupertatem, quum ipse esset sceleratus, Ob paupertatem, inquit, neminem vidi torqueri, ob maliciam multos. *Paupertas*

86 Paupertatem appellabat virtutẽ αὐτοδίδακτον. i. quæ per se discitur. Diuitibus opus est multis præceptis, vt frugaliter viuant, vt corpus exerceant laboribus, ne corporis ambitioso cultu delectent: aliaq́ue innumera, quæ omnia seipsam docet paupertas *Paupertas*

87 Lacedæmoniis quibus meritò prima laus debetur in Apophtegmatibus, subiecimus tres philosophos, sed in hoc genere præcipuos, quibus addemus totidem reges, qui ciuilium dictorum gratia præ cæteris celebrantur, ne lectorem turba rerum obruamus.

LIBER QVARTVS.

PHILIPPVS MACEDO.

EX Græcorũ Regibus, mea sententia nullus fuit, quem cum Philippo rege Macedonum, Alexandri Magni patre conferamus, vel ingenij dexteritate, vel dictorum vrbanitate. Is dicere solet Athenienses sibi magnopere beatos videri, qui quotannis inuenirent duces quos belli duces crearent, quum ipse multis annis vnus duntaxat belli ducem reperisset Parmenionem: Significans inutile reip. subinde mutare duces sed satius esse quem idoneum ac fidum nactus sis, eum non mutare Tum in bello non referre quàm multi sint duces, sed quàm bello gerendo accommodi. 1 *Bonum natus nemo.*

Cum illi nuncium esset allatum, vno die multas res feliciter, ac prosperè gestas esse: nã eodem tempore, Tethrippo vicerat in Olympiis, & Parmenio Dardanẽses prælio fuderat, & Olympias ipsi masculum fœtum erat enixa: porrectis in cœlum manibus, exclamauit, Et ò fortuna, inquit, pro tot tantisque bonis, leui quopiam malo me affice. Vir cordatissimus non insolenter gestiit ob rerum successum, sed fortunæ indulgentiam suspectam habuit, cuius ingenium esse nouit, vt quibus exitium molitur, his prius noua rerum prosperitate blandiatur. Huc pertinet, quod de Polycrate Samiorum tyranno refert Plin. 2 *Inuidia fortuna.*

Quum subactis Græcis quidam ipsi autores essent, vt ciuitates præsidiis contineret, ne deficerent: Malo, inquit, diu bonus & commodè, quàm breui tẽpore dominus appellari, 3 *Metus malus diutur nitatis.*

Sentiens regnum quod beneficiis ac beneuolentia teneretur, esse perpetuum, quod vi metuque non esset diuturnum.

4 Quidam petulantioris linguæ, maledicta conuiicere solet in Philippū: hunc amici hortabantur vt eiiceret in exilium. At ille negauit se hoc facturū. demirantibus quid ita: Ne, inquit, oberrans inter plures male de me loquatur. Quòd maledicum non egit in crucē. vel clementiæ erat, & ignouit: vel magnanimitatis, quòd contempsit: quod noluit expellere, prudentiæ: plus enim nocuisset.

Maledicus contemptus.

5 Smicythus Nicanorem deferebat apud regem, quòd sine fine de ipso male loqueretur quumq; suaderent amici, vt hominem accersi iuberet, deq; eo supplicium sumeret, Philippus ita respondit: Nicanor non est Macedonum pessimus, videndum est igitur, necubi nos cessemus in officio. Vt igitur cognouit vehementer afflictum inopia, & tū à rege neglectum fuisse, iussit donum aliquod ad illum deferri. Hoc facto quum rursus Smicythus diceret regi, Nicanorem apud oēs sine fine prædicare laudes ipsius: Videtis igitur, inquit in nobis esse situm, vt bene aut male audiamus. Immane quantū absunt ab huius principis ingenio, qui nunquàm sibi videntur satis laudari, quum nihil faciant laudandum: nec studeant beneficiis sibi conciliare beneuolentiam hominum, sed metui malunt quàm amari cumque sæpenumero faciant detestanda, idq; palàm, tamē periit quisquis ausus est hiscere.

In nobis est vt bene audiamus.

6 Aiebat se his qui in republica Atheniensium administranda primores essent, pluriman habere gratiam, quòd suis conuitijs essi cerent, vt ipse tum oratione, tum moribus euaderet melior: dum conor, inquit, illos dictis pariter ac factis mendacii conuincere. O vere philosophicum principis animum, qui nouit etiam ex inimicis capere vtilitatem, nec, quod vulgus solet, hoc tantum spectare, vt maledicos afficeret malo, sed vt ipse minus malus redderetur illorum maledictis admonitus.

Conuiciator vtilis.

Quum Athenienses quotquot apud Cheronæam capti fuerant, gratis dimisissent, illi verò etiam vestes stragulasque reposcerent, atque hac de causa Macedones in ius vocarēt, tandem Philippus, dicens, Quid? Nonne videntur Athenienses arbitrari se à nobis in talorum ludo victos esse? Tam ciuiliter tulit victor victorum ingratitudinem, qui nō solùm gratias non agerent, quòd ipsi & incolumes & gratis fuissent dimissi, verum & criminarentur, & nō simul & amictus, & stragulas redderent, quasi nescirent quale esset ius belli, quasique nihil aliud esset certare armis, quàm certare talis, qui ludus est puerorum.

7 *Ingratitudo tolerata.*

Quum esset illi clauicula in bello fracta, ac medicus à quo curabatur in singulos omni no dies aliquid poscceret: Sume, inquit, quantum voles: nam clauem habes! Iudens ancipiti ce κλεὶς enim Græcè & clauem sonat, qua aperitur seri nium aut ostium, & commissurā humeri cum pectore. Quid hoc animo ciuilius, cui & in dolore & erga auarum medicum iocari libuit, nec ob cruciatum morosior, nec improbitate postulantis offensior?

8 *Iocus in morbo.*

Duo erant fratres, quorum alteri nomē Amphoteros, quod Græcis sonat ambo, alteri Hecatores, quod illis sonat vterque. Philippus itaque animaduertens Hecateron esse cordatū ac gerendis rebus accommodum, contrà Amphoteron ineptum ac degenerem inuenerit illis nomina, dicens Hecateron esse Amphoteron,

9 *Iocus ex vocabulis.*

teron, Amphoteron autem esse Vdeteron, id est, neutrum ⏑ : Significans alterum fratrum videlicet Hecateron, duorum in se virtutes complecti; alteri nihil relictum. Itaque ei qui Amphoteros dicebatur mutauit nomen in contrarium, vt ἑδέτερος diceretur, quasi nullius precij.

10 *Clemēter.* Quibusdam ipsi consulentibus vt cū Athenensibus asperius ageret, respondit illos absurde facere, qui homini cuncta ad gloriam tum agenti, tum patienti suaderent, vt gloriæ suæ theatrum abiiceret: significans sese hoc agere, non vt Athenas euerteret, sed vt ciuitati celeberrimæ doctissimorum virorum copia florenti suas virtutes probaret.

11 *Facetum iudicium.* Duo pariter sceleroſi sese inuicem accusabant, cognoscente Philippo: audita causa pronunciauit, vt alter exularet Macedonia, alter illum insequeretur. Hoc Grecè sonat iucundius, quòd φεύγειν, & ad fugientem pertineat, & ad exulantem: fugientem autem insequimur. Neutrum igitur absoluit Philippus, sed vtrunque damnauit exilio.

12 *Militia misera.* Quū appararet in loco pulchro castra metari, & moneretur illic non esse pabulum pro iumentis. Qualis, inquit est nostra vita, si etiā ad asinorum commoditatē viuere cogimur?

13 *Auro nihil inexpugnabile.* Quum arcem quandam ad præsidiū capere destinasset, valde munitam, atque exploratores retulissent prorsus esse difficile, atque adeò etiā impossibile: percontatus est, nū vsque adeo difficile esset, vt nec asinus auro onustus posset accedere: significans, nihil esse tā munitum, quod auro non expugnetur. Quod ipsum poetæ significarunt fabula Danaes à Ioue stupratæ, sed Deo in aurum verso. Vnde Flaccus. Aurum per medios ire satellites, &

& perrumpere amat castra potentius ferro.

Quum hi qui apud Lasthenem erant, quere- 14
rentur, indigneque ferrent, quòd quidam ex *Veritas.*
Philippi cōitatu dicerēt, ipsos proditores Philippus respondit, Macedones esse ingenio parum dextero; sed planè rusticanos, qui ligonē nihil aliud nossent vocare quàm legionē. Alludens ad illud prouerbium celebre, τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην τέγων. Innuit auetm illos re vera esse proditores. Rusticana veritas quanque rem suis ominibus appellat.

Filium Alexandrum admonere solet, vt cū 15
Macedonibus comiter haberet consuetudi- *Regum hominum.*
nem, vulgò interim conciliato beneuolentia vires ac robur sibi parans, dum liceret alio regnante esse humanum: prudenter intelligens, vt nulla re melius constabiliri Imperiū, q̄ ciuium beneuolētia: ita difficillimum esse iam regnum administranti erga quoslibet esse humanū, non solùm quòd regia potestas opposita si inuidiæ, verum etiā quòd respublica nō possit esse incolumis, nisi scelera suppliciis coerceantur. Rigibus enim hactenus temperando est humanitas erga ciues, vt interim regiam tueantur autoritatem. Nam immodica bonitas sæpe contemptum parit.

Eidē suadebat, vt eos qui in repub. pollerent 16
autoritate, tum bonos, tū malos sibi cōciliaret *Boni vti,*
amicos, ac bonis quidem vterētur, malis ve- *malis abuti.*
ro abuterētur Præcipua regum ars est, nullum reiicere, sed ad publicam vtilitatem omnium operam accommodare. Quemadmodū Deus vnicus totius mundi monarcha, malis geniis ac impiis hominibus abutitur ad vtilitatem Ecclesiæ: ita principes cordati norunt & probis & improbis vti; non quòd ipsi

per

per malos mali quippiam faciũt, sed q̃ per malos puniunt malos. At multi sunt principes, qui p̃posterè bonis abutuntur, malis vtuntur.

17 *Beneficentia.* Idem Philippus quum Thebis obsessa esset, Philonis Thebani hospitio vsus est, multisque insuper ab eo beneficiis affectus. Is cùm vicissim à Philippo nihil muneris vellet accipere: Ne me, inquit Philippus, beneficentia superatum ac laude spolies, quòd hactenus à nemine beneficiis victus fuerim. O animum imperio dignum. Pulchrius existimauit bene faciendo quàm potentia vincere.

18 Cùm multi bello capti venderentur, Philippus in auctione sedebat, sublata veste parum decorè. Quidam igitur eorum qui vendebantur, exclamauit, Parce mihi Philippe: paternus n. tibi sum amicus. Philippo vero interrogante, quo pacto & vnde ò hõ conflata est hæc amicitia? Tum ille, Volo, inquit, proprius accedens dicere, quum admissus esset, quasi arcani quippiam dicturus: Demitte, inquit, chlamydem aliquantulum: nam ad istum modum in decenter sedes. Mox Philippus Hunc, inquit, finite abire liberum. Nesciebam enim illum mihi vere beneuolum & amicum esse. Non offensus est rex tantus, nec simulatione, nec admonitione ignoti hominis, sed simul & simulatione mutua simulationem texit, tantillum officium magno libertatis præmio pẽsauit. *Admonitio grata.*

19 *Vrbanum mendacium.* Quodam tempore ab hospite quodam inuitatus ad cœnam, inter eundem plures forte obuios secum adduxit vmbras. Vbi sensit hospitem turbari, quòd tam multis non sufficeret apparatus, præmisso ad singulos amicos puero, iussit vt placentæ seruarent locum: illi persuasi dum placentam expectãt, paululum edebant. Ita factum est, vt cœnã sufficerit omnibus. Faceto ioco simul & elusit amicos, & hospitis pudori subuenit

Hiparcho Euboico vita defuncto, Philippus præ se ferebat, quàm illius mortem acerbe ferret. Itaque cuidam volenti dolorem ipsius mitigare, dicentique, Attamen ille tempestiue decessit iam natu grandis: Sibi quidem ipsi, inquit Philippus, tempestiue decessit, sed mihi præpropere. Mors enim illum anticipauit, prius quam à me beneficium acceperit, nostra dignum amicitia. Perquàm rarum est principem sentire gratiarum affectus, sed amicis plerique non aliter q̃ equis vtuntur. Dum vsui sunt curant: inutiles factos abiiciunt, eosque spoliant citius quàm beneficio iuuant. 20 *Gratitudo.*

Vbi resciuit Alexandrum filium queri, q̃ pater ex pluribus fœminis gigneret liberos, sic illum hortatus est, Ergo quum plures habeas regni competitores, da operam, vt honestus ac probus euadas, vt non per me, sed tepsum regnum obtinuisse videaris, Vir prudentia vere regia præditus, non consolatus est filium, sed metum illius auxit, quò magis extimularet ad virtutem: indicans illi non aliter sperandum paternum regnum, nisi se successione dignum præberet, nec tãi magnum esse regnum adipisci, quàm regnũ promeruisse. 21 *Regno virtute ambiendum.*

Eundem hortabatur, vt auscultaret Aristoteli, cui traditus erat instituendus, daretque operam philosophiæ: Ne, inquit, multa cõmittas, quæ me fecisse nũc pœnitet. Perspexit egregius princeps neminem philosophiæ expertẽ regno idoneum esse: nec puduit fateri se multa per errorem fecisse perperam, quòd à teneris vẽguiculis philosophiæ præceptis non fuis- 22 *Philosophia regi necessaria.*

fuisse imbutus. Nam qui experimentis discũt administrare regnũ, licet ingenio felicissimo nati sint, tamen & serò & magno reip. malo tandem euadunt boni reges. At qui philosophiæ præceptis præmunitus accedit, si adsit mens integra, vix poterit ab honesto deflectere. Vbi suni interim, qui litetas ac philosophiæ studium clamant ad rempu. administrandam prorsus inutile?

23 Ex Aantipatri amicis quendam in iudicũ numerum ascripserat. Verum pòst vbi cognouit illum tingere barbam & capillos, submouit eum dicens, qui in capillis fidus non esset, eum in rebus gerendis non videri dignum, cui fideretur. Fuco vtebatur in tingendis capillis, vbi non multum erat lucri, multò magis vsurus erat fuco in publicis negotiis, vbi dolus interdum ingens adfert emolumentum. Et hanc oportet Regũ præcipuam esse curam, vt cognoscẽdis causis viros prẽficiãt in corruptos. At apud Philippum nec Aantipatri tantum valebat autoritas, quin suspectum è iudicum ordine moueret

Fuco non credendũ.

24 Machetæ cuiusdam pro tribunali sedẽs causam cognouit, sed dormitabundus, nec satis attentus ad iuris æquitatem, itaque sententiã tulit aduersus Machætam. Verũ quũ is exclamasset, se ab ea sentẽtia appellare, Rex iratus, Ad quem, inquit? Nã appellãdi verbũ monarchis est inuisum. Hic Machetes: Ad te ipsum ò rex expergiscaris, & attentius audias cãm. Ac tum quidem surrexit rex. Cæterũ postea q̃ causam apud se melius perpendisset, intelligeretq̃e Machætæ factã iniuriam, iudicata q̃dem non rescidit, sed pecuniam, qua damnatus fuerat Machætes, ipse persoluit. In vno facto quot regiæ virtutis argumenta? Nop per-

Iudex attentus.

perseuerauit irasci & prouocanti, & somnolentiã publicè obiicienti, sed per otium rem suo cum animo accuratius considerauit, iã ab ira liber: Sit hoc ciuilitatis regieq̃e moderationis: illud verò prudentiæ, quòd ingenioso commento sic damnatum exemit damno, vt regiam tamen in iudicando autoritatem nõ proderet, mulctam priuatim perinde quasi ipse damnatus esset, dissoluit

25 Indignãtib⁹ Philippi amicis, quòd Pelopõnesij in Olympiacis ipsum sibilis deriderent, præsertim beneficiis à rege affecti, hoc sermone Philippũ extimulantibus ad vindictã: Quid igitur, inquit, futurum est, si quid illis faciamus mali? Vrbanissimè amicorũ argumentũ vertit in diuersum. Si tã prauo ingenio sunt vt eos irrideant, qui de ipsis bene meriti sunt, grauius nocebunt, si quis illos malefactis prouocet. Hoc non solum moderationis & clementiæ, verùm etiam eximiæ cuiusdam magnanimitatis documentum fuit, ingratorum sibilos regem negligere.

Vrbanè.

26 Harpalus pro Cratete propinquo ac familiari suo, qui iniuriarum postulabatur, petiit à Philippo vt reus mulctam quidem solueret, sed à causa liberaretur, ne damnatus hominũ maledictis exponeretur. Hic verò Philippus, Præstat, inquit, vt ipse male audiat, quàm vt nos propter illum. Indulgebat amicis, sed quatenus licebat integra iudicis opinione.

Iudex seuerus.

27 In exercitu quum multo tẽpore dormisset, expergefactus: Tutò, inquit, dormiui, vigilauit enim Antipater. Subindicans non esse regiũ indulgere somno, præsertim in bello: sed tamen hoc interdum absq; periculo fieri, si rex habeat fidum ac vigilantem præfectũ. Ita cũ laudeamici suam excusauit somnolentiam.

Præfectus vigilans.

Rur-

28 Rursus euenit, vt interdiu dormiente Philippo, Græci qui multi simul ad ostium conuenerant, indignè ferrent, regemque incusarent, quòd ob illius somnolentiam nō statim admitterentur ad colloquium: hic Parmenio sic regi patrocinatus est: Ne mirem ini, inquit, si nunc dormit Philippus nam quum vos dormiretis, hic vigilabat: Significans Græcis negligenter rem gerentibus, Philippum illis fuisse præsidio.

Somnus excusatus.

29 Quemadmodum ipse fuit vrbanus, ita aliorum falsè dictis delectabatur? Itaque quū cantorem inter cœnandum vellet reprehendere, deque pulsu chordarum loqueretur: Dij, inquit, cantor, prohibeant ò rex, ne tu me melius hęc noris. Ciuiliter & sibi vindicauit de arte iudicium & regem non offendit meliorem illum iudicans, quàm vt cum musico defidibus contenderet.

De arte iudicet artifex.

Quin & asperius dicta, modo tempestiue, 30 æquo ferebat animo. Nam cum dissidium haberet cum Olympiade vxore, cumque Alexandro filio, Demaratum Corinthium ad senem entem percontatus est, quomodo inter Græcos inuicem conueniret. Hic Demaratus Scilicet, inquit, magnopere tibi curæ est Græcorum concordia, quum qui tibi sunt coniunctissimi, huiusmodi in te sint animo: Quid hic expectas, nisi vt rex, offensus Demarati libertate, iubeat illum ab oculis suis abduci? Imò quoniam Demarati sermo ab ira ad saniora consilia vocabat, Rex sese ad eius obiurgationem composuit positaq; ira rediit cum 31 suis in gratiam.

Admonitio libera.

Regum est audire ea.

Anui cuidam paupercułæ Philippum appellanti vt causam ipsius cognosceret, quum hac flagitatione frequenter obstreperet illi, respon-

respondit sibi non esse otium: cumque anus inclamasset, Proinde ne Rex quidem esse velis: Philippus admiratus aniculæ liberam vocem, non illi solùm præbuit aures, verū etiam alios audiuit. Hoc idem Latini tribuunt Adriano Imperatori.

Philippus quum audisset filium suum quo- 32
dā in loco scitè cecinisse, ciuiliter obiurgauit, *Artes re-*
dicēs: Nō te tui pudet, qui noris tā bellè cane- *ge indigna*
re? Significans alias artes esse rege dignio- *re.*
tes.

Idem in palæstra prolapsus, quum surgens 33
in puluere vidisset corporis vestigium: Papæ, *Ambitio.*
inquit, vt minimam terræ partem natura sortiti, orbem appetimus vniuersum? Vtinam hoc dictum inhæsisset animo filij, cuius ambitioni orbis fuit angustus.

Philippus Alexandrum filium obiurgans, 34
quòd largitionibus Macedonum beneuolentiam consectaretur, Quæ te, malùm, inquit, *Beneuolentia vsurpatio in istam spem induxit, vt eos tibi putes*
ratio in istam spem induxit, vt eos tibi putes *re parāda.*
fore fideles, quos pecunia corruperis? An tu id agis, vt Macedones te non regem suum, sed præbitorem putent?

Athenienses legationem ad Philippum mi- 35
serant. Ea benignè audita, vt humaniter di- *Lenitas.*
mitteret, iussit illos dicere, qua in re gratū facere posset Athenięnsibus: hic Demochares excipiens, Si teipsum, inquit, suspendas. Is Demochares vnus fuit è legatorum numero ob linguæ procaciā dictus parrhesiastes. Ob tam inhumanum responsum indignantibus regijs amicis, Philippus compescuit eos, iussitque vt Thersiten illum incolumen dimitterent. Tum ad cæteros legatos conuersus: Renunciate, inquit, Athenienśibus, multò superbiores esse, qui ista dicunt, quam qui impune dicta audiunt. Tales demum animi regno digni sunt.

ALEXANDER MAGNVS.

1 *Indoles agilis.*

In Philippi dictis nihil erat, quod præter vrbanitatem non etiam ad bonos mores conduceret: nec video quem Philippo iungamus congruentius quàm filium Alexandrum. Is puer etiam num, quum Philippus pater multa præclarè, feliciterque gereret, nequaquam eo gaudebat, sed ad pueros æquales ac collactaneos dicebat, Pater mihi nihil relicturus est. Illis contrà dicentibus, Imò hæc omnia tibi parat: Quid profuerit, inquit Alexander, si multa possidens, agam nihil? Iam tum cognoscas scintillam indolis ambitiosæ & irrequietę

2 *Regem regia decēt.*

Idem quum leuitate corporis, ac pedum celeritate polleret, patri hortanti vt in Olympijs stadium decurreret: Facerem, inquit, si reges habiturus essem concertatores. Et hic agnoscas excelsum, nec cuiquam facile cessurum in certamine laudis & imperij. Nondum erat, & tamen non dignabatur nisi cum Regibus committi.

3 *Adulterium.*

Quum puella multa nocte ad Alexandrum esset deducta, cum eo dormitura, rogauit Rex vbi fuisset tandiu: illa respondente, se expectasse donec maritus isset cubitum: ministros accitos acriter obiurgauit: Reducite, inquit, hanc; parum enim abfuit, quin vestra culpa fuerim factus adulter. Egregium castitatis exēplum, tum in iuuene, tum in Rege. Nam apud illos simplex stuprum pro nullo crimine habebatur. Apparet autem tum fuisse morem, qui adhuc durat in Italia, vt vxores secubarent à viris, nisi si quando vocarentur.

4 *Profusio.*

Alexandro puero Dijs largius facienti suffitū, ac subinde aditus accurrēti, Leonides eius pedagogus, qui tum aderat: Heus, puer, inquit, tum

tum largè facies suffitum, quum regionem deueneris, quæ tus gignit. Post quum eam regionem obtinuisset, memor eius dicti, hac sententia scripsit illi literas, Mitto tibi turis & casiæ talenta aliquot, nec posthac parcus sis erga Deos, quum non ignores nos potitos regione odores gignente.

Aupd Granicum Martem experturus, hortabatur Macedones, vt affatim pranderent, veluti postridie ex hostium commeatu cœnaturi. Præsens animus ac de belli euentu fidens, ac securus. 5 *Fiducia.*

Perillus vnus ex amicorum Alexandri numero, filiabus suis ab Alexandro dotem petiit: Iussit Rex illum capere talenta quinquaginta: quumque respondisset, decem satis esse: Tibi quidem, inquit, satis est tantum accipere: mihi verò non satis est tantum dare. Præclare dictum, nisi virtutis indolem ambitio vitiasset. 6 *Liberalitas.*

Anaxarcho philosopho iusserat quæstorem dare, quantuncunque ille postularet: cumque quæstor audita postulatione turbatus Alexandro indicasset, philosophum peteret centum talenta: Rectè, inquit, facit, sciens se amicum habere, qui tantum dare possit, & velit. Hic dubites, vtrum potius admirari oporteat, regiam ne liberalitatem in donando, an philosophi improbitatem in postulando, nisi malumus hanc vocare fiduciam. 7 *Liberalitas.*

Mileti quum vidisset multas statuas eorū, qui in Olympijs ac Pythijs vicerant, easque prægrandes? Et vbi, inquit, erant tam magna corpora, quum barbari vestram vrbem obsiderent? Salsè taxauit illorum stultam ambitionem, qui gloriarentur his, qui corporum magnitudine, viribusq; præstantes in ludicris certaminibus victoriam reportassent, quum 8 *Fortitudo intempestiua.*

in tantis periculis nulli fuissent, qui aduersus barbaros se tales præberent.

9 *Frugalitas.* Quum regina Carum Adas illud haberet studio, vt assiduò mitteret Alexãdro obsonia, bellariaq́ue per talium rerum architectos, coquosq́ue magna arte parata: Alexander ait, seipsum habere meliores obsoniorum artifices, ad prandium quidem nocturnum iter, ad cœnam verò tenue prandium.

10 *Barba bello inutiles* Quodam tempore quum omnibus ad prælium apparatis interrogaretur, nunquid aliud præter hęc fieri vellet: Nihil, inquit, nisi vt Macedonum barbæ radantur. Hoc dictum quid sibi vellet admirante Parmenione: An nescis, inquit, in prælio nullam ansam meliorem esse, quã barbã? significabat cominus esse pugnandum, in quo genere certaminis barbæ officiunt, quòd his milite facillimè possunt apprehendi.

11 *Monarchia.* Darius obtulit has conditiones Alexandro, vt ab ipso acciperet talentorum decem milia, & insuper Asiam secum ex æquo partiretur. Id quum recusaret Alexander: Ego, inquit Parmenio, accepissem, si Alexander essem. Et ego, inquit Alexander, si Parmenio essem. Dario verò hunc in modũ respondit: neque terram duos Soles, neq; Asiã duos Reges ferre posse. Et hic aĩ celsitudinẽ pbare possis, nisi dictum impotentiam quandam dominandi saperet.

12 *Interpretatio commoda.* Quum in Arbelis de rerum summa periclitaturus esset, conflicturus cum mille hominum millibus ad pugnandum instructis, adierunt illum milites aliquot ipsi bene volentes, deferebantq́ue cæteros q̃p in castris inter se miscerent sermones, conspirarentq́ue, ne quid prædæ in regium tentorium deportarent, sed ipsi totum in suum verterent lucrum. His auditis

ditis subrisit Alexander: Fausta, inquit, nuntiatis. Siquidem audio sermones virorum ad vincendũ, non ad fugiendũ aĩatorum. Nec illum fefellit diuinatio, plurimi nanq; milites Regẽ adiere dicentes. Bono animo esto Rex, neq; metuas hostium multitudinem, ne pædorem quidem nostrum ferre poterunt. *Prædæ contemptus.*

13 *Filij decorum qui.* In Ammonis templo quum à vate dictus esset Iouis filius: Nihil, inquit, mirũ: nam Iupiter omnium quidem natura pater est, sed ex iis optimos quosq; peculiariter suos facit. Mendacissimè interpretatus est oraculum. nam vates per adulationem dixit illum filium Iouis, quasi sic è Ioue prognatus esset, quemadmodum Hercules creditus est esse Iouis filius. Alexander fassus est Iouem natura autorẽ ac parentem esse oĩum, sed eos demum peculiariter pro suis filiis agnoscere, qui virtute ac præclarè gestis proximè ad diuinam naturam accederent. Ea est omnibus benefacere.

14 *Modestè.* Quum in bello eius esset illi sagitta vulneratum, multiq́ue accurrerent, qui ipsum frequenter Deum appellare consueuerant, exporrecta, hilariq́ue fronte ad Homeri carmen alludens, dixit: Hic sanguis est, quem videtis, liquoq́ue qualis diuis solet emanare beatis. Nimirum irridens adulatorum vanitatem, quum ipsa res declararet ipsum nihil aliud esse quàm hominem.

15 *Hypocrisis.* Nonnullis Antipatri frugalitatem laudantibus, q̃p alienam ab omnibus delitijs austerãq́ue vitam ageret: Foris, inquit, Antipater albo vtitur pallio, intus verò totus est purpureus. Notans fictam illius parsimoniam, quum esset alioqui ambitiosissimus.

16 *Parsimonia.* Quum hyeme frigidoq́ue cœlo apud amicum quẽdã conuiuio acciperetur, videretq; fo-

culum exiguum & ignis pusillum: Aut ligna, inquit, inferte, aut tus: Subnotans conuiuatorem lignis suis parcere, perinde quasi tus essent, quum in rigore tanto nec turi parcendū esset: simul satis esse ignis ad faciendum sufficitum diis, at parum ad depellendum frigus.

18 *Continentia.* Quum apud Antipatridem cœnaret, isque ad cœnam formosam psaltriam induxisset, Alexāder aspectu motus in illam exarsit: mox rogauit Antipatridem, nunquid ipse mulieris amore teneretur: illo confitente: O sceleste, inquit, non tu protinus abduces è conuiuio, mulierem? Quantum ille animus aberat à construpanda aliena vxore, qui tantopere sibi metuit ab amica hospitis?

19 *Coutinentia.* Rursum quum Cassander Pythonem Enijtib cinis amasium per vim osculari vellet, idque Euium ægrè ferentem sensisset Alexander, iratus exilijt in Cassandrum clamans, Ita ne per nos ne amare quidem quicquam licebit? Non satis erat Regi, si seipsum præstaret continentem, nisi & præfectos haberet sui similes. Quando autem passus fuisset à suis per vim construprari filiam aut vxorem honesti ciuis, qui tibicini suos amores etiam ab osculo voluit esse inuiolatos? Denique quod duces peccarent, arbitratus est ad se pertinere.

20 *Ciuiliter.* Quum è Macedonum numero ad mare remitteret valetudinarios ac mutilos, debilesque, proditus est quidam, qui se inter ægrotos ascripserat, quum non ægrotaret. Is quum ad Alexandri conspectum adductus esset, & examinatus fateretur, se morbum prætexuisse ob amorem Telesippæ, quæ ad mare fuerat profecta: percontatus est Alexander, cui negotium retrahendæ ad exercitum Telesippæ

pę delegaretur. Cæterùm vt cognouit eam esse liberā: Persuadeamus igitur, inquit, ò Antigenes Telesippæ, vt nobiscum maneat. Nam vim admouere liberę, non est nostrum. Sic induxit amori strenui militis, quem in exercitu retinere cupiebat, vt ingenuam mulierem redire nollet nisi persuasam.

Cùm Græci qui apud hostes stipendium faciebant, venissent in potestatem Alexandri Athenienses quidem iussit in compendibus seruari, quòd quum ex publico stipendium haberent, tamen apud hostes meruissent: similiter & Thessalos, quòd regionem optimam nacti, non eam colerent: Thebanos verò dimisit, dicens, His per nos nihil est reliquum, neque ciuitas, neque agri. Ita moderatus est pœnam, vt mortem commeritis non indiceret nisi vincula, & culpam eorum qui necessitatem excusare poterant, in se transtulit. 21 *Moderatio pœna.*

Ex Indis quendam sagittandi arte cum primis celebrem, adeò vt etiam per anulum sagittam mittere diceretur, quum in bello cepisset, iussit artis suæ specimen edere: recusantem iratus Rex necari iussit. Quum duceretur homo dixit his, a quibus ducebatur, se multis diebus non exercuisse artem, eoque timuisse, ne aberraret. Id vbi renunciatum est Alexandro, quòd non contumacia, sed ignominiæ metu recusasset, admiratus ingenium gloriæ studiosum, dimisit illum donatum, eo quòd mortem oppetere maluisset, quàm fama sua videri indignus. Hic apparet non omnino vanum esse quod prouerbio iactatum est, Simile simili esse amicum. Alexander glorię supra modum, appetens similem affectum in aliis amabat. 22 *Gloria vitæ charior*

Taxiles vnus è numero Regum Indiæ, oc- 23

Certamen verè regiũ

currens Alexandro, sic illum affatus est: Tu uo co te, inquit, non ad pugnam neq; ad bellum, sed ad aliud certaminis genus? Si inferior es, à nobis accipe beneficium: sin superior, nobis benefacito. Cui Alexander: Atqui, inquit, ob hoc ipsum inter nos certandum est, vter benefaciendo superet alterum. Et humanissime complexus illum, non solùm non spoliauit ditione, sed auxit etiam.

Viri fortis fiducia.

24 Cùm audisset de rupe quadã apud Indos, quæ ob sublimitatem velut auibus inaccessa ἄορνος dicitur, quòd ipse quidem locus expugnatu difficilis esset, sed qui eum teneret formidolosus: Nunc, inquit, locus captu facilis est significans nihil prodesse munimenta, nisi vir fortis ea tueatur. Arx enim non tam fossis ac muris tuta est, quàm viris.

Fides in deditum.

25 Cùm alius quidam rupem teneret inexpugnabilem, vt putabatur, semet Alexandro dedit. At Alexander non solũ eius ditionis principem esse iussit, verum etiam addidit, dicẽs, Hic homo mihi videtur sapere: melius est bono viro concredere, quàm loco munito.

Herculem contempsit Alexãder.

26 Rupe capta quum amici dicerent illũ egregiis gestis Herculem superasse: At ego, inquit, meas res gestas in imperio, ne verbo quidem cum his, quæ gessit Hercules, arbitror conferẽdas. Adulabantur illi, sed huius animo nulla satisfaciebat adulatio.

27 Quosdam ex amicis mulctauit, quòd in ludo aleæ sensisset eos non ludere. Siquidem multi sunt, qui in hoc ludo velut in re maxime seria versantur. Non enim ludunt, qui fortunas suas omnes, interdum & liberos, aleæ permittunt arbitrio.

28 Inter amicos quos habebat præcipuos ac potentissimos, omnium maximè videbatur honora-

Amicus.

honorare Craterum, sed omnium maximè diligere Hephæstionem: Craterus enim, inquit amat Regem, Hephæstion amat Alexandrum. Id Græcè iucundiùs dicitur, φιλοβασιλεὺς, & φιλαλέξανδρος. Sentiens Craterum in his quæ ad regiam dignitatem attinebant, præstare fidum amicum, Hephæstionem priuato quodam affectu diligere Alexandrum. Pariter itaque, licèt dissimiliter amantibus, diuersa ratione persoluit præmium: Craterum ornauit dignitate. Hephæstionem ad intimam admisit familiaritatem.

Liberalitas.

Xenocrati philosopho quinquaginta talenta dono misit: ea quum ille recusasset accipere, dicens sibi non esse opus, interrogauit, an ne amicum quidem vllum haberet, cui esset opus: Nam mihi, inquit, vix Darij opes in amicos sufficerunt. Hic vtrius animum magis admirari conueniat, nondum statui, regisne tã ad liberalitatem propensum, an philosophi, qui tantum munus à tanto rege vltrò delatum remiserit.

Regaliter.

Porus rex ab Alexandro deuictus, quum ab eo post pugnam rogaretur dicente, Quomodo te tractabo? Regaliter, ait: Rursus subiicienti Alexãdro, Num quid etiam aliud? Omnia, inquit Porus, complectitur hoc verbum, Regaliter. Alexander & prudentiam, & fortitudinem viri admiratus, latiorem ditionẽ illi addidit ea quam prius obtinuerat. Supplici & ad pedes abiecto minus concessisset. Adeo diligebat animosus iuuenis impauidos animos. Q. Curtius aliquanto secus narrat. Interrogatus Porus quid ipse victorem statuere debere censeret: Quod hic, inquit, dies tibi suadet, quo expertus es, quàm esset caduca felici-

felicitas. Submouit regem, vt modeste sua fortuna vteretur, memor ipsi posse accidere, quæ acciderat Poro.

32 Animo ve regio. Cùm accepisset esse quendam qui conuitijs ipsum impeteret: Regium est, inquit, quum facias bene, audire male. Nihil hoc dicto generosius: quanquam idem & alijs ascribitur:

32 Morti proximus ad amicos respiciés dixit, Magnum epitaphium video futurum: præsentiens res ab ipso gestas multorum eloquentia celebrandas. Nec eum sua fefellit diuinatio.

33 Cum Darij filias haberet captiuas, demissis oculis eas salutabat, idque rarò, sibi metuens ab illarum insigni forma. Apud familiares autem dicere solet, Dolores oculorum sunt Persicæ puellæ.

34 Artes. Edicto vetuit, ne à quoquam pingeretur præterquàm ab Apelle, aut à quoquam ære sculperetur præterquàm à Lysippo, artificibus illius ætatis præstantissimis. Nam hoc quoque iudicabat ad principis dignitatem pertinere. Cũ Cherylo poeta pactus erat, vt pro vnoquoque bono versu Philippicum acciperet aureũ, pro malo colaphum.

35 Liberalitas. Idem interrogatus vbi suos reconderet thesauros: Apud amicos, inquit, significans facultates nusquam reponi tutius. Cum enim res postulat, redeunt ad te cum fœnore.

36 Praco rerum gestarum. Cum nuncius quidam gaudio gestiens, porrectaque manu accurreret, rem prosperè gestam narraturus, Quid mihi bone vir magni nuntiabis, nisi nunties Homerum reuixisse? Significans omnium præclare gestorum gloriam abolendam, nisi contingeret talis præco, qualis fuit Homerus.

37 Ciuitas quædam vt ab armis Alexandri, quietem haberet, obtulit illi partem agrorũ, & prę-

& prę terea rerum omnium dimidium. Cui sic respondit, Hoc animo veni in Asiam, non vt acciperem, quod dedisses, sed vt vos haberetis, quod reliquissem.

Alexander habebat Eudæmonicum philosophum, sed quouis parasito adulatiorem. Hic quum aliquando tonaret vehementer, adeò vt omnes expauescerent, dixit Alexandro, Quin tu tale quippiam facis Alexander fili Iouis? At ille non ferens tam abiecti philosophi vocem, rideas ait, Nolo enim formidabilis esse, quemadmodum tu me doces, qui Satraparum ac regum capita me iubes super cœnam apponere. Sic Athenæus. Plutarchus in vita secus aliquanto, Quid mihi succenses, quòd pisces apponam in conuiuio, ac non potius Satraparum capita?

37 Adulatio.

Alexãder quum hyeme duceret exercitum assidens igni, recognoscere prætereuntis copias cœpit: quumque videret senem quendam horrentem frigore, & ad ignem stantem, considere loco suo iussit, dicens, Si in Perside natus esses, in regia sella sedere tibi capitale foret: in Macedonia nato conceditur.

39 Ciuiliter.

Alexander etiamnum adolescens videns patrem Philippum equum præferocem, nec vllum sessorem tergo patientem, velut inutilem ab ectum ire: Qualem, inquit equum isti perdunt, dum illo per imperitiam ac molliciem vti nesciunt. Cumque mira arte sine verberibus tractasset equum, tandem conscensum ad cursum admisisset, tum calcibus vsus est: ac molliter flexis habenis quum equum reduxisset, descendentis caput exosculatus pater: Aliud, inquit, ò fili tibi par regnum quære, quando iam te non capit Macedonia. Præsagiit vir prudens tam excelsæ indoli non sufficturam

40 Indoles ex celsa.

fecturam paternam ditionem. Sed equus ille nos admonet, multa bene nata ingenia perire vitio instituentium, qui ferè nesciunt imperare, nisi ex equis generosis reddiderint asinos.

41 *Pietas in præceptorē.* Idem Aristotelem, cui puer formandus fuerat traditus, summa veneratione prosequebatur, dicens, se illi non minus quàm patri debere, quòd à patre viuendi, à præceptore bene viuendi initium accepisset.

42 *Animose.* Quum pirata captus ad ipsum deductus esset, rogatus, qua re fretus auderet infestare maria, compendio respondit: Ego, inquit, quoniam id vnico nauigiolo facio, pirata nominor: tu cùm idem facias magna classe, rex appellaris. Alexãder admiratus intrepidum animum, donauit illi vitam.

43 *Oraculum* Idem Delphos profectus, quum sacerdos negaret se consulturam Deum, quòd dies essent nefasti, quibus ne oraculis quidem loqui phas esset: vi pertracta secum sacerdote templum ascendit, cumque illa importunitate victa diceret, Inuictus es ò fili: Satis, inquit Alexander, oraculi est: mulieris vocem responsio loco ducens.

44 *Fiduciæ euentus.* Posteaquam in expeditionem profectus regias opes penè omnes in milites ac duces distribuisset, roganti Perdicæ, Quid tibi nunc rex supereſt? Spes, inquit: Hic Perdicca: Hæc, inquit, nobis commilitonibus tuis futura communis est, & prædium quod ipsi designarat Alexander, recusauit, Tanta erat fiducia bene succesturam expeditionem.

45 *Iudex incorruptus.* Idem initio quum in causis capitalibus sederet iudex, accusatori alteram aurem occludebat, rogatus quur id faceret: Alteram, inquit, integram seruo reo.

46 Quum Philoxenus classis præfectus Alexandro

xandro scripsisset, Tarentinum quendã Theodorum esse apud se, pueros habẽtẽ insigni forma venales, si vellet emere: indignè tulit, apud æquales subinde clamitans, Quid in me Philoxenus tam obscœnum animaduertit, vt mihi tantum probri conciliaret? 57

Integritas In Callisthenem nequaquam sese accommodantem aulæ regiæ moribus, sed & dictis & gestu præ se ferentem nihil sibi placere, dixit hunc versiculum.

Seruire tẽ pori.

Μιτῶ σοφιστὴν ὃς τις ἐκ ἀυτου σοφὸς, id est *Sapientem ego odi, qui sibi sapit nihil.*

58 *Exemplũ ducis.* Nisam expugnaturus, quum videret milites deterreri fluminis, quod ciuitatem præterlabitur, profunditate, exilijt, O me omnium deterrimum exclamans, qui natare non didicerim: moxque clypeo pro subere innixus, primus tranauit.

59 *Præcipua bona.* Ilium profectus Achillis statuam coronans, O te felicem, inquit Achilles, cui viuo talis amicus, mortuo talis contigerit præco. De Patroclo loquens & Homero, quorum ille fidissimus Acchilli fuit amicus, hic defunctũ Iliade tota celebrauit.

60 *Quæ nos admonent mortalitatis.* Duabus potissimum rebus, quum Deus à multis prædicaretur, se quòd mortalis esset, deprehendere dicebat, somno & coitu, quòd hæc præcipue proderent humani corporis imbecillitatem, ad cætera inuictus erat. Somnus enim mortis imago est, & coitus species est morbi comitialis.

61 *Delitiæ indignæ principe.* Darij regiam ingressus, quum vidisset sublime cubiculum, & in eo stratum mensas, cæteraque omnia mirifico ornatu instructa, Hoc, inquit, erat regium huiusmodi deliciis indulgere.

62 Idẽ lectũ ingressꝰ excussis accuratè pallijs discere

cere solet, Nunquid hic delicatum aut superfluum mater addidit? Adeò abhorrebat à muliebribus delitijs.

53 *Literarũ amor.* Quum delato ad ipsum scriniolo, quo nihil inter opes Darij pretiosius, pulchriusve repertum est, quæreretur, in quem vsum destinandum esset: alijs aliud suadentibus, dixit, Huic optimè seruandus dabitur Homerus: Sentiens nullum esse thesaurum illo preciosiorem. Ita visum est iuueni, qui se totum ad exempiar Achillis componebat.

54 *Ingenuè.* Idem hortante Parmenione, vt noctu hostem adoriretur, alioqui summum fore discrimen, si palàm cum tanta multitudine Martẽ experiretur. Siquidem ex fragore procul velut è pelago resonante, coniectabant immensum esse numerum, Nõ furor, inquit, victoriã recusans tenebrarum præsidio vincere.

Quum legisset prolixam epistolam ab Antipatro scriptam, in qua multæ inerant aduersus Olimpiadem calumniæ: Ignorare videtur,

55 *Matris lacryma.* inquit, Antipater quòd vna matris lacryma multas delebit epistolas.

56 *Candidè.* Quum sensisset sororem suam cum iuuene quodam eleganti forma consuetudinem agere, nihil offensus est: sed dixit, concedendum esse, vt illa quoque aliqua ex parte regno frueretur. Multum dissentiens ab animo Cæsaris Augusti, qui nihil acerbius tulit, quàm filiæ neptumque lasciuiam.

57 *Ambitio insatiabilis.* Quum audisset Anaxagoram disserentem, innumerabiles esse mundos, illachrymasse dicitur. Rogantibus nunquid accidisset lachrymis dignum, An non videor, inquit, merito flere, qui quum mundi sint innumerabiles, nos nondum vnius domini facti sumus?

Phi-

Philippus à Triballis in prælio vulneratus est femore lancea traiecto: opera chirurgi liberatus periculo mortis, dolebat claudicationis deformitatem contractam manere. Cui Alexander: Ne vereatis, inquit, in publicum prodire, sed gradum mouens virtutis tuæ potius memineris: Hoc & alijs ascribitur. 58

Si quando in colloquijs aut conuiuijs incidisset contentio de carminibus Homeri, aliis alia præferentibus, hoc vnicè probauit Alexander: 59 *Comparatio carminum Homericorum*

Ἀμφότερον βασιλεὺς τ'ἀζαθὸς, κρατερός τ'αἰχμητὴς: id est, *Iliad. 8.*

Dux bonus atque idẽ validus pugnator in armis.

Addebat Homerũ hoc versu virtutẽ Agamẽnonis prædicasse, Alexandri vaticinatum esse.

Quum transmisso Hellesponto Troiam intuiseret, veterum heroum res gestas animo re- 60 *Musica dõna duce.*
uoluens, quidam: si vellet, pollicitus est se Paridis lyram daturum. Huic Alexãder: Minime, inquit illa mihi est opus, quum Achillis lyrã habeam. Hac vir strenuus fortium virorum laudes canere consueuit, quum Paris sua lyra molles ac lasciuos modulos incineret.

Quodam tempore Darij mulieres inuisit 61 *Humani-*
vnà cum Hephæstione. Hunc quum esset eodẽ *ornatu*
ornatu quo rex, corpore etiam maior, Syngã- *ter.*
bris Darij mater pro rege adorauit. Eadem quum ex nutibus adstantium intellexisset errorem suum, perturbata denuo salutauit Alexandrum. Tum Alexander, nihil est ò mater quod turberis. Nam & hic Alexander est. Sentiens amicum esse alterum Alexandrum.

Cum in Hammonis templum venisset, sa- 62
cerdos grãdæuus illum salutauit, Salue fili, & *Adulatio.*
hanc appellationẽ à deo habeas. Tum Alexã-

Accipio

Accipio eam ò pater, & posthac patiar tuus dici, si mihi totius orbis dominium concesseris. Sacerdos recipit se intro, & quasi consulto deo respondit, Iouem certò promittere, quod peteret. Hic Alexander, Scire cupio, num quis supsit inultus eorum, qui patrem meum interfecerunt. Ad hæc sacerdos: Philippi, inquit, interfectores omnes dedere pœnas, sed patri tuo nemo mortalium potest tendere insidias: significans illum esse Iouis, non Philippi filium.

63 Cum Darius numerosissimum exercitum instruxisset, Alexander profundissimo somno correptus est adeò vt nec interdiu potuerit expergisci: tandem imminente periculo, amicis ingressis Regem excitarunt: qui quum diceret se mirari in eo rerum statu tantam Regis securitatem: Magna, inquit Alexander, animi molestia me Darius liberauit, quiquires suas omnes in vnum contraxit, vt liceat vno die de summa rerum decernere. *Animose.*

64 Alexandro Magno Corinthij per legatos ius suæ ciuitatis detulerunt. Hoc officij genus quum risisset Alexander,, quidam è legatis, Nulli, inquit, ciuitatem vnquam donauimus, præterquam tibi & Herculi. Hoc audito lubens accepit oblatum honorem, quem illi cõmendabat partim raritas, partim cum Herculi laudatissimo viro societas.

65 Dum in obsidione cuiusdã vrbis infirmissima mœnium quærit, sagitta ictus est, nec tamen ab instituto destitit: mox quum represso sanguine sicci vulneris dolor cresceret, & crus equo suspensum paulatim obtorpuisset, coactus quod cœperat omittere, ac chirurgum accersere: Oés inquit, me prædicant Iouis esse filium, sed vulnus hoc hominẽ esse me clamat.

66 Zenophãtus certis modis Alexãdũ ad arma solet

solet concitare. Eam musices vim admirantibus cunctis, quidã ait, Si tantus artifex est, incinat modulos, quibus illum à bellis reuocet. Sentiens non esse magnæ artis hominem eò perpellere, quò suapte natura pronus est.

ANTIGONVS REX MACEDON. 1

Antigonus in extorquendis pecuniis acerat, ac rigidus. Cuidam itaque dicenti, At nõ talis fuit Alexander: Merito, inquit: nam ille metebat Asiam, ego culmos lego. Sentiens opulentissimam Asiam prius ab illo spoliatam, sibi à spoliatis corradendum quod posset. *Festiuiter.*

Milites quosdam videns thoracibus & galeis indutos sphæra ludere, delectatus est hoc spectaculo, ac duces illos accersi iubet, vt eos coram illis laudaret: verùm vbi nunciatum esset duces bibere, præfecturas illorum militibus dedit, qui sphæra luserant armati, simul & ducum ignauiam puniens, & militum strenuitatem honorans. 2 *Seuerè.*

Cum omnes admirarentur, q̃ quum initio regni durior fuisset, senex factus clementer ac placidè regnũ gubernaret: Prius, inquit, opus erat regno, nunc gloria & beneuolentia. Sentiens regnum armis & austeritate frequenter parari, sed nõ nisi honesta opinione, ciuiumque beneuolentia retineri. 3 *Regni stabilitas.*

Idem filio Philippo multis præsentibus pontanti ac dicenti, Quando castra mouebimus? Quid, inquit? num metuis, ne solus tubam non audias? Notans adolescentis imperitiam, qui hoc patrem multis audientibus percontaretur, quum in bello cœlanda sint consilia principum: sed quoties castra mouẽda sunt, tum omnibus tuba dat signum. 4 *Silentium in bello.*

Cũ adolescens instituisset, vt hospitiũ nanci 5

sceretur apud viduam treis habentem forma decente filias, accito hospitiis designandis præfecto, Non expelles, inquit, filium meum ex loci angustia? Non prodidit adolescentis affectum, qui sciebat illum captare, quod amaret, sed excusauit ædium angustiam, in quibus vidua cum tribus filiabus ageret. *Astè.*

6 A graui morbo posteaquàm conualuerat, Nihilo peius est, inquit: siquidem hic morbus submonuit nos, ne animo efferamur, quum simus mortales. Quis docuerat ethnicum regé philosophiam Christiano dignam animo? Deplorabant amici ceu magnum malum, q̃ tam grauiter ægrotasset: ille interpretatus est ex morbo plus accessisse boni quàm mali. Corpus extenuarat, sed animum reddidit modestiorem: corporis robori nonnihil detraxerat, sed animo detraxit insolentiam, morbum longè periculosissimum. Proinde non pessimè res habet, quum leuior morbus arcet, pellitve maiorem. *Morbus vtilis.*

7 Hermodotus Antigonum in carmine scripserat Iouis filium. Is hoc legens, Istius, inquit, rei nequaquam mihi conscius fuit Lasanophorus ille: perquàm facetè ridens poeticam adulationem, pariq̃ modestia sui generis humilitatem agnoscens. Lasanum autem matula fictilis est. Quòd si Iouis erat filius, ea res hactenus fefellerat & seruum matulam in cubiculo ferre solitum, & Antigonum filium. *Modestè.*

8 Quodam dicente, omnia regibus honesta iustaq̃; esse, Sunt per Iouem, inquit, barbarorũ duntaxat regibus. at nobis ea duntaxat honesta sunt, q̃ honesta sunt, & ea nũ iusta, q̃ iusta sunt. Grauiter retudit adulteratricẽ vocẽ, volétis omnia licere regibus. Non enim rex est honesti iustiq̃ regula, sed honesti iust q̃ que *Regibus honesta tantum licẽt.*

minister est. Atque vtinam similes voces non audiant Christianorum aures: aut si audiant, simili seueritate reiciant.

Frater Antigoni Marsas litem habebat, sed à rege postulabat, vt causa domi cognosceretur. Cui Antigonus, Si nihil, inquit, præter ius agimus, melius fiet in foro, cunctisq̃ audiétibus. Non impetrauit hoc à rege fraternus affectus, vt vel tantillum de iure concederet. Ipsum autem hoc dilemmate constrinxit: Si iniustam causam habere te scis, quur litigas? sin iustam, quur fugis hominum conscientiam, & ad domesticas latebras rem fori pertrahis, non cariturus sinistra ciuium suspitione, etiam si bonam causam vicetis? 9 *Seuerè.*

Quum aliquando tempore hyberno compulisset castra transferri in locum, vbi nõ erat rerum necessariarum copia, atque hac de causa milites quidam in regem maledicta congerent, ignari ipsum esse in proximo, virga tentorii vela diduxit: Flebitis, inquit, ni longius semoti de me malè loquamini. Quid hac facetia clementius, aut quid hac clementia facetius? Simulabat se non indignari, quòd male de ipso loquerentur, sed quòd tam vicini, vt exaudiri possent ab eo, cui maledicebant. 10 *Bonitas.*

Aristodemo qui vnus ex amicorum regiorum numero fuit, è coquo, vt putabatur, propugnatus, suadenti vt impendiis ac largitionibus aliquid detraheret, Verba tua, inquit, Aristodeme ius olent: Subindicans coquorum esse parsimoniam, non regum: proinde illum tali consilio non meminisse cuius esset amicus, sed quo esset patre natus. 11 *Liberalitas regũ.*

Quum Athenienses seruum Antigoni honoris gratia perinde vt ingenuum in ciuium numerum ascripsissent: Nequaquam, inquit, 12 *Seuerè.*

quit, velim vnum Athenienſem à me loris cę di : ſignificans per illos factum, vt vnum ciuem Athenienſem poſſet loris cædere, quippe ſeruum ; ſed Athenis eſſe plures vno commeritos, vt à Rege loris cæderentur, qui ſeruum alienum, quod in ipſis fuit, manumitterent.

13 *Oratio aliena.* Adoleſcens quidam Anaximenis rhetoris diſcipulos, orationem à præceptore meditatã, & ad eam recitandam ſubornatus, coram Antigono habebat: cumq; is inter audiendũ qdam ſcire cupiens ſciſcitaretur, moxq; adoleſcens reticuiſſet: Quid ais, inquit Antigonus, num iſta tibi ſunt in tabulis deſcripta? Quod ille in adoleſcente iudicauit abſurdum, hoc hodie magnificũ habetur, vt ſenes etiã apud principes orationem à rhetore quopiam conducto ſex menſibus elaboratam ediſcant, eáque pſitacorum more reddant. Nec raro fit, vt nemine etiam interpellante, ſibi excidant, cunctisq; ridiculi ſint.

14 *Verba affectata.* Alterum quendam rheterem audiens ita loquentem, Hora nimium iaculatrix aduenienis, regionẽ herbis defectã reddidit: Nõ de fines, inquit, mecũ, vt cũ turba agere? Offenſus eſt rex oratione nimis elaborata, cuiuſmodi verborum apparatu ſolent ſe vẽditare rhetores apud imperitam multitudinem. At idem apud regem facere, erat illius abuti patientia. Qũm autem affectata ſermonis ſtructura, Latinè non perinde poteſt exprimi, Græca ponam χιονοβόλος ἡ ὥρα γενομένη, λειποβοτανεῖν, ἐποίησε τὴν χώραν. Pro χιονοβόλος ἡ ὥρα dicere poterat hiems, & λειποβοτανεῖν verbũ eſt affectatum, vnáq; poetæ concedendum.

15 *Facetè.* Thraſyllo Cynico petenti drachmam : Nõ eſt, inquit, munus regium. Cynico ſubiicienti, Talentium igitur da; At non eſt, inquit, Cynicum, tale munus accipere. Vtroque cornu repulit poſtulatoris improbitatem, quem exiſtimabat nullo dignum beneficio.

Quum mitteret filium ſuum Demetriũ cũ numeroſa claſſe, magnaq; militũ vi ad Græcos liberandos, dicebat, gloriam à Græcia velut à ſpecula in orbem terrarũ accendi: iuuenem gloriæ ſtudio extimulans, vti ſtrenuè ẽ gereret, quòd eius laudis rumor nõ intra Græciæ fines eſſet continendus, ſed ob Græci nominis celebritatem, per omnes mundi plagas dimanaturus. 16 *Gloria ſtimulus.*

Antagoram poetam in tentorio, congrum coquẽtem, atque ipſum patellam verſantem deprehẽdit. Antigonus à tergo ſtans, eiq; dixit, Putas ne o Antagora. Homerum quum Agamemnonis res geſtas ſcriberet, coxiſſe cõgrũ? Cõtra hęc Anaxagoras, Et tu rex, putasne Agamemnonem cũ illas res gereret, fuiſſe curioſum, ſi quis in exercitu congrum coqueret? æquo animo Rex tulit ioci talionem, quaſi inter pares res ageretur. 17

Antigonus amicis ſuadentibus, vt ſi Athenas caperet, validis illã præſidiis communiret, ne quando deficeret, ſummaq; cura vt potius Græciæ baſim cuſtodiret, reſpondit, ſe ſemper in hac fuiſſe ſentẽtia, vt et ederet nullum eſſe regni præſidium firmius, quàm ciuiũ beneuolentiam. 19 *Clemẽter.*

Idem vbi audiuit Reges in ipſius exitium conſpiraſſe, inſolentiſſimè reſpondit, ſe illos omnes velut aues ſemina legentes vno lapide vnoque clamore diſturbaturum. 20 *Inſolẽter.*

Quum Antigonus in arduis ac præruptis locis planiciei imminẽtibus exercitũ haberet, Pyrrhus poſitis circa Napliã caſtris, poſtridie per caduceatorem, vt in campũ deſcendens 21 *Nõ ſemper pugnandũ.*

Martem experiretur: prouocauit. Antigonus verò respondit, suam militiam non magis armorum quàm temporum esse: Pyrrho, si illũ suæ vitæ tædium cepisset, satis multas ad interitum vias patere.

22 Antigonus interrogatus, quem è suæ ætatis ducibus præstantissimum iudicaret, respondit, Pyrrhum, si senescceret Non pronunciauit optimum, sed optimum fore, si rerum experientiam ætas adiungeret.

Felicitas timidos facit.

23 Idem videns militum quẽdam alioqui strenuum, & ad pericula promptum, parum bene affecto corpore, rogauit quid palleret: illo confessio morbum occultum, iussit medicis, vt si quà fieri posset, adhiberent remedia. At miles iam morbo liber cœpit detrectare pugnam, minusque promptè semet obijcere periculis. Rex admiratus interrogauit illum, quę nam esset mutati animi causa. Tum miles, Tu ipse, inquit, in causa fuisti: quum afflictè viuerem, non magnopere metuebam tali vitæ: nunc quum tua opera mihi vita facta est chartor, magis caueo, ne pereat.

Bellum iniustum.

24 Antigonus senior sophistę cuidam librum de iustitia conscriptum porrigenti, Desipis, inquit, qui quum me videas alienas vrbes armis vexantem, tamen apud me de iustitia disseris. Sensit eos, qui ditionis ampliandæ, gloriæve causa bellum inferunt alienis ciuitatibus, non posse tueri iustitiæ leges.

25 Antigonus senior quum frequenter Biantem molestè flagitantem tulisset, tandem victus tædio, Date, inquit, Bianti talentum, vel vi: Sentiens beneficium non impetratum, sed improbitate extortum.

26 Antigonus quum nocte quadam quosdam è militibus suis exaudisset omnia mala imprecantes

precantes Regi, qui ipsos in illud iter & inextricabile lutum induxisset, accessit ad eos, qui maximè laborabant: eos quum ignorantes à quo adiuuarentur, explicuisset: Nunc, inquit, maledicite Antigono, cuius vitio in has miserias incidistis: sed ei bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit. Hac vindicta contentus erat Regis verè excelsus animus.

Idem quum in paruulo quodam castello Græci obsiderentur, ac fiducia loci contemnẽtes hostem, multa in deformitatem Antigoni iocarentur, & nunc staturam humilem, nunc collisum nasum deriderent: Gaudeo, inquit, & aliquid boni spero, qñ in castris meis Silenum habeo. Cũ hos dicaces fames domuisset, qđ captis facere mos est, videlicet vt qui bello sunt vtiles, in cohortes describantur, cęteri pconio subiiciãtur, negauit se vel id facturum fuisse, nisi expediret his dominum habere, q tam malam haberent linguam. Hoc idem arbitror esse cum eo quod refert Plutarchus, nisi quòd aliquod commemoratur à Seneca. 27

Iocari in seipsum.

Idem quum accepisset instrumentum præ grandibus literis descriptum, Hæ, inquit vel cœco perspicuę sunt: iocans in vitium oculorum. Erat enim luscus Idem alius magno capitis sui periculo dixisset, qđ vsu venit Theocrito Chio, de quo posteà dicetur. 28

Iam vt cum Græcis vicunque paria faciamus, Alexandro Iuliũ Cæsarem, Philippo Augustum, Antigono M. Tullium obiiciemus.

OCTAVIVS CÆSAR AVGVST.

Proditio grata.

Quum in conuiuio Rhœmitales Thracum rex, qui ab Antonio ad Augustum descciuerat, insolentius iactaret sua erga Cæsarem merita, ac fine fine exprobrans belli societatem, molestus esset, Cæsar dissimulata illius petu-

lantia, alteri cuidam Regum propinans dixit Proditionem amo, proditores non laudo: Significans his qui proditione proferunt, nihil deberi gratiæ: licet enim officium quod præstant, pro tempore gratum est, ipsi tamen habentur pro malis ac fœdifragis.

2 Quum Alexandrini post vrbem vi captam *Clementer.* extrema se passuros existimarent, Augustus suggestum conscēdit, adiuncto sibi Ario Alexandrino, dixit se ciuitati parcere, primū ꝓpter ipsius magnitudinem ac pulchritudinē, dein propter Alexandrum Magnum eius vrbis conditorē, postremò in gratiam Arij amici. Raræ cuiusdam clementiæ fuit, non diripere ciuitatem, quę pertinacissimè rebellarat: sed non minus laudis merebatur illa ciuilitas, quòd huius beneficii gratiam nō sibi vindicauit, sed vnam præcipuamq; partem ipsi concessit vrbi, alteram tribuit Alexandro, cuius memoriē sciebat apud Alexandrinos esse gratiosissimam, tertiam transtulit in Arium, eius ciuitatis ciuem, amicū tanto titulo suis commendans.

3 Quū ad Augustum delatū esset, Erotem Æ- *Seuere.* gypti procuratorem emisse coturnicem, in pugna superantem omnes, ac prorsus inuictā, eamq; assam deuorasse: iussit acciri hominē. discussa caussa confessum malo nauis affigi iussit: vita iudicans indignum, qui ob tantillā gulæ voluptatē non pepercisset aui, quæ pugnando diu multisq; potuisset esse voluptati: prēterea quæ læto quodam omine Cæsari perpetuam in bellis prosperitatē portēderet.

4 In Sicilia pro Theodoro Ariū ꝓfectū insti- *Lepide.* tuit: sed quū Cæsari quidā libellū porrexit, in quo scriptū erat, Caluus Theodorus Tarsensis fur erat, quid tibi videtur? lecto eo.

nihil

nihil aliud subscripsit, quàm, Videtur.

Athenodoro Philosopho causatione senectutis flagitanti vt sibi liceret redire domum, Augustus concessit. Atquum ille Cæsari dixisset, Vale, volens aliquod philosopho dignum monumentum apud illum deponere, adiecit: Cæsar quum fueris iratus, ne quid dixeris fecerisve, priusquam Græcarum literarum 24. nomina apud te recensueris. Cæsar autem philosophi dexteram amplexus: Adhuc, inquit, te prēsente mihi opus est, totumq; etiam annum apud se detinuit, dicens illud Græcorum prouerbium, Silentij sunt tuta fidi præmia: siue approbans philosophi dictum, quod tutum esset iram prēmere, ne prorum pat in verba, siue sentiens philosopho profuturum fuisse, si hoc dictum nō addidisset iam abiturus. Quamquàm tam salubris admonitio magnificum aliquod præmium merebatur. 5 *Ira remissium.*

Quum audisset, quòd Alexander natus annos triginta duos, posteaquàm pleraſque mū di regiones peragrarat, dubitasset qd in reliquum vitæ tempus esset facturus, demirabat si Alexander nō iudicasset maius opus, bene gubernare paruū imperiū, quàm amplam ditionē comparasse. Recte notauit inexplebilem Alexandri ambitionē, qui nullam aliam functionem rege dignam existimasset, quàm proferre ditionis terminos: quum multo tū pulchrius: tum difficilius sit, regnum quod contigit, rectis legibus, sanctisque moribus exornare, quàm armis regno regnum addere. 6 *Portatrenori maximum.*

Augustus legē tulerat de adulteris, quomodo iudicandi essent de hoc crimine delati, & quomodo puniendi conuicti: post iræ impotentia irruit in adolescentem delatum, ꝙ cū 7

Iulia

Princeps legum obseruator.

Iulia Augusti filia commercium habuisset, enmque manibus verberauit. At quum adolescens exclamasset, Legé tulisti ò Cęsar, adeò facti pœnituit Cæsarem, vt eo die recusaret cœnam capere. Crimen per se graue erat, tum admissum in Cæsaris filiam. Quis princeps ibi dolori suo temperaret? Aut quis ibi legum iudiciorumque moras expectaret? At tantus princeps sibi adeò displicuit, vt à seipso pœnas sumeret, q̃ legi, quam alijs prodiderat, nõ per omnia paruisset. 8

Votum.

Quum Caium ex filia nepotem, in Armeniam mitteret optabat à diis, vt illum Pompeij beneuolẽtia, audacia Alexandri, ipsius autem fortuna comitaretur. Quod in singulis erat pręcipuum, id optabat vni contingere. Illud autem singularis cuiusdam erat modestiæ, q̃ vir ingenio, doctrina, consilioque præstans sua præclarè gesta fortunę ascribebat.

Præsens cõsilium.

9 Dicebat se Romanis eum imperij successorem rẽlicturum, qui nunquàm eadem de rebis consultasset; de Tiberio sentiens.

Autoritas.

10 Quum iuuenes nobiles ac dignitate claros inter se tumultuantes vellet compescere, nec auscultarent illi, sed tumultuari pergerent, Audite, inquit, iuuenes senem, quem iuuenem senes audierunt. Augustus enim adolescens ad rempub. admotus est, summaque fuit autoritate: hac sola voce illos coercuit, nec aliud supplicium ob concitatum tumultum exegit.

Clementer

11 Quum populus Athenienſium videretur de liquisse quiddam, scripsit ex vrbe Ægina: Nõ arbitror vos latere, q̃ vobis irascor. Neque. n. Æginę sum hybernaturus. Nec aliud illis neque dixit, neque fecit, satis habens illis comminatum esse, ni desistetent.

12 Quum quispiam ex Euclidis accu satoribu affatim

affatim & ad satietatem vsque dicendi liber tate vtens, eò tandem prouectus esset, vt tale quidam diceret. Hæc si tibi non videntur magna, iube, vt mihi reddat septimum Thucydidis librum: His offensus Cæsar iussit illum duci: cæterum vt audiuit illum ex Brasidæ posteris reliquum esse, ad se venire iussit, ac moderatè correptum dimisit, *Clemẽter.*

Commoda interpretatio.

Pisoni domum à fundamentis vsque ad extremam contignationem, accuratè ędificanti: Vt bono, inquit, sim animo, facis ò Piso, qui sic ædificas, qua si Roma futura sit perennis. Non offensus est immodico structurę apparatu, sed quod alius fuisset suspicatus ad tyrannidem spectare, ille vertit in lętum Romani Imperij auspicium. 13

Lepidè.

Scripserat Augustus tragœdiam, cui titulus erat Aiax, eam post qm̃ displicebat, spongia delenit. Itaq; quum Lucius tragediarum scriptor interrogaret quid ageret ipsius Aiax, Cæsar admodũ festiuiter: In spongiã, inquit, incubuit: alludẽs ad argm̃ fabulę, in quo Aiax, quũ resciuisset, quæ dixisset, fecissetq; p insaniam, gladio incumbens sibi necẽ consciuit. 14

Princeps aditu facilis.

Cuidam ipsi libellum trepide porrigenti, q manum nunc proferret, nunc retraheret: Quid, inquit? An putas te assem dare elephanto? Solent enim pueri minimos nummos elephanto porrigere, quos ille non sine spectatorum admiratione proboscide sic corripit, vt pueri manum non lædat. Sic videmus pueros & in vrsorum rictum manum inserere, sine metu. Molestum erat optimo principi, quòd timeretur. 15

Lepidè

Quum ab eo Pacinnius Taurus munus peteret, diceretque populari rumore sparsum, pecuniam haud paruã ipsi a Cæsare datam; 16

Sed

Sed tu inquit, noli credere. Lepido ioco significans se non daturum. Alter expectabat futurũ, vt Cæsar ipsius pudori succurreret, ne si compertum esset vanũ, ipse ludibrio haberetur: Cæsar aliud indicauit remedium, sineret homines loqui, quæ vellent, modò ne ipsi quod erat falsum persuaderent.

17 *Lepide negare.* Alter præfectura equitũ submotus, insuper & salarium ab Augusto postulare est ausus, hoc colore, vt diceret se non lucri causa salarium petere, sed vt tuo, inquit, iudicio videar impetrasse munus, & ita credar non ab officio submotus, sed officiũ deposuisse: Tu, inquit Augustus, apud omnes prædica te accepisse, ego non negabo. Si nihil mouebat petitorem, nisi metus ignominiæ, via commonstrata est, qua nihilominus honori suo consulere posset, quàm si pecuniam accepisset,

Herenniũ adolescentẽ vitiis corruptũ Cæsar
18 *Iocose.* castris excedere iusserat: quumq; ille dimissus supplex ac plorabundus apud Augustum hac deprecatione vteretur, Quo ore redibo in patriam, quid dicam patri meo: Dic, inquit, me tibi displicuisse. Quoniam pudebat adolescẽtem fateri, & ipse Cæsari displicuisset, Cæsar permisit, vt sermonem inuerteret, & culpam in ipsum conferret.

16 *Salse.* Miles quidam in expeditione saxo percussus, notabiliq; in fronte cicatrice deformatus, quoniã honesto vulnere erat insignis, immodicè sua facta iactabat: eius insolentia Augustus leniter castigauit: At tu, inquit, caue, ne quando fugiens post te respexeris, Subindi cans fieri posse, vt vulnus de quo nimium se venditabat, nõ prelio, sed in fuga accepisset.

20 *Salse.* Galba corpus habés gibbo deforme, de quo vulgo iactatum est, Ingenium Galbæ malè habi-

habitare, quum apud Cæsarem causam agens, subinde diceret, Corrige me Cæsar, si quid in me reprehendendũ videris: Ego, inquit, Galba monere te possum, corrigere non possum. Corrigitur quod reprehenditur, corrigitur quæ 21 ex distorto fit rectum. *Lepidè.*

Quum plerique rei, quos Seuerus Cassius ac cusabat, absoluerentur, & is cui Cæsar forum extruendum locarat, diu traheret illum operis expectatione, Vellem, inquit Cassius, & forum meum accusasset. Iocatus est ambiguo verbo. Nam absoluitur quod perficitur, & absoluitur qui à causa liberatur: absoluit opus architectus, & reum iudex absoluit. 22

Olim erat magna sepulchrorum religio, *Iocus ex* eaq; pars agri quæ sepulchro erat dicata, non *ambiguo.* proscindebatur aratro. Vectius itaque quum nihil hac religione deterritus, patris monumẽtum exarasset, Augustus facetè iocatus est: Hoc, inquiens, est verè patris monumentum colere. Rursus lusit ancipiti verbo. Colimus ea quæ veneramur, & colitur ager, aut aliud simile. Gemina fuisset amphibologia, si pro monumento dixisset memoriã, quod ab illo dictum arbitror. Siquidem eorũ memoria nobis sacrosancta dicitur, quos vita defunctos veneramur, & memorias ad Græcorum imitationem vocamus defunctorum monumenta. 23

Quum Herodianæ crudelitatis rumor ad *Crudeli-* Augustum peruenisset, quòd in Syria pueros *tas.* omnes qui bimatum non excessissent, iussisset interfici: & in his etiam ipsius perisse filium: Præstat, inquit, Herodis esse porcum, quàm filium. Herodes Iudæus erat, & Iudæi mira religione abstinent ab esu suillo.

Mecœnas vir laudatus, in stylo lasciuie- 24
bat, verbis affectatis & compositioni insolen-

lenti frequenter indulgens: Augustus contrà verbum insolens quasi scopulum fugiendum esse dicebat. Ad alios itaque scribens stylo simplici consueuit vti, Mecœnati verò quem familiariter amabat, scribens, Mecœnatem imitari solet, adeò vt in quadam epistola, multa liberius ac dissolutiùs iocatus, hanc adiecerit clausulam, Vale mel gentium, metuelle, ebur ex Etruria, laser Aretinum, adamas Supernas, Tyberinum margaritum, Cilneorum smaragde, iaspis figulorum, Berillæ Porsennæ, carbunculum habeas ἱκανυντέμτω πάντα μάλαγμα mœcharum. Sic irrisit parum viriles amici inscribendo delitias. Eiusdem μυροβίκας cinnos iocis exagitare consueuit, voces ac sententias ineptas fœtores appellare consueuit. Sermonem amabat purum & elegantem, qui sententiam quàm apertissimè declararet. Nec Tiberio pepercit, interdum reconditas & exoletas voces aucupanti. M. Antonium increpabat, velut ea scribentem quæ homines mirentur potiùs quàm intelligant. Quin & Agrippinæ neptis ingenium collaudans, hoc adiecit, Sed opus est dare te operam, ne molestè loquaris.

25 Potitus Alexandria multis vitam donarat, in gratiam Arii philosophi. Softratum tamen promptissimæ quidem linguæ virum, sed qui Cæsari displiceret, quòd temerè Academicus haberi vellet, reiecit. At is squalidus promissaque cana barba cœpit Arium quocunq; iret insequi, versiculum illum in ore habens:

Extorta venia.

Σοφοὶ σοφὸς σωζουσιν, ἀν ὦσιν σοφοὶ. id est,
Sapientes sapientes seruant, si fuerint sapientes.
Hac arte coegit Cæsarem ignoscere.

26 Quum iam quadragesimum excessisset annum, ageretque in Gallia, delatum est ad illũ,

Clemiter.

L. Cinnam adolescentem nobilem ac Pompeij nepotem insidias illi struere: dictum est vbi, quando, & quo aggredi vellent. Decreuerant enim sacrificantem interficere. Dictabat proscriptionis sententia, sed Augusto interim varias edente voces, ingressa Liu a vxor: Fac, inquit, quod medici solent, qui vbi vsitata remedia non procedunt, tentant contraria: seueritate nihil adhuc profeciſti, ignosce. Cinna deprehensus vitę tuę nocere non potest, famæ tuæ prodesse potest. Protinus iussit accersi Cinnam solum ad colloquium, uenienti alteram cathedram poni iussit: Hoc, inquit, Cinna primum abs te peto, ne me loquentem interpelles: dabitur tibi loquendi tempus. Hic commemoratis pluribus in Cinnam beneficijs quòd seruasset repertum in castris hostiũ, quòd patrimonium non concessisset, quòd insuper ornasset sacerdotio, rogauit quare putarit ipsum occidendum: perturbato Cinna sic finijt obiurgationem, Vitam ubi Cinna iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidę. Ex hodierno die inter nos incipiat amicitia, contendamus vtrum ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu mihi debeas. Et consulatum obtulit. Vis exitum? Cinnam habuit perpetuò amicissimum, solus illi fuit hęres. Nullis amplius insidijs ab vllo petitus est.

Augustus nulli ferè ad conuiuium vocanti 27
negare solitus est. Exceptus igitur à quodam *Ciuilitas.*
cœna perparca, ac penè quotidiana, quum à conuiuatore dimitteretur, hoc illi tantum in susurrauit. Non putabam me tibi tam familiarem, Alius tam ieiunum apparatum contumeliam fuisset interpretatus, ille etiam pudori consuluit inuitatoris, familiaritati tribuens: idque in aurem, ne cæteri putarent ex

pro-

probratam parsimoniam. Quid hac comitate amabilius in tãto monarcha, qualem nuc vix triginta reges æquent?

28 *Sulfe.* Purpuram Tyriam empturus, de obscuritate quærebatur: quumq; véditor diceret, Erige altius & suspice, Ergone, inquit, vt me populus Romanus dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum?

29 *Obliuiosus nomenclator.* Habebat Augustus nomenclatorem obliuiosum, quum hoc genus hominum oporteat in primis valere memoria. Is ad forum iturus rogat Cęsarem, nunquid eò mandaret: Accipe, inquit, commendatitias, nam illic neminem nosti. Atqui hoc est propriũ nomenclatorum munus, omnium nomina, cognomina, titulosque dignitatum tenere, quò heris quum opus est, suggerant. Vnde illis ét nomẽ est inditum, è Græco Latinoq; conflatum.

30 *Lepide.* Augustus etiamnum adolescens lepidè tetigit Vatinium: siquidem is podagræ obnoxius, videri studebat discussisse vitium, ac iam mille passus ambulare se gloriabatur: Non miror, inquit Cęsar, dies aliquanto sunt longiores: significans illũ nihilo magis liberum esse à podagra, sed dies esse longiores factos.

31 *Culcitra obarati.* Equite Romano quodã defuncto cõperũ est illum tantũ habuisse æris alieni, vt summa ducenties mille numum excederet, idq; dum viueret, celerauerat. Quum igitur res illius auctioni subiicerentur, vt ex pecunia creditoribus satisfieret. Augustus iussit sibi emi culcitram illius cubicularem: ac mirantibus hoc præceptum: Habenda est, inquit, ad somnum mihi conciliandum illa culcitra, in qua ille tanto ære alieno obstrictus somnum capere potuit. Nam Augustus ob ingentes curas sæpe maximã noctis partem ducebat insomnem.

Quodam

Quodam die fortè venit in ędes. in quibus habitarat Cato Vticensis. hic quum Strabo quò Cæsari adularetur, Catonis peruicaciam accusaret, & sibi manus adferre, quàm Iuliũ victorem agnoscere maluisset: Quisquis, inquit Augustus, præsentem reipu. statum mutari non vult, is & ciuis & vir bonus est. Vnico dicto & Catonis memoriam tutatus est, & sibi consuluit, deterrens ne quis in posterum affectaret res nouas. Nam præsens status non is dicitur, qui tum erat, quum hęc loqueretur Augustus, sed qui fuerat tempore conspirationis in Iulium. 32 *Grauiter.*

Quemadmodũ Augustus gaudebat ioeis liberalibus in alios ludere, ita in se iactos, aut retortos interdum liberius, patientissimè tulit. Adolescens quidã prouincialis Romã venerat, oris similitudine tam mirificè referẽs Augustum, vt in se populi totius oculos conuerteret. Cæsar hoc audito iussit ad se perduci, eumq; contemplatus, hunc in modũ percontatus est, Dic mihi adolescens, fuitne aliquando mater tua Romæ? Negauit ille, ac sentiẽs iocum retorsit, adiiciés, Sed pater meus sæpe Augustus ludens suspitionem intendebat in matrẽ adolescentis, velut ab ipso stupratam: at adolescens protinus eam suspitionem retorsit in matrem Cæsaris, aut in sororẽ. Nam oris similitudo non magis arguebat illum esse Cæsaris filium q̃ fratrem aut nepotem. 33 *Iocus in Principem retortus.*

Temporibus triumuiralibus quum Octauius, Lepidus, & Antonius rerum potirentur, Augustus in Pollionẽ scripserat Fescenninos, ludibrii causa. Tum Pollio: At ego, inquit, taceo. Non est n facile in eum scribere, qui potest proscribere: notans Augusti tyrannicam potẽtiã, nec ea libertate offensus est Augustus. 34 *Liberè.*

T Cur-

35 Curtius eques Romanus deliciis diffluens, quum apud Cæsarem cœnaret, macrum turdum sustulit è patina, eumq; tenens interrogauit Cæsarē, liceret ne mittere: quumq; is respondisset, Quid ni liceat? ille protinus auē misit per fenestrā, iocum arripiens ex ambiguitate verbi. Nam cibus è cōuiuio dono mittitur amicis, quod apud Romanos erat solenne: & mittitur, quod abiicitur. Nec hoc ioco Cæsar offensus est. *Liberè.*

36 Idem æs alienum cuiusdam senatoris, quē charum habebat, non rogatus dissoluerat, ac pro eo numerarat quadragies mille nūmum. Senator autem ea re cognita, pro gratiarum actione nihil aliud scripsit Cæsari, q̄, Mihi nihil ioco velut expostulans etiam, q̄ cum numerasset omnibus creditoribus, ipsi nihil numerasset. Hunc iocum morosior aliquis ingratitudinem fuisset interpretatus, Cæsar familiaritatis fiducia delectatus est. *Ingratitudo.*

37 Licinius Cæsaris libertus solet patrono nouum aliquod opus inchoanti magnas conferre pecunias. Quem morem sequutus Licinius nouum opus aggressio centies promisit per libellum, in quo post expressam pecuniæ summā, quæ virgula superducta signabatur, spatium erat vacuum. Hac occasione Cæsar vsus priori summæ quam scripserat libertus, alterum centies adiecit, sua quidem manu spatio quod vacabat diligenter expleto, sed affectata literarum similitudine. Itaque duplum accepit pecuniæ, dissimulante liberto. Cæterum vbi Cæsar rursus nouum opus inchoaret, libertus hoc factum illi leuiter obiecit, dato tali libello, Contero tibi domine ad nouī operis impensam, quod videbitur. Non expressit summæ modum, vt illi liberum esset scribere quantum vellet, quandoquidē priorem summam duplicasset. *Faceta exprobratio.*

38 Quum censoris munus gereret Augustus, eques quidam Romanus apud illum delatus est, quasi facultates suas imminuisset. At ille citatus probauit sese auxisse. Mox idem obiectum est, q̄ legibus cōtraheret matrimonium habentibus nū paruisset. Ille docuit, se ex vxore trium librorum esse patrem. Nec satis erat equiti, dimitti, sed Cæsari credulitatem exprobrans addebat, Posthac Cæsar, in honestos viros inquirens, honestis mandato: Satis aperte pronuntians, eos non fuisse viros bonos, qui manifestò falsa ad ipsum detulissent, obiter & ipsum criminans, qui vices suas mandaret sycophantis. Et hanc libertatem innocēti condonauit Cæsar. *Libertas innocentia.*

39 In villa quadam inquietas noctes agebat, interrumpente somnos ipsius noctuæ cantu. Miles aucupij peritus curauit apprehendendā noctuam, speque ingentis præmii ad Augustū pertulit: laudato imperator mille nummum dari iussit: Ille ausus est dicere, malo viuat, auemq; dimisit. Quis non miretur hanc cōtumaciam impune cessisse militi? *Lenitas Principis.*

40 Veteranus quidam quum vocatus in ius peticlitaretur, adiit in publico Cæsarem, rogans vt sibi vellet adesse: Cæsar è comitatu suo selectum illico dedit, eiq; litigatorem commendauit. Hic miles vociferās, At nō ego Cæsar, peticlitante te Actiaco bello vicarium quæsiui, sed pro te ipse pugnaui, simulque detexit cicatrices. Erubuit Cæsar, atque ipse descendit in aduocationem, veritus ne non modò suos, verumetiam ingratus videretur. *Gratitudo Principis.*

41 Delectatus inter cenā fuerat Symphoniacis Turonii Flacci mangonis, eosque frumento dona-

donarat, quum alios auditos soleret largiter donare nummis, Eosdem quum postea Cæsar inter cœnã requireret, Turonius ficu excusauit: Ad molas, inquit, sunt: exprobrans illi frumentarium munus. Et hoc impune tulit, quod dixerat non miles, sed mango.

42 *Lenitas.* Quum sublimis ex Actiaca victoria reuerteretur, occurrit inter gratulãtes quidã coruũ tenens doctũ hæc verba sonare, Aue Cæsar victor. Hac salutatione delectatus Augustus, auẽ sex millibus nummum emit. Socius opificis, ad quem nihil ex ea liberalitate peruenerat, indicauit Cæsari, illum & alium habere coruum, quem vt adferre cogeretur, rogauit: allatus verba quæ didicerat expressit. Aue victor Imperator Antoni. Augustus nihil exasperatus tantùm iussit, vt munus cum delatore partiretur.

43 *Solerter.* Salutatus similiter à psitaco, & hunc emi iussit. Idem miratus in pica, & hãc mercatus est. Hoc exemplum tenuem quendam sutorẽ solicitauit, vt coruũ institueret ad huiusmodi salutationem. Qui quum impendio exhauriretur, subinde ad auem non respondentem dicere solet, Opera & impensa periit. Tandem peruicit assiduitate, vt coruus sonaret dictatã salutationem. Ea quum Augustum prętereuntem salutasset, Cæsar, Satis, inquit, istiusmodi salutatorum habeo domi. Tum coruus memor & illorum verborum quæ toties audierat, subtexuit, Opera & impensa periit. Ad hoc arridens Augustus iussit autem emi, quãti nullam adhuc emerat.

44 Græculus quidam ita captare solitus est Cęsarem Augustum: descendenti à palatio honorificum aliquod epigramma porrigebat. Id quum frustra sæpe fecisset, nec destituturum videret

videret Augustus, epigramma bene Græcum manu sua descripsit, & Græculo ad se venienti obuiã misit, veluti carmina carminibus pẽsaturus. Græcus acceptũ legit, ac non solũ voce, verumetiã vultu gestuq; corporis laudauit carmen, miratusq. est. Deinde quum accessisset ad sellam, qua Cæsar vehebatur, demissa in pauperem erumenam manu pauculos denarios protulit, Cæsariq́ue obtulit, his verbis, ἃ κατὰ τύχην τὴν σὴν σεβαστὲ, εἰ πλέον εἶχον, πλέον ἔδιδον, id est. Non iuxta fortunam tuam Auguste: si plus haberem, plus darem. Sequuto omnium risu, dispensatorem Cæsar vocauit, & sestertium centum millia Græculo numerari iussit. Bene cessit Græculo palàm exprobrata Principi parsimonia.

Iulia Augusti filia quum patrem salutaret, 45
sensserat illius oculos licentiore cultu offen- *Solerter.*
sos, licèt ille dissimularet: itaque postero die mutato cultu patrem complexa est. Tum Cæsar, qui pridie dolorem suum continuerat, gaudiũ cõtinere nõ potuit. Et quãto magis, inquit, iste cultus decet Augusti filiã? Tũ illa: Nimirum hodie me patris oculis ornaui, herì viri. 46

In spectaculo gladiatorum conuerterant *Conuictus*
in se populi oculos Liuia & Iulia, comitatus *arguit mo-*
dissimilitudinem: Liuiam cingebant viri gra- *ret domi-*
ues, Iuliam iuuenes luxurioſi comitabantur. *na.*
Pater Iuliam admonuit scripto, videre quantum inter duas principes fœminas interesset. Illa rescripsit, Et hi mecum senes fient. Hoc commodè interpretanti, lepidè: incommodè procaciter dictum videri potest.

Eadem matutè canos habere cœperat. Su- 47
bitus autem Cæsaris interuentus oppressit cõ- *Caluitium*
ptrices, filiæ canos sublegentes, deprehensis *accersit.*
super vestes earum pilis, quos euulserant.

Id dissimulauit Augustus, & aliis sermonibus extracto tempore tandem induxit ætatis mé tionem. Hac occasione rogauit filiam, vtrum post aliquot annos cana esse mallet an calua. Quumque illa respondisset, Ego pater cana esse mallem: Quur ergo, inquit, iste te caluam ante tempus studet facere? Lepido commé to coarguit illam mendacii.

48 Cuidã grauiamico suadẽti, vt se ad exemplum paternæ frugalitatis cõponeret, satis ꝓpaciter Iulia: Ille, inquit, obliuiscitur se Cęsarẽ esse, ego memimi me Cęsaris esse filiam.

49 Augustus duobus pantomimis inter se commissis, vt alternis gestibus certarent, alterum dixit saltatorem, alterũ interpellatorem, ꝙ ille immodicè gesticularetur, alter non gesticulari, sed saltantem interpellare videretur.

50 *Adulatio repulsa.* Tarraconensibus pro læto ostento nuntiantibus, ꝙ in eius ara palma esset enata: Apparet, inquit, quàm frequenter accendatis. Quod illi Dijs tribui volebant, ille tribuit illorum negligentiæ, qui nunquam in ara Cęsaris adolerent incensum.

51 *Festina negatio.* Idem quum Galli donassent ei torquẽ aureum centum pondo, ac Dolabella per iocum tentans illum, tandem hoc produceret iocũ, vt diceret, Imperator, torque me dona: Malo te, inquit, ciuica donare. Festiuiter submouit postulatoris impudentiã, qui nunquã in bello fuisset, ecque magis illi conueniebat corona ciuica, quę ex quernis ilignisq. frondibus fieri consueuit, quemadmodum triumphalis ex auro. Quanquam & castrensis & muralis, & naualis ex auro fieri solet. Qua de re vide A. Gellium lib. 5 capit. 6. Ciuicam autem Augustus vt honorificentiorem per iocum obtulit. Nam Suetonius refert, eum inter dona militaria aliquanto facilius phaleras & torques, & quicquid auro argentoq. cõstaret, dare solitũ. q̃ vallares ac murales coronas, quę honore præcellerent. Hoc nisi scias, friget Augusti iocus. Tametsi de materia coronarũ variant Gellius & Suetonius.

Quum vrbem Romã multis modis & ornasset & communisset, atque etiam in posterum quod quidem in ipso fuit, totam reddidisset, non sine causa glorians dicere solet, Romam lateritiam accepi, marmoream relinquo. Nihil principi magnificentius, q̃ si ditionẽ, quam accepit, reddat statu meliorem. 52 *Principis est ornare ditionem.*

Quum miles quidam ab ipso impudenter peteret, ac Martianum videret accedentem, quem & ipsum aliquid improbè petiturum suspicabatur, Non magis, inquit, faciam commilito, quod petis, q̃ quod Martianus à me petiturus est. 53

Lex erat, vt qui patrẽ occidisset, culeo insueretur: nec hęc pœna sumebatur nisi de cõfesso ab huius pœnę atrocitate Cęsar vt liberaret manifesti parricidij reũ, sic interrogauit, Certè patrẽ tuũ nõ occidisti, ansam porrigẽs ifficiãdi. Tãta erat principis in iudicãdo lenitas. 54 *Clementer.*

Dicere solet, nimis minus in perfectum ducem conuenire, quàm festinationem ac temeritatem, crebroque illud iactabat, 55 *Festinato ve te.*

Σπεῦδε βραδέως, ἀσφαλὲς, γὰρ ἐστὶν ἀμείνων
ἢ θρασὺς ταχυπλάτης.

Liuię vxori pro quodam Gallo petenti ciuitatem, negauit, immunitatẽ obtulit, dicens se facilius passurum fisco suo detrahi, quàm honorem ciuitatis Romanæ vulgari: nimirũ reip. dignitatem anteferens priuato cõmodo. 56 *Dignitas vilescit in plures diffusa.*

Quuum pro concione multos videret pullatos, siue vt legendũ arbitror, palliatos, indi-

Cultus. gnabũdus: En, inquit. Romanos rerum dominos, gentemq́ togatam. Adeo ſtudebat priſcos reuocare mores, vt habitum quoque veſtitumque doluerit immutatum.

53 *Frugalitas.* Populo de inopia vini caritateq. quærenti dixit, à genero ſuo Agrippa productis plurib. aquis ſatis prouiſum, ne ſitiret homines. Fuit autem Agrippæ vigilantiſſimum ſtudium vndique proſpiciendi vrbi de aquarum copia. Auguſtus autem ſeuerè populum ad aquas à vino reuocauit.

59 *Lenitas mira.* Timagines hiſtoriarum ſcriptor, multa petulanter in Cæſarem, multa in vxorẽ, multa in totã illius domũ dixerat: Cæſar illũ admonuit, vt moderatius lingua vteretur. Cũ p̃ſeueraret malè loqui, nihil aliud q̃ domo ſua illi interdixit. Timagines autem libros quo ſcripſerat acta Cæſaris cõtinẽtes recitauit, & cõbuſſit, in odiũ Cæſaris, quaſi rerũ ab illo geſtarũ memoriã abolere cupiens. Hunc tamen palam & pertinaciter inimicitias exercentem cum Cæſare, nemo ciuium Romanorum ab ædib. ſuis excluſit, in domo Pollionis Aſinij conſenuit. Nunquam tamen Auguſtus cum hoſpite inimici ſui expoſtulauit, niſi quòd quodam tẽpore illi dixit, παριστορῆσις, id eſt, alis beſtiam ſiue viperam. Mox Pollionem parantem excuſare ſe, interpellauit, dicẽs: Fruere mi Pollio, fruere. At quum Pollio nondũ ſecurus diceret, Si iubes Cæſar, protinus illi interdicam domo mea: An iſtud, inquit Auguſtus, me facturum putas, qui vos redegerim in gratiam? Fuerat enim antea Timageni iratus Pollio, nec aliam habebat definẽdi cauſam, niſi quòd illi Cæſar iraſci cœperat. Vtriuſque maleuolentiam boni cõſuluit principis clemẽtia.

Cœna-

Cœnabat Auguſtus apud Atedium ſiue Vedium Pollionẽ. Fregerat quidã è ſeruulis vas cryſtallinũ, ilico iuſſus eſt ab Atedio rapi, & murænis obiici. Puer ad Cæſaris pedes confugit, nihil aliud petiturus, q̃ vt aliter periret. Cæſar motus nouitate crudelitatis, & puerũ dimitti, & cryſtallina oĩa ante ſe frãgi iuſſit, & his p̃ pueto cõpleri piſcinã. Amicũ autem grauiter increpauit: E conuiuio, inquiens, rapi homines imperas, & noui generis pœna lacerari? Si calix tuus fractus eſt, viſcera hoĩs diſtrahentur? Tantum ne tibi placebis, vt ibi aliquem duci iubeas, vbi Cæſar eſt? *Sæuitia caſtigata.*

61 In cognitione quadam, quũ Aemilio Eliano Cordubenſi inter cẽtera crimina illud vel maximè obiiceretur, q̃ male loqueretur de Cæſare, conuerſus ad accuſatorem, Velim, inquit, hoc mihi probes: efficiã, vt Elianus ſciat me quoque linguam habere: plura enim vicißim de eo loquar. His minis contentus, nihil poſtea de illo inquiſiuit. *Lenitas.*

62 Tiberio frequenter per literas iracundè q̃renti de his, qui de Auguſto male loquerẽtur, reſcripſit, ne ea in re nimium indulgeret ætati ſuæ: Satis enim eſt, inquit, ſi hoc habemus, ne quis nobis malefacere poſſit. *Lenitas.*

63 Filios ſuos nunquã populo commendauit, niſi cũ hac exceptione, ſi merebunt. Honorem non autoritati, ſed meritis tribui volens. *Modeſtè.*

64 Iulias filiam ac neptem relegarat, poſt etiã Agrippam prius adoptatum, pòſt ob ſordidũ ac ferox ingenium abdicatũ. Ad omnem hortũ mẽtionẽ ſolet exclamare verſu Homerico *Liberi mali.*

Αἲθ' ὄφελον ἄγαμός μένειν, ἄγονος τ' ἀπὸλέσθαι. id eſt.

O vtinam cœlebs vixiſſem, orbusq́ periſſem.

Ne-

Nec aliter illos appellabat, quàm tres vomicas, seu tria carcinomata sua. Suorum enim mortem leuius ferebat q̃ dedecora. Quin & testamento cauit, ne, si quid accidisset Iuliæ filiæ & nepti, sepulchro suo inferrentur.

65 *Modestia nominis.* Indignè ferebat aliquid de se componi, ni si seriò, & à præstantissimis: admonebatque prætores, ne paterētur nomen suum commissionibus mimorum aut histrionum obsolefieri, hac quidem parte Alexandrum Magnū referens. Decet vbique principis autoritatem sartam tectam præstare.

66 *Otium.* Insulam quandam Capreis vicinam, in quam è comitatu Cæsaris secedere solēt, qui cuperēt otiari, solitus est ἀπαγόπολιν appellare, ἀπραγίαν. n. sonat negotiorū vacuitatem.

Quum sentiret imminere mortem, admissos amicos percontabatur, ecquid ipsis videre
67 tur mimum vitæ sat commodè transegisse: sentiens de fabula vitæ peracta, & adiecit carmen peractis comœdiis accini solitum:

ὑότε κρότον, καὶ πάντες ἡμῖν μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

C. IVLIVS CÆSAR.

1 C. Iulius Cæsar quum Syllam fugeret etiānum adolescens, incidit in piratas Cilices: ac primum vbi pro redemptione summam quā ab eo peterent, pronuntiassent, derisit prædones, velut ignaros, quem cepissent, seque du-
Indoles ex celsa. plū daturū pollicitus est. Deinde quū asseruaretur donec adferretur pecunia, imperauit illis, vt silerent, nec sibi dormienti obstreperēt. Eisdem orationes & carmina quę scribebat, recitare solet, quę cùm illi non satis probarent, stupidos ac barbaros appellabat, cumque risu minitabatur se illos acturum in

crucem, quod & perfecit. Apportatis enim pecuniis quas piratæ pro redemptione pacti fuerant dimissus, contractis ex Asia vitis ac nauibus, comprehendit eosdem prædones, ac suspēdit, sed prius iugulatos, ne seueritas careret clementia. An non hic statim agnoscis indolem Alexandri Magni, cui nihil mediocrè satis esse posset?

Quum Romę maximi Pontificis dignita- 2
tem ambiret, competitore Q. Catulo primę *Fiducia sui.*
apud Romanos dignitatis ac potentię viro, matri ipsum ad fores deducenti: Hodie, inquit, ò mater, aut pontificem maximum habebis filium, aut exulem. Excelsa indoles, omnisq. repulsę impatiens.

Pompeiam vxorem, q̃ siniſtra fama labo- 3
raret, quasi cum Clodio rem habuisset, repu- *Ciuilitas.*
diauit quidem. Cæterùm quum Clodius hoc nomine reus peragerētur, Cæsar citatus testis, nihil mali de vxore dixit. At quum accusator diceret, Quur igitur cum illa fecisti diuortiū? Quoniam oportet, inquit, Cęsaris vxorem ēt à calumnia puram esse. Præter argutiam responsi laudari potest & ciuilitas, quòd repudiatæ coniugis famę pepercit.

Quum Alexandri Magni res gestas legeret, 4
non tenuit lacrymas: atque ad amicos. Hoc, *Ambitio.*
inquit, ętatis qua nunc sum, Alexander deuicit Darium: mihi verò ad hunc vsque diē nihil præclari facinoris gestum est. Suetonius tradit id accidisse quum prętor iure dicendo cōuentus obiens, apud Gades in templo Herculis vidisset Alexandri Magni statuam. Vtinā hoc ingenium ad moderati potius quā ad maximi principis æmulationem properasset.

Quum in Alpibus oppidulum quoddam 5
frigidum præteriret, ambigentibus amicis, *Principatus amor.*
an

an illic etiam essent seditiones, contentionesque, de principatu, substitit, ac secum aliquãdiu cogitauit: Mox, mallem, inquit, hic primus esse, q̃ Romæ secundus. Hoc nimirũ est, quod à Lucano Poeta scriptum est, nec Cæsarem potuisse pati priorem, nec Pompeium potuisse ferre parem.

Audacia.

6 Facinora, quæ quoniam periculo obnoxia sunt & magna, gerenda esse dicebat: at de his non consultandum, quòd ad hæc perficienda plurimum habeat momẽti celeritas. Expensio verò periculi reuocat hominem ab audacia.

7 Cum ex Gallia prouincia aduersus Pompeium tenderet, Rubicone amne transmisso, dixit: Omnis iacta sit alea: significans se de summa rerum velle periclitari. Is enim fluuius Galliam ab Italia dirimit.

Mira potentum.

8 Quum Põpeius relicta Roma perfugisset ad mare, Metellus ærario præfectus, Cæsari volenti illinc pecunias tollere, obstitit & ærarium clausit. At Cæsar illi mortem minatus est. Ea vox quum Metellum reddidisset attonitum: Hoc, inquit, ò adolescens, dictu mihi difficilius fuit quàm factu: Sentiens se vel nutu posse quem vellet occidere, quum secum duceret armatas cohortes.

Animus imperterritus.

9 Dyrrachij expectabat, vt illuc è Brundusio milites mitterentur: id quũ tardius fieret, clãculis consensa scapha exigua, tẽtauit transmittere pelagus: quũ nauigiũ undis obrueretur, gubernatori iã animũ despondẽti, quis esset aperuit, dicens: Confide fortunæ, sciasque te Cæsarem vehere. Tãta erat aĩ pstãtia, quasi fortunã ac Deos in manu haberet. Ac tũ q̃dẽ tempestate ingrauescente vetitus est, q̃d instituerat pagere. Milites autẽ vbi resciuere factum,

ctum, concursum fecerunt ad Cæsarem, grauiterque ferebant, si alias expectaret copias, velut ipsis diffisus.

Vti victoria.

10 Cęterum commissa pugna Põpeius vicit, sed victoriã non est persequutus, verùm sese recepit ad exercitum. Tum Cæsar, Hodie, inquit, penes hostes erat victoria, at non habent ducem, qui victoria sciat vti.

Mora nocuit.

11 Quum Põpeius instructã aciem apud Pharsalum inibi consistere, & hostẽ opperiri iussisset, Cęsar dixit illũ errasse, qui vim, impetũ, ac diuinũ afflatum animorũ ad incursionẽ paratorum mora relaxasset. Adeò Cæsari non modò certamen erat cũ Pompeio de fortuna belli, verùm etiam de bellandi peritia.

Celeritas conficiendi.

12 Quum Pharnacem primo congressu vicisset, amicis scripsit, Veni, vidi, vici, summam rei gestę cęleritatem indicans.

Gloria mortis.

13 Posteaquam milites qui Scipionẽ in Africa sequebantur fugissent, & Cato victus, sibi nec Vticæ consciisset: Inuideo, inquit Cæsar, ò Cato tibi mortẽ istam, quando tu mihi salutem tuã inuidisti. Cæsar existimabat sibi summæ glorię futurum, si vir tantus quũ bello victus esset, ipsi vitã deberet. At Cato maluit honestã mortem, quàm oppressa publica libertate cuiquam seruire. Proinde mortis illius gloriam Cæsar inuidebat Catoni, quòd is Cæsari, seruati Catonis laudem inuidisset.

A crassis minus pericula.

14 Nõnulli quoniam suspectos habebant Antoniũ, ac Dolabellam, monebãt, vt ab illis sibi caueret. At ille, Nũ istos, inquit, metuo, tubi cũdos & obesos, sed graciles illos ac pallidos, ostenso Bruto & Cassio. Nec fefellit illum suspicio, ab illis enim occisus est.

15 Quum inter cenandum ortus esset sermo, quod genus mortis esset optimũ, incunctãter

respondit, inopinatum. & quod optimum iudicauit, ipsi contigit.

16 In prælio quodam, Martię legionis aquiliferum iam ad fugam conuersum, faucibus apprehensum in contrariam retraxit partẽ, dextraq; ad hostem porrecta, Quorsum, inquit, tu abis? Illic sunt cum quibus dimicamus. Ac manibus quidẽ vnum militem correxit: voce tam acri, legionũ omniũ trepidationem discussit, vinciq́ue paratas vincere docuit.

17 Idem posteaquam Publius Mimus in scena superasset omnes, & in his Laberium, ita pronuntiauit: Fauente tibi Cæsare victus es Laberi à Syro. Publius enim conditione seruus, natione Syrus erat. Longè à tergo relinquitur, qui fauente iudice superatur.

18 Cæsar quũ Romæ videret peregrinos quosdam locupletes, canum ac simiarum catulos in gremio circunferentes, eosq; habere in deliciis, percontatus est, num apud illos fœmineę parerent liberos: Sentiens nullos catulos esse iucundiores infantibus. Refert Plutarchus in vita Pericli: tametsi non indicat cuius Cæsaris hoc dictum sit? Sũspicor esse Augusti. *Liberi pro simijs.*

19 Quum milites suos videret expectatiõe hostium perterritos, pro concione dixit: Scitote paucissimis his diebus regem ad futurum cũ x. legionibus, equitum xxx. leuis armaturæ C M. elephantis C C C. Proinde desinãt quidã quærere vltrà, aut opinari, mihiq́ue qui compertum habeam, credant, aut quidem vetustissima nauí impositos quocunque vento, in quascunque terras iubebo auehi. Noua ratio terrorem exequendi, non inficiando minuẽdove, sed amplificando terroris materiam, vt certi de graui periculo sumerent animos tanto periculo dignos. *Audacia ex periculo.*

Pro-

Proferentibus in medium quòd Sylla dictaturam deposuisset, quum Cæsar perpetuã gereret, quod minimum aberat à tyrannide, respondit, Syllam nescisse literas, eosq; dictaturam deposuisse. Dictant grammatici discipulis, quum præeunt, aut recitant scribenda: huc alludens dixit illum nescisse literas. 20 *Potestas abdicata.*

Quum triumphans subsellia tribunitia pteriret, Pontius Aquila non assurrexit vnus omnium: id ideò indignè tulit, vt proclamarit, Repete ergo Aquila à me rempu. tribunus: nec deinde per cõtinuos aliquot dies cuiquã quicquam pollicitus est, nisi sub hac exceptione, si ñ per Pontium Aquilam licuerit. 21 *Honos negatus.*

Populo p adulationẽ regem ipsum salutanti: Cæsar, inquit, fum, non rex. Maluit priuatum nomen, q̃ regium inuidiæ obnoxium. 22 *Modestè.*

Quidam è turba statuæ Cæsaris coronam lauream imposuerat, candida fascia præligatam: at quum tribuni detracta fascia hominem in vincula duci iussissent, Cęsar grauiter increpitos eos potestate priuauit, idq́ue ne regnum affectare videretur, causatus est, per illos sibi recusandi gloriam fuisse ademptam. 23 *Causatio.*

Quoniam Cæsar multos exteros in senatũ allegerat, libellus propositus est: Bonum factum, si quis senatori nouo curiam monstrare velit significabat qsquis is fuit, peregrinos illos ne viã qdẽ nosse, nisi commonstraretur. 24 *Scomma.*

Quidam Bruti statuæ subscripsit: Vtinam vineres: quòd opera Bruti Tarquinius rex vibe depulsus esset: Cæsaris statuæ subscripserat hos versiculos. 25 *Tyrannis.*

Brutus quia Reges eiecit, cõsul primus factus est.
Hic quia cõsules eiecit, rex postremus factus est.

Quum vndiq; viderentur imminere insidiæ, atque admoneremur, vt sibi caueret, rep-

dit satius subire semel, quàm semper cauere: Significans eum non viuere, qui viuit in perpetuo mortis metu.

27 *Animosè.* C. Cæsar post attritos Tigurinos ad vrbem quandam sociorum proficiscens, quum audisset Heluetios in itinere occurrere, in locum quendam munitum se recepit. Ibi congregatis copiis, instructaque acie, æquus illius, cui solet insidere, adductus est. Hoc, inquit, post victoriam vtar in persequendis hostibus: & pedes aggressus est Heluetios.

28 *Senectus animosa.* Cæsar iam palam multa vi præterq; leges agente, Considius admodum natu grandis, liberè dixit, ideo non conuenire senatores, q illius arma timerent. Huic quum Cæsar dixisset, Quin igitur tu eodem metu te domi contines? Me, inquit Considius senectus intrepidum facit. Quum.n. vitę pauxillum superfit, non est, quur magnopere sim solicitus.

29 *Salsè.* C. Cæsar Pomponio militi vulnus ostentanti ore exceptum in seditione Sulpitiana, quod se passum pro Cæsare pugnantem gloriabatur: Ne vnquam fugiens respexeris, inquit Tale quiddam Macrobius ascribit Augusto Cæsari.

30 *Salsè.* Idem quum testis ad exaggerandam iniuriam diceret fœmina sua à reo ferro petita. Quid enim faceret, inquit, quum in galeam loricam haberes? Non ignorabat quur illa partem potissimum vulnerare voluisset, sed hoc dissimulato, iocari maluit. Galea & lorica omnia tegit præter fœmina.

31 *Armamenta sciunt legis.* Idem Metello obsistenti, ne pecunias ab ęrario tolleret, ac leges id fieri vetantes proferret: Non idem, inquit, armorũ ac legum tempus est. Quòd si hæc pati non potes, nunc quidem hinc abscede, ac posteaquam per actis

actis fœderibus arma deposuerimus, tunc si vi debitur, & plebis patronum age.

Idem dicere solitus est, sibi idem esse consilium aduersus hostem, quod plerisque medi 32 *Fama vincere.*
eis contra morbos corporum, fame potius quàm ferro superandi. Nam medici non nisi tentatis omnibus adfectionem descendunt. Hic mos & hodie manet apud Italos, aduersus omne morbi genus indicunt mediam. Huic simile est, quod dicere solet Domitius Corbulo, hostem dolabra, id est, sensim vncendum. Securis statim incidit, dolabra paulatim idem efficit.

Conflauit Cæsari magnam inuidiam, qđ 33 *Vias pro iure.*
quidam ex his quos Romam miserat, stans in senatu, simul atque cognouit Cæsari senatum non dare prorogationem, manu capulum percutiens: At hic, inquit, dabit, vim reipub. minitans.

Sylla præturam adeptus cõminatus est Cę- 34 *Potestas empta.*
sari, se sua in illum potestate vsurum: Iure inquit Cęsar ridens, tuam potestatem appellas, quam tuo ęre mercatus est: notans Syllam ꝙ eum magistratum largitionibus sibi parasset.

Marcus Tullius libro de Officiis tertio scri- 35 *Imperium nescit pietatis iura.*
bit Cæsarem hos versus ex Euripidis Phœnissis semper habuisse in ore:

Εἰ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ τυραννίδος περί
Κάλλιστον ἀδικεῖν· τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

Hos ipse vertit hoc pacto:

Nam si violandum est ius, regnandi gratia.
Violandum est, aliis rebus pietatem colas.

Quum Africam petens, in egressu nauis pro 36
lapsus esset, omne sinistrum vertit in melius, dicens: Teneo te Africa, Frontinus id factum putat in consensu nauis, eúq; dixisse, Teneo

te terra mater: Huic opinor alludens, ꝙ cum quodam somnio perturbatus esset, quo sibi visus est constuprare matrem, coniectores interpretati sunt, portendi totius orbis imperium.

POMPEIVS MAGNVS.

Indoles excelsa.

1 Cn. Pompeius cognomento Magnus, tam charus fuit populo Romano, quàm pater fuerat inuisus. Is etiamnum adolescens, totum se Syllanæ factioni addixit: cumque nec magistratus esset, nec senator, magnum tamen ex Italia contraxit exercitum. Hunc quum Sylla ad se venire iussisset, Non absque spolijs, inquit, ne incruentas imperatoris copias exhibebo. Nec prius ad illum venit, quàm multis cõflictibus hostium duces superasset. Iam tum egregij principis, & ad res magnas nati specimen dedit. Noluit adducere numerum, sed militem virtute spectatum.

Milites in noxij.

2 Iam verò creatus imperator, quum à Sylla missus esset in Siciliam, nõ strenuum modò, verumetiam iustum ducem agere cœpit. Quũ enim audisset, milites in profectionibus abiti nere deflectentes, vim facere ac rapere, temere palantes, ac circuncursitantes supplicio affecit: quos verò præmisisset ipse, horũ gladijs anuli signũ impressit, ne quẽ in via læderent.

Amor patriæ.

3 Mamertinos ꝙ hostium partibus adhæsissent vniuersos interficere statuerat. At Sthenius eius ciuitatis princeps Pompeium adiit his verbis, Non æquum facis Pompei, qui propter vnum noxium multos innoxios occidere pares. Atqui ego ipse sum ille, qui & amicis persuasi, & inimicos coegi Marianas sequi partes. Hic Pompeius viri fortem animum admiratus, dixit se ignoscere Mamertinis, à tali persuasis viro, qui patriam suæ ipsius vitæ ante tulerit: simul & ciuitatem & Sthenium

nium liberauit. In Sthenio habes exemplum, quem animum erga rempublicam oporteat gerere principem, si periculum incidat: in Pompeio placabilitatis documentum, qui pietati maluerit habere honorem, quàm indulgere iræ.

Sol oriens

4 Quum in Libyam aduersus Domitiũ transisset, eumque ingenti prælio superasset, militibus ipsum imperatoris in titulo consalutantibus, negauit se eum honorem admissurum, quoad hostium vallum staret erectũ. Hoc audito milites, licet ingens obstaret pluuia, impetu facto hostium castra adorti expugnarunt. Recusauit honorem nondum factis emeritũ.

Honor promeritos in nat.

5 Ab ea victoria reuersum, Sylla quum alijs honoribus excepit, tum Magni cognomen ipse primus illi detulit. At quum Pompeius his non contentus vellet triumphum agere, non passus est Sylla, eò quod nondum esset ordinis senatorij. Cæterum quum Pompeius ijs qui aderant, dixisset, ignorare Syllam, ꝙ plures adorarent Solem orientem quàm occidentem, Sylla exclamauit, Triumphet. Horruit iuuenis animum, & in dies crescentem gloriam nec dubitauit illi cedere, quem videbat nemini cedere posse.

6 Interim Seruilius vir inter optimates clarus indignabatur Pompeio concessum triumphum, atque etiam milites complures obsistebant, ne triumphus ageretur; non ꝙ inuiderẽt Pompeio. sed munera quædam poscebãt, quæ si largitionibus ab ipsis esset emendus triumphus. Alioqui milites minabantur se direpturos pecuniam, quæ in triumpho ferretur, eoq; Seruilius, Glauciaq; suadebant, vt eam potius inter milites diuideret, quàm diripi sineret. Verum vbi Pompeius respondit, se citius

Animosè. omissurum triumphum, quàm militibus blãdicturum, simulq́ue laureatos fasces eis obiecit, vt illinc inciperent direptionem: Nunc, inquit Seruilius, te Pompeie verè magnũ video, dignumq́ue triumpho. Non iudicabat esse speciosum triumphum, nisi qui citra ambitum, citraq́ue largitiones benefactis redderetur.

7 Romæ mos erat, vt equites, qui legitimum tempus militassent, equum in forũ deducerẽt ad duũ viros, quos censores appellant, & commemoratis expeditionibus ac ducibus, sub q. bus meruissent, pro meritis aut collaudarentur, aut vituperarentur. Itaque Pompeius quũ esset consul, ipse equum ad censores Gallium ac Lentulum deduxit. Quibus ex more percontantibus, an omnia militaria munia obijsset: Omnia, inquit, sub me ipso Imperatore: Significans se sic gessisse ducem, vt nihilo secius omnes militis partes gnauiter præstaret. Idem & imperator bonus, & miles strenuus, qua laude nulla principi põt maior cõtingere.

Dux idem miles.

8 Pharati Parthorum regi per legatos ab ipso postulanti, vt Euphratem Romanæ ditionis terminum esse vellet: Imò, inqt, illud magis postulandum, vt Romanorum fines à Parthorum regno iustitia dirimat: Significans Romanis non esse præscribendum, quousque debeant proferre imperium, à quo propagando non montes aut flumina debeant arcere; sed ibi demum fore fines Romanæ ditionis, vbi ius non esset vlterius procèdere.

Iustitia dirimit fines

9 Quum Lucius Lucullus post obita militiæ munia sese voluptatibus dederet, ac sumptuosè viueret, Pompeium interim reprehenderet, quòd præter ætatem multis negotijs appeteret implicari: Magis, inqt, pter ætatẽ est senẽ delitijs vacare, quàm imperium gerere. Grauiter taxauit illorum sniam, qui putant senibus nihil agendũ, quũ decorũ sit rẽpublicam gubernantẽ, vel stãtẽ mori. Luxus aũt & ocium in iuuenibus stultitia est, in senibus crimen.

Ocium turpe.

Ægroranti Pompeio medicus præscripserat, vt turdis vesceretur. Cumq́ue hi quibus datum erat negotium, negarent inueniri: non. n. erat tempus, quo genus hoc auium capi solet, admonuit aliquis, apud Lucullum inueniri posse qui turdos toto anno soleat alere. Itane, inquit Pompeius, nisi delitijs deditus esset Lucullus, nequaquam viueret Pompeius? Contemptoq́ue medico, cibis parabilibus vsus est. O verè masculum animum, qui ne vitam quidem delitijs acceptam ferre sustinuit. 10

Delitiarũ cõtempsit.

Quum ingens rei frumentariæ Romæ esset penuria, Pompeius titulo quidem annonæ, procurator, re aũt vera maris terræq́ue dominus declaratus, in Africam, Sardiniã ac Siciliã nauigauit multaq́; frumenti vi collecta, propera bat ire Romã: verũ quum ingenti tempestate oborta naucleri detrectarent nauigationẽ, ipse primus nauim ingressus iussit ancoras tolli, clamans, Vt nauigemus, vrget necessitas; vt viuamus non vrget. Significans patriæ pericli tanis habendam rationem potius quàm priuatæ incolumitatis. Siquidem reipublicæ subleuãdæ curis immori pulchrum est: at patriã in extremo discrimine nostra cessatione desereri, turpissimum est. Hic monemur non animalia bruta tantùm omissa libertate venire in seruitutem, verum etiam homines indomitos fame domari. Docemur item publicæ saluti priuatam incolumitatem posthabendã esse. 11

Patria vita charior.

Quum iam detecta esset Pompeij cum Cæsare simultas, ac Marcellinus vnus ex eorum numero, quos Pompeius euexisse putabatur, de- 12

Ingratitudo.

à Pompeio ad Cæsarem transtulisset animũ, adeò vt non veritus fit, in senatu multa in Pompeium dicere: hunc ita compescuit Pompeius: Non te pudet, inquit, Marcelline, ei maledicere, cuius beneficio ex muto factus es facundus, ex famelico eò productus, vt vomitũ non teneas? Grauiter obiecit ingratitudinem homini, qui hoc ipsum quod habebat dignitatis autoritatis, & eloquentiæ, abutebatur in eum, cui debebat acceptum ferre. Nam hoc turpissimum ingratitudinis genus est, sed tamen heu nimium vulgare.

13 Catoni acerbius insectanti Pompeium, ꝙ quum ipse sæpius prædixisset, potentiam Cæsaris in dies crescentem, nulli bono fore popularem ciuitatis gubernationi, sed potius ad tyrannidem tendere: Pompeius ita respondit: Tua, inquit Cato, magis accedunt ad diuinationem, at mea magis accommoda sunt amicitiæ: Sentiens Catonem in certa loqui, ꝙ nemo possit rerum humanarum exitum liquidò præscire: se verò ea sequutum, quæ tũ temporis amicitia, quæ sibi cum Cæsare intercedebat, postulabat. Certũ erat quid debebatur amico, incertum erat, an amicus illi futurus esset inimicus. De amico vero humanius est bene sperare, quàm diuinare pejora.

Diuinatio futurorũ.

14 De se liberè profitebatur, quod omnem magistratum quem gesserat, & citius esset nactus, quàm ipse expectasset, & citius deposuisset, quàm ab alijs expectatum esset. Quòd citò suscepisset imperium, vel fortunæ fuit, vel præmaturæ virtutis: qđ maturè deposuit, animi moderati erat, non ad tyrannidem spectantis, sed ad reipublicæ commodum.

Moderate

15 Post prælium in Pharsalicis campis habitũ in Ægyptum profugit, quumque è triremâ descen-

descensurus esset in scalmum piscatorium ab Ægypti rege missum, conuersus ad vxorem ac filium, nihil aliud dixit, quàm illud Sophocleum:

Πρὸς τὸν τύραννον ὅστις ἰμπορεύεται,
κἂν οὐ σὺ δ' ἔλθοις κἂν ἐλεύθερος μόλοι. ideſt,
Quisquis tyranni ad tecta demigrauerit.
Fit seruus illi, liber & si venerit.

Præsagisse videtur imminens exitium. Vbi descenderat in scapham ictus gladio, semel tãtum emisit suspirium & obuoluto capite præbuit se occidendum.

16 Pompeius impatiens Tullianæ dicacitatis, inter amicos dicere solet, Cupio ad hostes transeat Cicero, vt nos timeat. Notans illius ingenium, quo dicitur hostibus fuisse supplex, in amicos contumax. Hoc Pompeij dictum ita refert Quintilianus, Transi ad Cæsarem, & me timebis.

Molesta dicacitas.

17 Idem rebus infeliciter gestis aduersus Cæsarem, & ad summam desperationem redactis in tentorium venit attonito similis, nec aliam vocem emisit, quàm hanc οὐκ οὐ'γ ἐς παρεμβολὴν ergo in castra. sumptaq; veste præsenti fortunæ accommoda clam profugit.

Desperatio

18 Compositio Siciliæ tumultu, ac ciuitatibus, quæ defecerant, placidè receptis, soli Mamertini postulabant audiri, recitantes leges, quasdam ipsis olim à Romanis concessas: Non denietis, inquit, nobis accincti gladijs recitare leges? Significans iure agere volentibus non esse opus armis.

Armatæ præces.

19 Idem quum ex literis Senatus intellexisset, omnia quę Sylla armis obtinuerat in ipsius potestatem esse tradita populi suffragiis centuriatis, percusso femore dixit, Proh nunquam finienda pericula, quantò satius erat

Tædium gloriæ.

duces, milites verò per paucos. Notans iuueni lem temeritatem, quæ duci præire conaretur, quum militis sit, non dare consilium, sed vbi res postulat, bonam nauare operam. Attamen commisso prælio vicit, & Nicionem Macedonum ducem superauit. At non multò post tempore bello deuicti Athenienses ab Antipatro, accepere præsidium.

14 Quum verò Menillus præsidij Dux, Phocioni pecunias dare vellet, indignatus Phocion dixit, nec illum Alexandro meliorem esse, & causam deteriorem ob quam nunc acceptu-rus esset, quum tunc non accepisset. O nullis muneribus expugnabilem animum.

Incorruptus animus.

15 Antipater dicere solet, quum duos haberet Athenis amicos, neque Phocioni vnquam persuasisse, vt acciperet, neque Demadem vnquã dando expleuisse. Hic erat Demades, qui valebat ex temporali dictione, quum Demosthenes non nisi de scripto diceret.

16 Phocion Antipatro petenti, vt in gratiã suã faceret quiddam pugnans cum iustitia: Non potes, inquit, ò Antipater, Phocione simul & amico, & adulatore vti. Amicus obsecundat, quousque patitur æquum & honestum. Nec. n. amicus ab amico quod iniustum est, petere debet. Adulator autem ad quiduis obsequitur.

17 Quũ populus Athenienſis flagitaret, vt Phocion copias in Bœotiam educeret, eamque rẽ Phocion non fortè è repu. iudicaret, edixit, vt quotquot essent in ciuitate ab ephebis vsque ad sexagenarios se sequerentur. Hic reclamantibus senioribus, & ætatem excusantibus: Nihil, inquit, absurdi meo edicto cõtinetur, quũ ipse natus annos octoginta vnà cum ipsis dux profecturus sim. Hac arte temporarium multitudinis calorem retudit.

Post

ad innocentem aliquem deuoluti, an singularem sapientiam, quã perspexit inconditam multitudinem, quoniam affectibus agitur, nihil sani nec agere, nec loqui?

Quodam die orationem habens apud Athe 3
nienſem populum, placebat omnibus quumque videret ab omnibus pariter seditionem approbari conuersus ad amicos: Quid, inquit? Num mali quippiam dixi imprudens? Adeò persuasum habebat, nihil placere vulgo, quod à recto iudicio proficiscitur.

Quum Athenienses ad sacrificium, quod 4
apparabant ex more peterent à ciuibus, vt conferrent aliquid, ac cæteris conferentibus, frequenter esset appellatus Phocio: Puderet, inquit, si vobis adderem, & huic nihil redderem ostenso creditore.

Demosthenì rhetori dicenti. Occidẽte Pho 5
cion Athenienses, si quando cœperint insanire; hunc in modum respondit: Me quidem, si insanire occeperint: at te, si ad sanam mentem redierint. Demosthenes enim pleraque ad gratiam apud populum loquebatur, & blãda potius quàm salubria.

Tu lchrè retortum.

Quum Aristogiton calumniator iam con- 6
demnatus in carcere moriturus esset, rogaretque Phocionem, vt se inuiseret, amicis non sinentibus vt ad hominem iret: Et vbi quis, inquit libentius Aristogitoni loquatur? Amicorum argumentum argutissimè torsit in diuersum: significans se nõ ire, vt scelerosõ patrocinaret, sed vt eius merita calamitate frueret.

Malos inuisere in carcere, iucundum.

Quũ Byzantijs irascerentur Athenienses, 7
& Charetem, qui cum exercitu in subsidium suæ ciuitatis missus esset aduersus Philippum, noluissent recipere: ac Phocion dixisset, non esse irascendum socijs diffidentibus,

sed

Fides duce. in sed ducibus, quibus fides non haberetur: ipse dux electus est atque ipsi fidentibus Byzantijs effecit, vt Philippus re infecta discederet. Diffidentiam Byzantiorum in Charetem ducem reiecit, qui talis erat, vt non videretur tutum sese illius fidei committere. Prudentiæ est infido diffidere. At Phocioni probatæ opinionis viro, non dubitarunt sese credere.

8 Alexander Macedonum rex centum talenta dono miserat Phocioni is verò pereontatus est eos qui pecuniam adferebant, quid ita, quum essent Athenienses per multi, sibi vni illa mitteret Alexander: illis respondentibus, Quoniam vnum te iudicat virum & honestum & bonum: Ergo sinat, inquit, me talem *Corruptela munerum.* & haberi & esse. Vt scite arreptum ab illis argumentum torsit ad occasionem recusandi muneris. Iam quis hic non admiretur in corrupti pectoris synceritatem? pauper erat Phocion, nec doni magnitudine quicquam mouebatur. Simul autem indicat illos, qui cum rempub. administrent, tamen à capiundis muneribus non temperant, nec bonos esse viros, nec tales haberi debere.

9 Quum Alexander ab Athenienſibus poſce- *Idem facie* ret ſibi triremes exhiberi, nec populus nomi- *dum erat* natim flagitaret adeſſe Phocionem, vt quid *de Turcis.* conſuleret, proferret, Surgens, inquit: Conſulo igitur, vt aut armis ſuperetis eos, aut ſuperantium amici ſitis. Compendio ſuaſit nihil Alexandro negandum, niſi confiderent ſe iratum poſſe armis opprimere. Quibus ſi ille videretur ſuperior, non eſſe prouocandum animoſum iuuenem, & repulſæ impatientiſſimum.

10 Rumor incerto autore obortus erat de mor-

te Alexandri, moxque rhetores proſilierunt, *Præcipita* horrentes ne cuncta rentur, ſed ilico bellum ſu- *tum conſi-* ſciperent. Phocion expectare iuſſit, donec cer- *lium.* tius aliquid cognoſceretur. Nam ſi, inquit, hodie mortuus eſt, & cras & perendie mortuus erit. Grauiter oratorum præcipitem temeritatem coercuit.

11 Quum Leoſthenes ciuitatem Athenienſium ad bellum pertuliſſet, magnificis ſpebus ad nomen libertatis ac principatus erectam, Phocion illius verba dicebat eſſe cupreſſi ſimilia, quæ ſublimes quū ſint ac pulchræ, *Magnifica* fructum non habent. Nihil potuit dici accom *promiſſa,* modatius in ſermonem ſplendidè magnifique pollicentem, *ſed inania* ſed infrugiferum: quemadmodum cupreſſus arbor ſublimi compoſitoque in conum vertice procul egregium quiddam polliceri videtur, at vix vlla ſterilior.

Cæterùm quum initia belli ceſſiſſent feli- 12 citer, ac ciuitas ob ſecundum nuntium dijs *Timor de* ſacrificans gratareturr rogatus Phocion, an *cernendo* hæc ita geſta nollet: Hæc quidem, inquit, geſta vellem, ſed illa decreta. Sentiens etiam inconſulta conſilia nonnunquam feliciter cedere; id quoties accidit, gratulandum quidem eſſe reipub. non tamen ideo non ſemper vtendum optimis conſilijs. Fortaſſis & illud ſenſit Phocion, non eſſe protinus fidendum primis ſucceſſibus, ſed totius negotij euentum declaraturum, quale fuiſſet ipſius conſilium.

Quum Macedones irrupiſſent in Atticam, 13 ac maritima illius depopularentur, Phocion *Militia* eduxit iuuenes ætate florentes: quorum mul- *officium.* tis ad ipſum concurrentibus, hortantibuſque vt colle quodam occupato, ibi collocaret exercitum: O Hercules, inquit, quàm multos video

duces,

obscurum nasci, si à militaribus curis nunquam dabitur recedere, nec hac exuto inuidia licere cum vxore rure vitam degere Magnam potentiam ambit inexpertus, odit expertus. Sed deponere tutum non est.

19 *Fiducia fallax.* Quibusdam se videre negantibus quo posset Cæsaris impetum sustinere, hilari vultu venit illos hac de re esse solicitos: Nam simulac, inquit solum Italiæ pede pulsauero, exilient affatim equestres, pedestresque copiæ. præsens quidem animus si fortuna respondisset.

Iam si nondum te cepit huius conuiuij satietas, addemus & ex oratorum numero aliquot eximios.

PHOCION ATHENIENSIS.

1 Primum igitur accipe Phocionem Athenien sem genere, sed Lacedæmonium & morum integritate, & orationis breuiloquentia. Socrate in hoc referebat, q̃ nunquàm visus est cuiquã neque flere, neque ridere. Tanta erat animi cõstantia. Huic in concione sedenti, quidam dixit: Videre cogitabundus ò Phocion: Rectè, inquit, coniectas. Cogito enim si quid queam detrahere his, quæ dicturus sum apud Athenienses. Alij soliciti sunt, vt quam plurima dicant, quò videantur disertiores: illi diuersa erat cura, ni mirum vt quæ ad rem faciebant, verbis quã paucissimis complecteretur.

Sententiosa breui loquentia.

2 Quum oraculũ proditum esset Athenienses, in ea ciuitate vnum esse virum, qui cunctorum sententijs aduersaretur, ac populus vociferans iuberet illum inquiri, Phocion semet prodidit, dicens: Ego sum ille, quem designat oraculum. Nam vni nihil placet omniũ, quæ vulgus vel facit, vel dicit. Quid hic primum admireris, impauidumne viri animũ, an clementiam, qui non passus sit suspitionẽ ad

Vulgi nihil sonum.

Post Antipatri obitum, quum Athenienses resipu ad gubernationem popularem redisset, Phocion in concione capitis damnatus est. At que huius quidem amici cæteri qui simul cũ illo damnati fuerant, flentes ducebantur, Phocion autem tacitus ibat. Cui ex inimicis quispiam factus obuius, post conuitia in faciẽ expuit. Tũ Phocion ad magistratus respiciẽs: Nõ hunc inquit, compescet aliquis indecore se gerentem? Vir sanctissimus ét moriturus publicæ disciplinæ curam habebat. De tam atroci contumelia questus non est, nec flagitanit vindictam aduersus eũ, qui præter leges sæuiret in hoĩem damnatum, tm̃ cohibere iussit exemplũ bonis moribus aduersum, & immane facinus nõ aliud, q̃ indecẽtes mores appellauit. *Patientia.*

Ex his qui cum Phocione erant morituri: quidam indignans complorabat sortem suã. 19 Quem ita consolatus est Phocion: Non tibi, inquit, Eu ippe, siue vt quidam legunt Thurippe, satis est cum Phocione mori? Phocion non tantum innocens, verum etiam præclarè de repub. meritus ducebatur ad mortem. Magnũ itaque solatium oportebat esse cum Phocione innocente mori innocentem. *Solatium mortis.*

Denique quum illi poculum cicuta' temperatum porrigeretur, percontatus est quispiam, si quid filio vellet dicere: nam is aderat: Ego, inquit, tibi fili præcipio, atque etiam obsecro, ne quid ob hanc rei memoriam Athenienses male velis. Cæteris morientibus præcipuũ solatium esse solet spes vindictæ: Huic illud cura fuit, ne filius patris iniustam necem vlisceretur: malui tque illum in patriam, quam in patrem seruatorem peccare. 20 *Vindictæ odium.*

Nicocli petenti, vt sibi ante Phocionẽ venenum haurire liceret: Tametsi durum hoc, 21 *Amicitia.*

inquit

inquit Phocion, tamen concedendum est ei? cui nihil vnquam in vita negauit Phocion Nicoclem inter amicos fidissimum vnicè adamarat, eoque molestum erat videre illum morientem Eam molestiam vt vitaret Nicocles, petebat, vt ipse prior biberet. Et hac in re commodauit amicos.

Empta mors.

22 Quum bibissent cęs, solusque Phocion superesset, consumpto ab alijs veneno, earnifex negabat se daturum, nisi numerarentur duodecim drachmæ, tanti enim venire cicutę vnciam. Phocion itaque ne per illius contentionẽ mora fieret morti, accito ad se cuidam ex amicis. Quid, inquit? Athenis ne mori q dem gratis licet, quæso, dato huic pretinm.

23 Quũ Demosthenes multa maledicta faceret in Alexandrum, iam Thebis imminentẽ, Homerico versu ex Odysseæ ω, illum corripuit.

Σχέτλιε τίπτ' ἐθέλως ἐρεθέμεν ἄγριον ἄνδρα id est,

Quur libet irritare virum miserande ferocem.

M. TVLLIVS CICERO

Nobilitas virtute parta.

23 M. Tullius, quum ob Ciceronis cognomen dicteriis incesseretur, ab amicis admonitus, vt aliud sibi cognomen ascisceret, respondit, se Ciceronis nomen illustrius effecturum, quã hæ familiæ cum primis illustres erant apud Romanos, quum Tullius esset nõnus homo. Cognomen aũt ideo patebat cauillis, q à Cicere vilissimo legumine dictum videretur. Quasi verò non & Fabij à Fabis, & Lentuli à Lente cognomen habuisse viderentur. Parum illustris est, qui præter imagines & cognomen nihil habet nobilitatis: pulcherrimum autem nobilitatis genus est, quam sibi quisque propriis virtutibus conciliat. Nec fefellit M. Tullius: Ciceronis enim nomen hodie decantatius est, quàm trecenti Catuli aut Scaturi, cum suis stemmatis statuis, & imaginibus.

Quum poculum argenteum diis dicaret, 2
prænomen, ac nomen literis signauit, sed pro Cicerone ciceris figuram insculpsit, nihil pro Cicerone, ciceris figuram insculpsit, nihil refu- *Cicero pro Cicerone.*
giens cauillatorum interpretationem.

Oratores qui inter dicendum vociferantur, 3
dicebat claudi s esse similes, qui sic ad clamo- *Clamosum Orator.*
rem, vt illi ad equos confugerent. Hoc genus homines & hodie videre est, qui quum sentiunt se causa inferiores, ad furiosa iurgia cõfugiant, vt quoniã rationibus persuadere non possunt, improbitate metuque extorqueant.

Quum Verres, qui filium habebat parum 4
pudicè floreætatis vtentem, Ciceronem, vt patrum virum, ac cinędum incesseret conuitijs: *Salsè retortum.*
ignoras, inquit, quod liberis intra fores conuitiandum sit: Significans hoc conuitium non in ipsum competere, sed in conuitiatoris filiũ. Parentum autem est obiurgare liberos, sed intra domesticos parietes, nec ea conuitia sunt eliminanda. Eliminat autem, qui aliis impingit quod ipsius domi committunt liberi.

Metello nepoti obijcienti, q Cicero testi- 5
monio suo plures occidisset, quàm patrocinio seruasset: Plus enim, inquit, mihi fidei est, quã eloquentiæ. Mira solertia conuitium retorsit in laudem. Siquidem in teste spectatur fides, in patrono valet eloquentia. *Retortè in laudem cõuitium.*

Rursum Metello percontanti Ciceronem, 6
quis ipsius esset pater, nimirum ignobilitatem exprobrans: Ad istam inquit, percontationem vt respondere sit difficilius, mater efficit tua. Nam Metelli mater audiebat parum pudice. Quin & ipse Metellus matrem referens, leuior erat & inconstans, & affectibus seruiẽs. *Salsè retortum.*

Cice-

Cicero conuitium à patre ad matrem transtulit. Tum enim incertus est pater, quum mater non cum vno consuetudinem habet.

Saltè.

7 Idem Metellus quum Diodoro, quo thetorices magistro fuerat vsus, defuncto, sepulchro eius coruum lapideum imposuisset: Iustum, inquit Cicero, præmium retulit. Nam volare ipsum docuit, non dicere: notans Metelli leuitatem & inconstantiam. Coruus auis est ἄμυσος:

8 Vatinium inimicum, & alioqui sceleratum M. Tullius audierat obiisse diem: post quum audisset illum viuere: Male pereat, inquit, qui male mentitus est: significans Vatinium indignum, qui diutius viueret. Omne quidem mendacium malum, sed hoc mendacium bis erat malum, quia bonos viros in falsum gaudium coniecerat. Dictum tamen erat ambiguum, quod dici poterat & de illo quem mori nollet.

9 Quum orante M. Tullio quidam creditus Afer genere, diceret, Non audio: hoc sermone negans se probare, quod dicebatur: Atqui, inquit Cicero, aurem habes perforatam. Solet enim ea gens habere perforatas aures, vt inde suspenderet anulos ac gemmas, quæ nũc collo, digitisque gestamus. Ea foramina quomodo fiant, docet Celsus.

10 C. Popilius qui iurisperitus videri volebat, quum indoctus esset ac stupidus, citatus in controuersia quadam testis, respondit, se nihil scire. Tum Cicero: Putas, inquit, fortassis te de iure interrogari?

Nihil scire.

11 Hortensius orator defensionis mercedem à Verre acceperat Sphingem argenteam. is quum M. Tullio obliquius quiddam & inuolutius loquuto dixisset, Non didici soluere ænigmata.

Sphinx.

nigmata. Atqui, inquit Cicero, Sphingem habes domi. Nota est fabula de monstro Sphinge, quæ prætmijs propositis edebat ænigmata: non soluentibus mors erat præmium.

Quum Voconium forte obuium haberet cum filiabus tribus insigniter deformibus, tacitè ad amicos dixit versiculum Græcum: φοίδη ποτ' ἂν ἐῶντος ἔτικτεν τέκνα id est, *Thabo haud finente hic seminauit liberos.* Sentiens illum inuito Apolline liberis operam dedisse, siue quòd Apollo pulcher à poetis fingitur, siue quòd oriente Sole fœtus existimentur concipi feliciores.

12 *Deformitas exprobrata.*

Quum Faustus Syllæ filius, ob æris alieni magnitudinem supellectilem suam proscripsisset: Hanc, inquit, proscriptionem magis approbo, quàm paternam. Lusit ambiguo verbi. Proscribuntur res quæ in auctione venum exponuntur, & præscribuntur homines, à quorum iugulandi: quo crudelissimo genere Sylla quã plurimos ciues proscripserat.

13 *Locus ex ambiguo verbi.*

Pompeio ac Cæsare inter se dissidentibus Cicero, quem fugiam, inquit, scio: quem sequar, nescio: sentiens ambos non pro reipub. libertate, sed pro principatu dimicare.

Pompeio vitio dabat, quòd ciuitate desetta Themistoclem potius, quàm Periclem fuisset imitatus, quum illis res nequaquam pares essent, his esset. Themistocles enim fugit ad Persas, Pericles mansit Athenis.

14 *Neutræ pars placet.*

Quum ad Pompeiũ venisset, ac venisse pœniteret, rogatus vbi Pisonem generum reliquisset: Apud tuum, inquit, socerum, Cæsarem designans. Perinde quasi notatus esset Cicero, quod à genero suo dissunctus esset, vetaxauit illum, quòd ipse cum suo socero bellum gereret.

15

Quum quidam a Cæsare ad Pompeiũ transfugiens,

16

fugiens, diceret, se festinandi studio equum reliquisse, Cicero dixit, illum melius de equo, qui de se statuisset: sentiens longè rectius facturum fuisse, si & ipse mansisset apud Cæsarem.

Argutè.

18 Cuidam nuncianti, Cæsaris amicos esse tristeis: Hoc dicis, inquit, illos Cæsari male cogitare. irrisit adulantem, nuncium, quasi Cæsariani rebus suis diffiderent, meruerentque Pompeium.

Interpretatio.

19 Post Pharsalicum conflictum quum fugisset Pompeius, Nonius quidam dicebat septé adhuc aquilas supereſſe, proinde bono animo esſent hortabatur: Rectè, inquit Cicero, hortareris, si nobis cum graculis bellum esſet. At ille aquilas dixit vela Romana aqlis insignita.

Bellum cũ graculis.

20 Quum Cęsar rerum potitus, Pompeii statuas deiectas honorificè reposuisset: Cæsar, inquit Cicero, dum Pompeij statuas reponit, suas stabilit: sentiens illum hoc non in Pompeij gratiam facere, sed vt sibi clementię simulatione fauorem apud ciues conciliaret, atque hoc pacto suum regnum constabiliret.

Clementia simulata.

21 Quum Cicero in Pompeii castra veniſſet, dicentibus, Sero venisti: Minimè, inquit, sero: nam nihil hic adhuc parati video. Alluſit ad ad eos, qui sero ueniunt ad conuiuium. Iocus est ex ambiguo. Sero venit, qui tardè venit, & sero qui post tempus.

Nihil garati.

22 Quum Pompeius Gallum quendam, quòd ad ipsum à Cæsare transfugerat, ciuitate Romana donasset: Hominem, inquit, bellum, qui Gallus ciuitatem promittit alienã, quum nostram nobis non possit reddere.

Apertum conuitium.

23 Post Cæsaris victoriã interrogatus Cicero, quur in electione partium etrasset: præcinctura, inquit, me fefellit: sentiens se non spectasse victoriam à molli & effœminato statu-

Malè præcinctus.

ram Cæsar enim toga præcingebatur, vt laciniam trahens mollium in morem incederet: vnde Sylla Pompeium admonere solet, caueret à puero male præcincto.

Idem apud Damasippum cœnans, quum conuiuator mediocre vinum apposuisset, idque conuiuis à vetustate cupiens commendare diceret Bibite Phalernum hoc, quadraginta annorum est: Bene, inquit, fert ætatem. Hoc modo de homine loqui solemus, cuius formæ viribusque non multum detrahit ætas. At ridiculum erat vinum ab immodica vetustate commendare. 24

Vinum vetus.

Quum Lentulum generum suum exiguæ staturæ hominem prælongo gladio videret accinctum: Quis, inquit, alligauit generum meũ gladio? Videbatur homo gladio alligatus, non gladius homini. 25

Nulla portio.

Quum Q. fratris clypeatam imaginem in prouincia quam is rexerat ingẽtibus liniamẽtis à capite vsque ad pectus ex more vidisset: Frater, inquit, meus dimidius maior est, quam totus. Erat enim Quintus pusillæ staturę. 26

In pusillũ

Quum Tullia Ciceronis filia concitatius incederet quàm deceret fœminam, contrà Piso gener lentiùs quàm deceret virum, ambos eodem dicto taxauit, filiæ præsente genero dicens: Ambula vt vir. 27

Incessus decorus.

In Vatinium qui paucis diebus consul fuit ita iocatus est, Vatinij anno magnum ostentum fuit, & eo consule nec bruma, nec ver, nec æstas, nec autumnus fuisset. Nam his horis annus totus distinguitur, quarum vnaquęque tres menses occupat. Nescio an hoc ipsum sit, quod aliter refert Pollio in Marino tyranno. Consul qui sex meridianis horis cõsul fuerat, ioco Ciceronis asperſus est: Consulem 28

habuimus tam seuerum tamq; censorium, vt in eius magistratu nemo pransus sit, nemo cę nauerit, nemo dormierit: nisi forte videtur hoc magis ad Caninium Reuilum pertinere.

29 *Vatenius in Ciceronẽ*

Rursus expostulanti Vatinio, quòd Cicero grauatus esset ipsum languentem inuisere: Volebam, inquit, in tuo consulatu venire, sed me nox occupauit. Hæc talio videri poterat. Nam antea Vatinius Ciceronem glorianteṁ, q; ipsum respu. suis humeris reportasset, ita taxarat, Vnde ergo tibi varices? Varices enim non sedentium, sed stantium aut ambulantium crura solent occupare.

30 *Consulatus breuis.*

Caninius Reuilus vnico tantùm die consul factus rostra quum ascendisset, pariter & honorem inijt consulatus & peieranit. In quem fert illud Ciceronis, λυγοπάρηος est Caninius Consul. In eundẽ iecit illud, Hoc consequutus est Reuilus, vt quæreretur quibus consulibus cõsul fuerit. Solet enim annorum numerus consulum nominibus designari, Reuilus autem & consul fuit, nec vllũ habebat annum. Rursus illud, Vigilantem habemus consulem, qui toto cõsulatu suo somnũ nõ vidit.

31 *Duabus sedere sellis.*

C. Cæsar multos in senatum legerat eo ordine indignos, & in his Laberium ex egregio Romano mimum. Hic quum in senatu M. Tullium præteriret, sedem quærens. Recepissem, inquit Cicero, te, nisi angustè sederem. Simul & illum respuens, & in nouum Senatum iocatus, cuius numerũ Cæsar supra quàm fas erat auxerat. Nec hoc dicterium inultũ tulit Laberius. Demiror, inqt, si sedes angustè, qui soleas duabus sedere sellis; obijciens illi leuitatem, q; lubricæ fidei nũc his, nũc illis partib. adhęreret.

32 *Obliquus sonus.*

Idẽ quũ ab hospite suo P. Mãlio rogaret, vt decurionatũ primigno ipsius expediret, assistẽte eo

te frequentia ciuium, dixit, Si ius habebit Pompeius, difficile est: Cæsaris in legendo Senatũ notans facilitatem.

33 *Libertas oppressa.*

Ab Androne quodam Laodiceno salutatus quum aduentus causam percontatus intellexisset illum pro patria libertate legatum ad Cæsarem venisse, Græcis verbis expressit publicam seruitutem ἐὰν ἐπιτυχῇς, καὶ περὶ ἡμῶν πρέσβευσον, id est impetras, etiam pro nobis legatus esto, siue pro nobis orato.

34 *Schemata leaffectatũ*

Quum M. Lepidus in Senatu dixisset, Patribus cõscriptis, ne dicam circumscriptis: Ego, inquit Cicero, nõ tãti fecissem ὁμοιόπτωτον. Affectauit Lepidus schema vocum similiter desinentium, quod rhetores ὁμοιόπτωτον vocant. At satius erat schema perdere, quàm Senatum offendere: quanquam in his verbis nõ tantum est ὁμοιόπτωτον, verum etiam προσονομασία, schema priore iucundius.

35 *Iocus ex similitudine vocis.*

Quum quidam candidatus, qui coquo patre natus credebatur, coram Cicerone suffragiũ ab alio peteret. Ego quoq;, inquit, tibi fauebo. Ex quo colligit, coce à coco, & quoq; cõiunctione, aut eodẽ aut simillimo fuisse sono.

36 *Serè.*

Quũ accusator Milonis ex argumento temporis colligens, Clodio à Milone structas insidias, subinde rogaret, quo tempore occisus esset Clodius, Cicero respondit, Sero voce ancipiti significans è repub. fuisse futurum, si Clodius multò antè fuisset interfectus.

37 *Gaudium temperati.*

Cicero nũtiata morte Vatinij, quũ eius rumoris parũ certus esset autor: Interim, inquit, vsura fruar: sentiẽs se tpario gaudio de morte Vatinij fruiturũ, quèadmodũ q̃ pecuniã mutuo accepit, ad tps ea perinde ac sua fruitur.

38 *Defendentem, bonam dextram, malã siniſtrã habere*

M. Cælium melius obiicientem crimina q̃ defendentem, bonam dextram, malã siniſtrã

habere dixit: huc alludens quòd in pugna dextra gladium tenemus, sinistra clypeum: gladio ferimus, clypeo defendimus.

39 Iulium Curtium, quò iunior videretur, multa de annis ætatis suæ mentientem, ita redarguit: Ergo, inquit, quum vnà declamabamus, non eras natus.

40 *Assensio simulata.* Fabiæ Dolabellæ dicenti, se triginta annos habere, Verum est, inquit: Nam hoc iam viginti annis audio. Volebat illa iunior videri quàm erat. Itaque Cicero elusit illam simulata assensione, significans interim illam esse quinquagenariam.

41 *Virgo mulier.* Obiurgantibus q; hõ sexagenarius puellam virginem duxisset, Cras, inquit, mulier erit. Iocans hoc probrũ mox eluẽdũ. Nã postridie nõ poterat obiici, quòd virginis esset sponsus.

42 *Exordium ab ætate.* Idem in Curionem semper ab ætate sumẽtem orationis exordium, ita lusit, vt diceret, illum quotidie facilius habere proœmium, videlicet ætate in dies magis ingrauescente.

43 *Podagra.* Rursus in Vatinium qui quum pedib. æger esset, volebat tamen videri commodioris valetudinis factus, dicebatque iam se bina milia passuum ambulare, Dies enim, inquit, longiores sunt. Hoc Fabius tribuit Ciceroni, Macrobius Augusto. Narratur & hodie quiddam nõ minus facetum, si modò accederet vetustatis commendatio. Miles quidam in conuiuio iactabat sibi ballistam esse, quæ iaculum excuteret ad spatium nulli credibile. Reclamantibus conuiuis omnibus, affirmabat famulum suum id vidisse factum. Accersito famulò per contatus est illum, an non ipse vidisset, quod narraret. Tum famulus: Verum, inquit, narrare here, sed tum vento secundo miseras sagittã.

44 Cicero audito falso rumore de Vatinij mor-

Vatinius.

morte quum Quinium libertum eius interrogasset, Rectè ne omnia? atque ille respondisset, rectè, Mortuus est, inquit? Significans non omnia rectè habere si ille viueret.

45 *Ab inexpiato.* Idem quum testis, Sexti Annalis reum Legisset, & instaret identidem accusator rei, Dic Marce Tulli, si quid potes de Sexto Annali: primus recitare cœpit versus ex Ennij sexto Annalium libro, Qui potes ingentis causas euoluere belli. Scripsit enim Ennius Annales, & accusator dicebatur Sextus Annalis.

46 *Versus detortus.* Rursus in Accium hominem callidum & versutum, quum is in causa quadam suspectus esset, senarium ex vetusto quo piam poeta torsit, Nisi qua Vlysses rate euasit Laertius. Vlysses vafer naui & Charybdin & Scyllam euasit, sit Accius astutia sua è iudicij periculo elapsus erat.

47 Similiter lusit in quendam, qui quũ prius habitus esset stultissimus, post adeptam hæreditatem primus rogabatur sniam. Cuius, inqt, hæreditas, quam vocant sapientiam? In versu pro facilitas mutauit hæreditas. Apud poetam enim versus sic habet, Cuius facilitas quã vocant sapientiam: Significauit autem hæreditatem illi pro sapientia contigisse & ob hæreditatem iam habitum sapientem.

48 Quum mater M. Bruti Seruilia precioſum ære paruo fundum absſtulisset à Cæsare, qui bona ciuium subijciebat hastæ, ita iocatus est Cicero: Et quidem, inquit, quò melius emptum sciatis, emit hunc fundum: Seruilia *Tertia deducta.* tertia deducta. Seruiliæ autem filia dicebatur Iunia Tertia, eademque C. Considij vxor, lasciuiente dictatore tam in matrem quàm in filiam. Ex ambiguo iocatus est Cicero: potuit enim intelligi tertia pars precij detracta.

Deducitur autem vxor, aut scortum.

49 Idem ænigmate lusit in matrem Pletori, q̃ *Saltè.* Fonteium accusabat, dicens, eam dum viueret ludum, mortuam magistros habuisse: Notans q̃ dum viueret infames ad eam fœminæ commeare solent, post mortẽ eius bona veniebãt. Sermo videtur & absurdus & præposterus. Nam qui ludos habent, ipsi magistri sunt, & discipulos habent. Magistri autem dicuntur non solùm qui docent, verumetiam q̃ regũt.

50 In nomen Verris iocatus est quasi sic dictus *Iocus exno mine.* esset, quòd omnia verreret hoc est, nihil reliqui faceret homo furax. Quo genere iocandi quidam furem pro Tullio Tollium dixit: nec defuerunt qui pro Tyberio dixere Biberium.

51 De C. Cæsare dicere solet, Quoties huius *Ingenium varium.* astutiam & ambitionem video sub humanitatis specie latitantem, metuo reipubl. tyrannum. Rursus quum comas molliter fluentes, & ipsum, vno digito scalpẽtem caput intueor, vix animum inducere possum, vt tantum facinus animo concipiat.

52 Idem obiicientibus quòd à reo pecuniam *Mendaciũ dulsum.* accepisset, qua magnificas quasdam ædes esset empturus: Fatebor, inquit, accepisse me, si emero. Eas quum esset mercatus, exprobrantibus vanitatem, An nescitis, inquit, boni patrisfamiliàs esse, dissimulare si quid constituerit emere.

53 Ciceroni cum Crasso simultas erat. Quum *Iocus ex no mine.* igitur alter è Crassi filiis non dissimilis ciuidam nomine Digno, atque hinc populi suspitio in Crassi vxorem, quasi cum Digno rem habuisset: in senatu præclaram habuisset orationem rogatus Cicero qualis ei videretur: Dignus, inquit. Crasso, rectè alludens ad nomen Digni. Iocus lepidior est, si more Græcorum dicas,

dicas, Dignus Crassi, vt intelligas duos esse Crassos, alterum adulterum, alterum illi similem Crassi filium.

Cicero Munatio reo patrocinatus fuerat, 54 atque ille absolutus. Post quum Munatius Sabinum Ciceronis amicum reum peragaret, ira *Eloquẽtia victor non causa.* tus Cicero exprobrauit illi beneficium. Aa tu, inquit, Munati illud iudicium tua opera effugisti, an potius mea, qui multum caliginis tribunalibus offudi?

Quum Marcum Crassum pro rostris lau- 55 dasset, magno populi applausu, & eundem *Ex eodem ore frigidũ & calidũ.* post ex eodem loco acribus conuitijs incessere, Quid, inquit Crassus, an non me nuper ex hoc ipso loco laudasti? Laudaui, inquit, sed exercendi gratia argumentum infame declamans. Solent enim rhetores tractare materias ἀδόξους, velut quum laudant Busyridem, aut febrim quartanam, aut ingratitudinem.

Idem quum Crassus dixisset, Neminem 56 Crassorum Romæ vixisse diutius annis sexa- *Acerbè.* ginta, deinde pœnitens eius sermonis diceret, Quid mihi accidit, vt hoc dicerem: M. Tullius: Sciebas, inquit, Romanos hoc libenter audituros, & ista via venisti ad rempubl. gubernandum: duo significans, & Crassorum nomen inuisum esse Romanis, & illum non virtute, sed blandiendo prouectum ad honores.

Crasso dicente, Stoicorum esse dogma, virũ 57 bonum esse diuitem: Vide, inquit Cicero, ne *Auaritiæ.* magis hoc sentiant, sapientis esse omnia. Testè notans Crassi auaritiã, cui nihil esset satis.

Crassus in Syriam profecturus, malens Ci- 58 ceronem amicũ q̃ inimicũ relinquere, officio *Redit⁹ grã* sè salutato dixit se apud illum velle cœnare, *tiam.*

quem

quem Cicero alacriter excepit. Post aliquot dies quidam amicorum egerunt apud Ciceronem vt cum Vatinio quoque rediret in gratiam: Num, inquit, & Vatinius mecum cœnare vult? Significans illum cœnam ambire potiùs quàm amicitiam.

Rursus in Vatinium qui scrophas habebat
59 in ceruice, id est morbigenus, quum causam
Morbus exprobratus. quandam ageret, Tumidum, inquit, habemus oratorem. Asiatici dicti sunt tumidi.

Cæsar statuerat agros Campanos militibus
60 diuidere: id quum cõplures in curia molestè ferebant, tum L. Gellius, hõ extremæ senectutis dixit, hoc non futurum se viuo. Expectemus, inquit Cicero: non. n. postulat longã dilationem: significans illum esse morti proximum.

Adolescés quidam accusatus quòd patrem
61 placenta venenata sustulisset, quũ stomachabundus minaretur se probris laceraturum Ciceronem: Hoc, inquit Cicero, malim quã placentã. ancipiti dicto parricidiũ illi obiicies.

P. Sextius Ciceronem cum alijs aliquot ad
62 causæ patrocinium adhibuerat: cumque ipse vellet omnia dicere, nec cuiquam dicendi locum daret, vbi iam constaret illum à iudicibus absoluendum, ferreturque sententia. Vtere, inquit Tullius, hodie tẽpore, nam cras priuatus eris: notans hominem q̃ in causa suo arbitratu solus egisset omnia.

Quum M. Appius in proœmio diceret, se
63 magnopere rogatum amico, vt in causa clientis adhiberet curam, eloquentiam, & fidem:
Irrisio. hic Cicero, Adeone ferreus homo es, vt ex tam multis quæ rogauit amicus, nihil præstes?

M. Aquilium duos habentẽ generos, sed amẽ
64 bos exules, Adrastum appellauit, q̃ solus locũ teneretur: alludens ad Græci nois etymologiã.

L. Cotta

L. Cotta censore, qui vini auidissimus habe
65 batur, quum Cicero consulatum petens sitisset, bibissetque septus vndique amicis, Rectè, *Censor bibulus.* inquit, timetis, ne censorem habeam infensum, quòd aquam bibo. Simulauit Cicero se credere, ob id circunstare frequentes amicos, ne censor videret illum bibentem aquam. Simile enim simili amicum.

66 Quum M. Cælius, qui credebatur à paren-
Vocaliter. tibus non liberis natus, epistolam apud Senatum clara, firmaq̃ue voce recitasset, Ne miremini, inquit Cicero, nam hic vnus ex his est, qui proclamarunt: significans illum fuisse præconem, & hoc vsu contigisse vt esset vocalis. Solent autem serui venales voce præconis commendari.

67 Memmio cuidam vituperanti Catonem
Iocus ex addito. Vticensem, dicentiq̃ue quòd totas noctes ebrius esset, At illud, inquit Cicero, non addis, eum totos dies aleam ludere: ciuiliter excusans Catonem, qui totum diem reipub. negocijs dabat, nocturnas aliquot horas sumebat laxando animo.

68 C. Cæsari in senatu enixè defendenti cau-
Scomma ex ambigue. sam filiæ Nicomedis, beneficiaq̃ue Regis in se commemoranti: Remoue, inquit, isthæc, oro: quoniam notum est, quid ille tibi, quid tu illi dederis. Iocus est ex ambiguo verbi. Nam dat qui confert beneficium, & dat mulier quę sui facit copiam. Vnde illud Martialis:

--Vis dare, nec dare vis.

Male audiebat Cæsar, quòd in Bithynia Nicomedi regi fuisset obsequentior, quàm pudicitiæ leges postulant.

69 M. Callidius Gallum accusauit, M. Tullio
defendente: quũq; accusator affirmaret, se testibus, chirographis, quæstionibus probaturũ,

sibi

sibi à reo fuisse præparatum venenum: sed interim rem tam atrocem, remisso vultu, languida voce, ac rel quo gestu parum concinato pronunciaret: M. Tullius Tu, inquit nisi fingeres M. Callidi, sic ageres? Ex actione colligens, illum non ex animo loqui.

DEMOSTHENIS ORATOR.

1 *Lucernam olet.*

Pythea Demosthenem obiecit, quòd ipsius enthymemata lucernam olerent: significans illum non nisi de scripto, & ad lucernam elucubrata dicere. Quod dictum ita retorsit Demosthenes, vt diceret, non eodem pretio sibi & illi constare lucernam: notans quòd ille nocturnis conuiuijs indulgeret, plus impendens luxui, quàm ipse studio.

2 *Eloquentia popularis.*

Aliis immodicum eloquētiæ studium obijcientibus, ita respondit: Eloquentiæ studium declarare hominem popularem: contrà negligere studium eloquentiæ, esse eorum, qui dominari populo quærerent, vt qui hoc agerent, non vt persuaderent dicendo, sed vt vi coperet.

3 *Sermo breuis & efficax.*

De Phocione quoties in concione dicturus assurgeret, ad amicos proximos dicere solet Demosthenes, rationum ipsius securim surgere. Nam Phocion erat in dicendo breuis, sed acutus. Solet aũt ferè à Demosthene dissentire.

4 *Consultor, non calumniator.*

Populus Athenienſium à Demosthene flagitabat, vt quendam accusaret: Id quum recusaret, cœpit populus in illum, vt solet, vociferari. Tum surgens, Vos me viri Athenienses, consultorem habetis vel inuiti: calumniatorem autem non habebitis, etiamsi velitis.

5 *Laudes depranatæ.*

Demosthenes vnus fuerat ex decem, quos Athenienses legatos ad Philippum Macedonē miserant. Itaq; posteaquam Æschines & Philocrates, quos præcipuè fuerat complexus Philippus, à legatione reuersi, quum aliis multis nominibus prædicarent regē, tum his præcipuè, quòd esset formosus, facundus, & ad bibēdum strenuus, Demosthenes ita cauillatus est, vt diceret, in his laudibus nihil esse dignum rege. Nam primam esse fœminarum, alteram sophistarum, tertiam spongiarum.

Demosthenes clypeo suo literis aureis inscripserat ἀγαθῇ τύχῃ, id est bona fortuna. Attũ quum ad pugnam vētum esset, illico proiecto clypeo aufugit. Id quum illi probro daretur quòd ῥίψασπις esset, elusit vulgato versiculo,

6 *Fuga excusata.*

Ἀνὴρ δὲ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται id est,
Vir qui fugit, rursum integrabit prælium.

Indicans vtilius esse patriæ, fugere, quàm in prælio mori. Mortuus enim non pugnat: at qui fuga quæsiuit salutem, potest in multis pralijs patriæ vsui esse.

7 *Pauci pro omnibus.*

Quum Alexander pacem hac lege deferret Athenienſibus, si ciues octo sibi dederent, inter quos erat Demosthenes: Demosthenes apologum retulit de lupo, qui hac lege pacem obtulit ouibus, si canes dederent: lupi nomine significans Alexandrum: canum, eos qui tum populi rem curabant: ouũ plebem Athenienſium. Addidit & illud. Vt mercatores, inquit, exiguum frumenti in patopside specimen deferunt, per hoc ingentes aceruos vendere cupientes: ita vos si traditis ciues octo, qui deposcuntur, populum vniuersum traditis.

8 *Patriæ desertores.*

Quum ab Areopagitis damnatus, elapsus è carcere fugeret, & haud procul ab vrbe obsistere aliquot diuersę factionis homines, primũ in abdere se voluit: sed quũ illũ nominatim Demosthenem appellātes iuberēt esse bono animo, & vt auxilium illi offerrent, grauis-

gr. iter ingemuit, dicens: Qui possum hanc vrbem relinquere, in qua tales habeo inimicos, quales amicos vix in alia sum inuenturus?

Populus nocentiss. ima bestia.

9 Inter fugiendum fertur subinde respiciens ad arcem Palladis, sublatis manibus dixisse, O Pallas vrbium domina, quot tribus infaustissimis bestiis delectaris, noctua, draconе, & populo? Noctua quum sit auium inauspicatissima, tamen Palladi sacra est, quemadmodum & draconem habet pro gestamine, populus autem bellua est multorum capitum, pessimam gratiam referre solita optimè de se meritis, velut Socrati, Phocioni, Scipioni & aliis compluribus:

Respublis fuge.

10 Ad iuuenes quos habebat familiares, dicere solet, Sibi gnato iam quantum inuidiæ, metus, calumniæ ac discriminis sit expectadum ad rempub. accedenti, si ex duobus alterum sit eligendum, citius in exitium iturum, quàm ad suggestum aut tribunal.

Exul in patriam pius.

11 Quum exularet in Arcadia, Pytheasq; pro Macedonibus dixisset, Vt domum, in quâ hæc venale importatur, aliquid habere mali suspicamur, ita ciuitatem esse morbidâ, ad quam mitteretur Athenienſium legatio: Demosthenes eam sententiam ita retorsit, vt hæc pro sanitate ægrotantium importatur, ita Athenienses pro salute ciuitatum adesse dicens. Id vbi resciuit populus Athenienſium, protinus illum ab exilio reuocarunt.

Spōta mea grata.

12 Quum redeunti ab exilio nauis esset missa, multique magistratus ac ciues obuiam issent, sublatis in cœlum manibus dixit, sibi in patriam reditum, honorificentiorem contigisse quàm Alcibiadi, quòd ille coactis ciuibus rediisset, ipse persuasis.

13 Postea quam Demosthenes metu Antipatri profu-

profugisset in Calauriam insulam, seq; in Neptuni templo contineret, & Archias ex tragœdiarum histrione potens, illi blandis sermonibus persuadere conaretur, vt sese in Antipatri fidem committeret, non modò nihil passurum mali, verumetiam amplissimis muneribus honorandum: In scena, inquit, mihi nunquam placuisti histrio, neque nunc persuadebis orator. At vbi commotus Archias minare tur se detracturum illum è templo: Tandem, inquit oracula Macedonica aperuisti. Nam prius histrionum more simulabas. *Acerbè.*

Fertur aliquando Corinthum nauigasse Demosthenem illectum fama nobilissimi scorti Laidis, vt & ipse famoso amore potiretur. At quum illa pro nocte stipularetur drachmarũ decem millia, deterritus magnitudine precij, mutauit sententiam, dicens: οὐκ ἀγοράζω τὸ σοῦ μεταμεληθῆναι, id est, Non emo tanti pœnitere: significans inhonestæ voluptati paratam esse comitem pœnitentiam. 14 *Magnoem pta volupt at.*

Celebre est Pytheæ dictum, orationes Demosthenis olere lucernam. quod noctu scriberet, meditareturque quæ dicturus esset. Inid quum alius quispiam, qui ob furti suspicionem vulgò male audiebat, petulantius inueheretur: Scio, inquit Demosthenes, nos tibi molestos esse, qui noctu lucernam accedimus. Fures enim amant tenebras. 15 *Salsè.*

Idem aduersus Demadem clamantem, Demosthenes me corrigere vult, sus Mineruam: At ista (inquit Demosthenes) Minerua anno superiore in adulterio deprehensa fuit. Adulterium obiecit Demadi, quum Mineruam poetæ faciant Virginem. 16 *Acerbè.*

Idem Athenienſibus flagitantibus vt consuleret, obstitit dicens: σὺν συντάγματι, id est, nõ sum 17 *Fortiter.*

Fortiter. sum coactus in ordinem. Significans se nõ seruire populi affectibus, sed suo arbitratu facere quod faciendum iudicasset.

18 Ancilla quædam depositi nomine pecuniã acceperat à duobus hospitib. hac conditione, vt eam vtrisque simul redderet. Horum alter post tempus aliquod lugubri veste & squalidus socij mortem simulans, decepta muliere nummos abstulit. Eo facto superuenit alter, & depositum repetere cœpit. Quum mulier anxia de laqueo cogitaret, Demosthenes ei patronus adfuit qui vt in aduocationem veniret, *Candidè.* sic aggressus est petitorem, Mulier, inquit, parata est depositi fidem soluere, sed nisi socium adduxeris, id facere non potest: quoniã vt ipse prædicas, hæc dicta lex est, ne pecunia alteri sine altero numeretur. Hoc ingenio seruauit miseriam, elusitque nebulonum conspirationem, qui hoc egerant, vt eandem pecu-
19 niam bis acciperent.

Actio totũ Cuidam percontanti quid esset in eloquentia præcipuum, respondit, hypocrisis, hoc est, actio. Roganti quid proximum, respõdit actio. Roganti quid tertium, nihil aliud respondit quàm actio: tantum tribuens pronunciationi, vt in ea totum situm existimaret. Actio autem multa complectitur, vocis moderationem, oculorum vigorem, vultus habitum, & totius corporis gestum.

20 Quum Athenienses gestirent Harpalo fer-
Temeritas re suppetias, iamque in Alexandrum armarẽtur, de repente apparuit Philoxenus, quem Alexander maritimis negotijs præfecerat: hic quum populus metu attonitus consilescceret, Quid facerent, inquit Demosthenes, si solem videant, qui non possunt obtueri lucernam? Ita populo temerarios motus exprobrauit.

Qui-

Quibusdam arbitrantibus Demadem iam 21
desiisse malum esse: Iam enim, inquit, saturum videtis, veluti leones. Erat pecuniarum auidus Demades, Leones autem nitiores sunt saturi.

Quum à quodam conuitiis incesseretur: 22
Committor, inquit, in certamen, in quo qui *Grauiter.*
superior euaserit, inferior est, & qui vicerit, victus est.

Idem quum audiret oratorem quendam 23
immodice vociferantem: Non, inquit, quod *vociferatio.*
magnum est, bene est, sed quod bene est, magnum est. Hoc & aliis ascribitur. Sunt qui & conuiuia prolixa, ac plurimis instructa missibus existiment lauta.

LIBER QVINTVS.

QUidem statueram aliquot selectis, quos superioribus libris retuli, esse contentus: sed quoniam inuitabat arridens vndique dictorum memorabilium copia, simulque veniebat in mentem, quàm auidum ac famelicum huiusmodi deliciarum conuiuam accepissem, visum est quintum missum addere, repetito ordine, quem Plutarchus secutus est.

CYRVS MAIOR.

Persæ amant homines adunco naso, quos Græci grypos appellant, eosque pulcherrimos esse putant, eò quòd Cyrus, quo non alius regum populo fuit charior, eiusmodi specie nasum habuerit. Est autem duplex gryporum genus, vnum cui statim à fronte nasus insurgit, quod Aristoteles putat esse signum impudentis animi, & ad coruos refert: alterum cui curuatura nasi à fronte separata est, sed circa medium intumescit, & ad extremum tendens vnci speciem præbet: id Aristoteles putat esse notam magnanimitatis, & ad aquilã pertinere.

Cyrus autem dicebat, Qui sibi nollent p- 1
desse, cogi vt aliis sint usui: significans seruili animo natos, sibique inutiles, eo imperio adigendos, vt aliorum commodis inseruiant. *Princeps qui virtute præcellit.* Vulgus autem putat homines aquilino naso, & ad suum commodum cum primis attentos, & imperio magis quàm seruituti natos: Vnde & poetæ veteres aquilæ regnum in omne auium genus tribuunt. Sed idem dicebat. Neminem debere suscipere principatum, nisi melior his, in quos susciperet: sé tiens hoc esse principis vnicum munus, aliis prospicere, & publicis consulere commodis: id autem non potest, nisi qui sapientia, vigilãtia animiq; integritate cæteris antecellit. Hoc verò non præstat natiuitas, sed institutio recta & rerum vsus.

Quum Persæ, quoniam regionem habebãt 2
montuosam asperamq;, cuperent eam campestre ac molliori commutare, non passus est Cyrus dicens, quemadmodum plantas ac semina, sic hominum mores ad regionis habitum immutari: Sentiens se velle duros homines & laborib. accõmodos. Nam mollis ac fertilis regio molles & ignauos gignit hoïes. 3

Delitiæ molliunt.

Cyrus abstinebat à cõspectu Pantheę. & Araspo dicenti, mulierẽ esse insigni forma, dignã regis oculis: Ob isthuc ipsum, inquit, magis est ab illa abstinendũ. Etenim si nunc tuo obtẽperans consilio illam adiero, quũ vacat, fortassis illa mihi persuasura est, vt ad ipsam frequenter commeam ét quum, nõ vacabit, eiq; assidéa neglectis seriis negociis. Scitè retorsit argumẽtum, regiæ functionis memor.

Cassè.

DARIVS.

Darius Xerxis pater, in sui laudem dicere 4
olet, sese præliis ac rebus asperis reddi prudentiorem. Atqui talis prudentia nimio constat reipu. Præstat principem è philosophiæ præceptis hautire sapientiã potius, quàm experimentis miseram, vt vocãt, colligere prudẽtiã.

Fortuna aduersa prudentes facit.

Idem quum tributum indixisset subditis, accersitos prouinciarum præfectos percontatus est quum aliis de rebus, tum de tributis: essentne graues: quum illi respondissent, esse

mediocria, iussit, vt singuli dimidium exigerent. Quod præfectis moderatum videbatur, Regis æquitati visum est dimidio plus satis. Maluit enim suos beneficio sibi conciliare, q̃ exarmatos subigere. Stratagematis autē gratia in hoc sita est, quòd duplum imperauit eius, quod destinarat accipere. Si dimidiū imperasset, nec quicquam remisisset, latuisset benignitas: nunc exacta dimidians, effecit vt omnes sentirent beneficium.

Fauor arte captatus.

Amico fido nihil precioſius.

Quum aperuisset prægrande malum punicum, & quidam ab eo scisciteretur, cuius rei tantum numerum habere optaret, quantus illic inesset granorum, respondit, Zopyrorum. Is erat vir bonus ac Dario fidus amicus. Significans Regi nihil prius aut charius esse debere probis ac fidis amicis. 6

Is Zopyrus sibi nares & aures præcidit, itaque dissimulans quis esset, ad Babylonios transfugit, fingens se à Dario crudelissimè tractatum. Babylonij persuasi commiserunt illi præfecturam ille nactus occasionem Dario ciuitatem tradidit. Posteà Darius sępenumero dicere solet, se malle vnum Zopyrum integrum, quàm centum Babylonas capere. Erat opulentissima ciuitas Babylon, tamen vnum amicum centum Babyloniobus antepositi. Ab hoc animo quantum absunt principes quidam, qui Sannionem, aut equum, aut canem pluris faciunt, quàm probum, fidelem, ad doctum amicum? Huius factum damnans rex dicebat, quòd turpissimo facto pulcherrimum nomē impositisset. Videbatur enim mira fides in regem, quum illum summa afficeret tum iactura, tum molestia. 7

Fidus amicus.

Idem iratus Babyloniis, quòd à se defeciſſent, 8

ciſſent, posteaquàm illos in potestatem suam redegerat, interdixit, ne ferrēt arma, sed psalteriis tibiisque canerent, scorta alerent, cauponas haberent, ac sinuosis tunicis vterentur, quò voluptatibus cuitari non molirentur denuo defectionem. Nec hoc inter apophtegmata commemoraturus eram, ni Plutarchus recensuisset. *Delitiæ.*

Quum importarentur ad illum Atticæ caricæ venales, negauit se illas esurum, donec re gione potitus esset, quæ illas ferret. Tam ingēs erat excelsi pectoris fiducia. 9 *Fiducia.*

Quum vidisset vniuersum Hellespontum naubus suis constratum, omnia littora atq; Abydenorum plana hominibus referta, iactauit se beatum, mox q; fudit lacrymas. Tam subitam mutationem admiratus Artabanus regis patruus, qui dissuaserat eam expeditionē, ausus est rogare causam. Tum Xerxes subiit, inquit, animum meum cogitatio, quàm breuis sit hominum vita, quando ex tam numerosa multitudine post annum centesimum nemo superfuturus est. 10

Idem Græciæ bellum indicturus, inuocatis omnibus Asiæ principibus dixit, Ne viderer meo tantùm consilio hoc aggressus, contraxi vos: cæterùm mementote mihi parendum magis quàm suadendum. Vox bis tyrannica, & q̃ principum consentu pro fœco abuteretur, & q̃ negociū multo periculosissimum sua vnius cupiditate verius quàm consilio susciperet. 11

Idem quum à trecentis Lacedæmoniis ad Thermopylas vexatus esset tantam militum ducens multitudinem, hoc se deceptum aiebat, quòd multos quidem homines haberet, milites autem perpaucos. Sentiens sine 12 *Turba inutilis.*

perinde referre, quàm multos educas, sed q̃ exercitatos.

ARTOXERXES

Liberalitas regum.

13 Artoxerxes Xerxis filius, cognomento Longimanus, quòd alteram manum haberet longiorem, dicere solet, regalius esse addere, quàm adimere, Sentiens Principe dignius esse, honorem & opes eorum, quibus imperat, augere potius quàm imminuere.

Iustè & comiter.

14 Quum Satibarzanes Artoxerxis à cubiculis, quidam minus iustum ab ipso peteret, sentiretque rex illum hoc facere sollicitatum triginta Daricorũ millibus, quæstori ærarii sui mandauit, vt Daricorum triginta millia ad se referret, ea dedit Satibarzani dicens, Accipe, inquit, ò Satibarzanes. Nam hæc tibi quũ dedero, non ero pauperior, iniustior futurus, si illa quæ petebas feciſſem commentus est Rex egregius, vt nec amicum cõtristaret, nec à iusto deflecteret.

CYRVS IVNIOR.

Cyrus Iunior Lacedæmoniis vt secum societatem iniret potius quàm cùm fratre, hac oratione sese commendauit. Aiebat sibi cor longè grauius esse quàm fratri, plus illo meri bibere, meliusque ferre quàm illum. Nam illum vix in venatu posse in equo sedere, vt non excutiatur: in rebus acerbis, ne in sella quidem. Scibat enim Lacedæmoniis inuisos esse molles, ac timidos. Hortabatur insuper, vt viros ad se mitterent, pollicens se peditibus daturum equos, equitibus currus, agrũ possidentibus daturum vicos, vicos qui haberent eos se facturum vrbium dominos: cæterùm auri argentiq; vim tantam, vt non possent numerare, sed pendere cogerentur.

Nimi-

Nimirum hoc erat, quod dixit Artoxerxes, regalius esse addere, q̃ adimere. Si quis princeps nunc talia polliceretur, vereor ne totam Germaniam breui visuri simus vacuam. 15

Animosè.

Cyro conflicturo cum hoste loco qui dicitur Cunax, Clearchus suasit, vt se post Macenes contineret, nec sese in belli discrimen conficeret: Quid ais, inquit, Clearche? iubesne, vt quum regnum appetam, regno me indignum ostendam?

Iudicii.

Phocais ex Ionia, parentibus honestis orta, ingenueq; educata, ad regis cœnã cum aliis mulieribus admissa, cæteris regios iocos ac lusus hilariter excipientibus, nec refugientibus ab illo tangi, sola tacitè ingressa ad lectũ constitit, nec vocanti Cyro paruit. Cubicularius autem tentantibus illam adducere, Flebit, inquit, quisquis horum mihi manus admouerit. Ob hæc quum à cæteris agrestis & incomis haberetur, Cyrus gaudens, & cum risu versus ad illum qui mulieres adduxerat: Nõ intelligis, inquit, te hanc vnam ingenuam & incorruptam adduxisse? Postea ad hanc in primis adiecit animum, vniceq; adamauit, sapientem appellans. Apud Barbaros, mulieres attigisse, construpasse erat.

Idem quum pauper quispiam insigni magnitudine malum obtulisset, hilariter accipiens: Per Mythram, inquit, (sic enim Persæ Solem appellant) hic mihi talis videtur esse, vt si quis ei committat ciuitatem, possit eam ex parua magnam reddere. 19

Munus in tempore datum.

Rusticus quidam videns ad regem varia 18
deferri donaria, nec aliud habens quod largiretur, vtraque cana manu hausta è proximo flumine aquam illi obtulit vultu alacri. Rex lætatus, iussit illi dari phialam au-

ream, ac mille Daricis donauit hominem.

19 In fuga quadam quum direpto illius commeatu, aridis ficis & hordeaceo pane vesceretur: Dij boni, inquit, cuiusmodi voluptatis hactenus inexpertus fui?

Fames condimentum.

20 Quum Aelides Iapson multa in regem liceret, & contumeliosè diceret, hactenus tum vltus est maledicum, vt per tribunum militum denunciaret, ei licere in regem quæ vellet dicere: sibi verò in illum licere, q̃ vellet & dicere, & facere.

Maledicere regi, non tutum.

21 Teribazus in venatu Persicam vestem dilaceratam ostendit, consulens quid faciendum esset: respondente rege, aliam induendam: Tuam igitur, inquit, mihi tradas oportet. Rex suam tradidit, dicens, Dono, do tibi hanc vestem, sed gestare prohibeo. Teribazus vir minimè quidem malus, sed leuis, præcipitisq́ consilii, neglecta regis monitione vestem induit, muliebribus etiam ex auro donis, quæ à Rege acceperat exornatam. Hoc cæteris omnibus indignè ferentibus, nam ridere nefas erat; Rex effusè ridens: Tibi, inquit, vt mulieri aurum, vt insano regium amictum, ius, poteſtatemq́ cõcedimus.

Fatuis omnia licent.

22 Artoxerxi iam siti deficienti, Peribarzenes eunucus, quum aliud non liceret, à rustico quopiam sordidum vtrẽ detulit, putris aquæ cotylas octo continentem. Eam aquam quũ Rex totã ebibisset, rogatus ecquid illi placuisset ille potus, Deos testatus est, se nunquam vllum potasse iucundius, nec vllam aquã quãuis puriſſimam sibi visam suauiorem. At postnactus eum hominem, qui eunuco aquam dederat, è paupere diuitem fecit, Tanti refert in tempore dare munus.

Munus in tempore datum.

PAR-

PARYSATIS. 23

Paryſatis Cyri & Artaxerxis mater præcipere solet, vt rex palàm ac liberè loquuturus, verbis byssinis vteretur. hoc est, magnificis ac mollibus, quo sermonis blandities rei mitigaret asperitatem. Reges byſſo vestiũtur, sed talem decet esse Regis orationem, qualis est amictus.

Dissident interpretes verbis byssinis. Seueritas verbis temperata.

ORONTES.

Orontes Artaxerxis Regis gener, quum ab irato rege reiectus & condemnatus esset: Quẽadmodum, inquit, supputatorum digiti nũc infinitum numerum, nunc vnum tantùm poſſunt ponere: sic regum amici, nunc quidquis pollent, nunc quàm minimum. Olim digitis subducebatur ratio, quemadmodũ nũc calculis. 24

Fauor ea gũ temperarius.

MEMNON DVX. 25

Memnon quo tempore bellum gerebat aduersus Alexandrum pro Dario rege, militem quendam mercenarium multa conuitia petulanter iacientem in Alexandrum, hasta percussit: Ego, inquiens, te alo, vt pugnes cũ Alexandro, non vt illi maledicas.

Maledicentia.

ÆGYPTII. 26

Ægyptiorum Reges iuxta regionis illius cõsuetudinem, iudices ad iusiurandum adigebant, vt etiam si quid rex iuberet eos iudicare, quod iustum non esset, ne iudicarent. Tãti referre putabant, vt populus iustos haberet iudices. Porrò potentiæ ferociæq́ regiæ opposita est iurisiurandi religio: quod adactum videri non poterat, quum ab ipsis regibus exigeretur.

Iudices incorrupti.

POLTYS. 27

Poltys Thraciæ rex Troiani belli tempore quum Troiani pariter & Græci legationẽ ad ipsum

Amor in sanos.

ipsum misissent, auditis vtrisq; pronũciauit, vt Alexander redderet Helenam: & à se pro vna duae formas abduceret vxores. Sapuisset Paris si hoc feciset. Nam vna satis fruitus habuisset duas nouas, & patriæ cõsuluisset. Quis autem nõ miretur Græcorum humanitatem, quibus sat erat futurum, si tantum redderetur quę cum adultero tandiu dormierat?

TERES.

28 Teres Sitalci pater dicere consueuit, quoties esset in otio, nec militia exerceretur, se nihilo meliorem esse æquisonibus: Hæc vox qđ aliud sonat, quàm barbaricam immanitatẽ. quasi pacis ipe desit, qđ agat bonus prceps? *Belli studium.*

COTYS THRACIÆ REX.

29 Cotys ei qui dono miserat pardalim, vicissim dono misit leonem, malâ bestiam ęquè mala repensans. *Parpari.*

Quum esset natura celer ad iram, sæuusq; 30 castigator eorum, qui in ministerio deliquissent, hospes quidam ad illum detulit vascula fragilia tenuiaque, sed scitè curioseq; celte, tornoq; elaborata. At is hospiti quidem dedit munera, cæterùm vascula omnia confregit: demirantibus quur id faceret: Ne, inquit, sæuiam in eos, qui fracturi erant. Prudentis est, naturæ suæ morbum agnoscere, & vitio materiam præripere. *Iræ sub ducẽda occasio.*

Idem, vbi cognouit quòd Athenienses ho- 31 noris gratia, ciuem ipsum suæ ciuitatis declarassent, p auxilio quod illis aduersus Dorienses impenderat, gratiam reponere studentes, per Iouem, inquit, & ego illi vicissim meę gentis ius dabo: Sentiens nihilo minus honorificum esse Thracẽ, q̃ Athenienscm appellari. *Sua cuiq. patria chara.*

IDATHYRSVS SCYTA.

32 Idathyrsus Scytharũ rex, in qué arma mouit

uit Darius, suasit Ionũ regibus, vt Histrici Põtis iunctura soluta fugientes sese in libertatẽ vindicarent: qui quũ id facere recusarent, ne violaret fidẽ, qua Dario erãt obstricti, vocauit illos frugi mãcipia, & ἄνδραπα, hoc est, qui fugere nollent. Nam hæc non minima laus est seruorum, nolle fugere si liceat, at nolle tyrãnicam seruitutem commutare libertate, si de tur opportunitas, animi seruilis est. *Seruitus grata.*

ATEAS SCYTHA.

Ateas hũc in modum scripsit Philippo, Tu 33 quidem imperas Macedonibus bellandi peritis, at ego Scythis, qui & cum fame & cum siti pugnare valeant: Significans hac parte Scythas ad bellum esse magis idoneos. *Miles durus.*

Idem quum fricaret equum suum præsen- 34 tibus Philippi legatis, percuntatus est illos, nũ id faceret Philippus: Sentiens se tanto meliorem bello quàm esset Philippus. *Rex equũ fricans.*

Idem quum Ismeniam tibicinem optimũ 35 in bello cepisset, iussit illum canere, ac cęteris admirantibus ipse iurauit per vẽtum & Aciacẽ, sibi iucundius esse audire hinniũ eqoi. *Scytha ἄμουσος.*

SCILVRVS SCYTHA.

Scilurus octaginta liberos masculos habẽs, 36 quũ esset moriturus, fasciculũ iaculorũ singulis porrexit, iussitq; rũpere. Id quũ singuli recusassent, eò q̃ viderẽt impossibile, ipse singula iacula exemit, atq; ita facilè cõfregit oĩa: filios admonẽs his verbis, Si cõcordes eritis, validi inuictiq; manebitis: contrà, si dissidiis & seditione distrahemini, imbecilles eritis & expugnatu faciles. Nõ potuit Scytha magis Scythice rem ob oculos ponere. *Concordia fratrum.*

GELO SYRACVSANVS.

Gelo Siciliæ tyrannus, debellatis apud Ime 37 ram Carthaginiẽsibus, in pacis fœdere compu- *Pietas.*

lit illos & hoc acceptis conditionibus adstrī-
bere, nē posthac filios suos Saturno immola-
rent. Solet enim ea gens infantes suos æneæ
Saturni statuæ cauæ, & intus incensæ, in sinū
ponere, qui velut in dei cōplexus enecabātur.
Id vt Saturno gratum putarent, effecit fabula
quæ narrat illum oēs vxoris filios deuorare
solitum. Nam & Iouem deuoraturus erat, nisi
pro puero saxum supposuissent.

33 Exigebat pecuniam à suis ciuibus, quos vbi
Solerter. videret tumultuantes, ait se petere mutuo, qp
pe redditurum. Ita volentes dederunt, atq; il-
le peracto bello reddidit. Hoc artificio perfe-
cit, vt pecunia, non deesset ad bellum necessa
ria, nec ciues haberet minus beneuolos.

34 In conuiuio quū lyra circumferretur, cæte-
Artes re- riq; ordine canerent: nam id apud Græcos ho
gia. nestū habebatur ipse quū iussit induci in con
uiuiū, facileq; ac leuiter in illū insiliit signifi
cans hoc esse regalius, q̄ lyra canere.

40 Quū Athenienses conditiones pacis à Gelo
ne delatas recusarent, multaq; de suæ gentis
antiquitate, præstantiaq; iactarent, Gelo re-
spondit oratori, Hospes Atheniēsis, apud vos
qui præsint, habetis: qui subsint, non habetis.
Proinde q̄s totū retinere mauultis q̄ partem
cedere, q̄ocyssimè hinc abite, renuntiari Græ
cæ, ver illi ex anno inauisse: significans op
timam ac florētissimā copiarū partē illis de-
futurā. Suū. n. exercituū veris nose signauit.

HIERON.

1 Hieron, qui Geloni successit in regnū, nemi
Carnuli. nem qui liberè apud se loqueretur, importu-
nū aut molestū esse dicebat: cęterū qui arca-
num efferrent, eos existimabat ēt illos læde-
re, apud quos effutirent: eò q̄ odimus non so
lùm illos, qui efferunt, verùm etiam eos qui

audierunt, quæ nollemus illa audita esse. 2

Quidam exprobrabat illi oris grauiolētiā. *Pudicitia.*
At ille eum vxore expostulauit, q̄ id sibi nun
quam indicasset. Tum illa, Putabam, inquit,
viros oēs ad eundem o'ere modū. Eximiū pu
dicitię argumētū, q̄ nulli viro tā vicina fuerit
vt oris halitū sētire posset p̄terq̄ vni marito.

Xenophani Colophonio de paupertate sua 3
querēti, q̄ ęgrè duos aleret famulos: At Ho- *Carptores*
merus, inquit, quē tu carpis, ēt mortuus alit *alienæ fa-*
plusquam decem hominum millia, & tu qui *mæ.*
vis illo videri doctior, vnus non alis duos?

Idem Epicharmo comico poetæ, quòd prę- 4
sente ipsius vxore dixisset quiddā inhonestū, *Castè.*
mulctā dixit. Epicharmus Siculus erat iuxta
regionis naturam plurimi ioci. At rex ūi iu-
dicat esse tribuendū reuerētiæ cōiugio, vt cri
mē existimaret, audiēte vxore iocari lasciui⁹.

Idem quū aliquot è familiaribus occidis- 5
set, paucis post diebus Epicharmum vocauit *Libertas*
ad cęnam: cui ille nimium liberè: At nuper, *ſtulta.*
inquit, quū immolares amicos, nonne voca-
bas. Solēt qui sacrificāt splēdidū epulū appa-
rere, adq; id rogare amicos. Periculosa liber-
tas, quæ plus laudis adfert ferenti q̄ dicenti.

DIONYSIVS.

Dionysius quū magistratus p literas sorte, 1
crearentur, & ipsi contig. sset litera M. dicēti *Omē com-*
cuidā per iocū μορολογίς, i. Morio es Diony *mode ter-*
sii: Imò, inquit, μοναρχήσω monarcha ero. *pretatum.*
Et adeptus magistratū protinus Imperator ele
ctus à Syracusanis. Magni erat animi, q̄ illo
ioco non offenderetur, contentus nomen lite
ræ secus interpretari. 2

Quum autem in initio regni regia ipsius *Regnandi*
obsideretur, coniuratis in illum c uibus, & *dulcedo.*
amici autores essent, vt imperium deponeret,

ni mallet captus interfici: ille conſpiciens bouem à coquo mactatum ilico cõcidere dixit, Quum mors adeò breuis ſit, an non abſurdũ ſit nos metu mortis tale regnum relinquere? Quanta regnandi libido pectus illius occuparat, qui principatum morte bñ emi putarit?

3 *Adulterium in regu filio.* Quum intellexiſſet filium, cui principatum relicturus erat, ingenui viri coniugem adulteraſſe, iratus interrogauit, an vnquam tale quam in patre comperiſſet. Hic adoleſcens: Tu enim, inquit, non habebas patrem regem. Nec tu, inquit Dionyſius, filium regem habiturus es, ni talia perpetrare deſinas Tyrannus in filio dignum exhæredatione crimen iudicabat adulterium.

4 *Liberalitas regia.* Rurſus quum ad filium ingreſſus conſpexiſſet vaſculorum aureorum & argenteorum magnam vim, exclamans: Non eſt, inquit, in te regius animus, qui his poculis quæ à me iam multa accepiſti, neminem tibi amicum feceris: Sentiens abſq; ciuium beneuolentia regnũ nec parari, nec teneri. Beneuolentiã verò maximè conciliat benignitas. At iuuenis rerum imperitus, putabat eſſe felicius habere argentum & aurum q̃ amicos.

5 *Nudus nõ metuit.* Exegerat pecunias à Syracuſanis, deinde quum videret illos lamentantes, obſecrantes, ac negantes, ſe habere quod darent, indixit alteram exactionem, idq; iterum ac tertiò fecit. At poſteaquam vbi maiorem ſummam imperaſſet, audiret illos in foro obambulantes ridere, & ſcommata in regem iacere, iuſſit præfectos ab exigendo quieſcere. Nunc.n inquit, nihil habent, poſteaquàm contemnunt nos.

6 *Nuptiæ.* Matri ſuæ præter ętatem nubere cupienti: Ciuilia, inquit, ò mater iura violari poſſunt,

ſunt, naturæ ius nequaquam. *intempeſtiua.*

Quum in aliorum ſcelerum patratores ſeuerè animaduerteret, veſtium furibus parcere ſolet, vt Syracuſij cœnare inter ſeſe & incubriari deſinerent. Solent enim lipoditæ, id eſt, veſtium fures in balneis, frequentibusq; conuiuiis venari. Quemadmodum autem in balneis, veſtes deponuntur, ita in cõuiuiis ſummæ veſtes abiici ſolent, vt togæ, palliaq; 7 *Temulentia caſtigata.*

Hoſpes quidam aiebat ſe velle cum Dionyſio priuatim colloqui, demonſtraturum.n. quomodo poſſet præſcire quinam ipſi molirentur inſidias: Rex admiſit hominem, iuſſitq; dicere ſemotis arbitris. At ille: Da mihi, inquit, talentum, vt exiſtimeris à me audiſſe inſidiatorum indicia. Dedit, ac ſimulauit ſeſe audiſſe, admiratus hominis commentum. Nam fucus ille vehemẽter vtilis erat ad deterrendas inſidias. Sunt qui narrent Maximilianum Cæſarem ſimili arte ſimulaſſe magicas artes, induſia, gladioſq; fortunatos, genios anulis incluſos, quò facinoroſis & hoſtibus eſſet formidabilior. 8 *Fucus vtilis.*

Cuidam percontanti num eſſet otioſus: Abſit, inquit, vt hoc mihi vnquam accidat. Senſit turpiſſimum eſſe regi vacare vnquã à reipub. negotiis. Vbi ſunt igitur qui bonam diei partem alea, nugiſq; tranſigunt? 9 *Otium regi ĩdignũ.*

Expoſtulantibus quibuſdam, quòd honore dignaretur, cæteriſq; præferret hominem improbum ac ciuibus inuiſum: Volo, inquit, eſſe, quem me magis oderint. Agnouit ingenium multitudinis, ſi ſit in quem inuidiam, odiumq; deriuent, mitiores ſunt in principem. Eoq; videas nonnullos monarchas quibuſdam, quos tamẽ ex animo nõ ament, plurimum dignitatis & autoritatis permit- 10 *Inuidia in aliũ deriuata.*

tere, vt ipsi tutiores sint à furore multitudinis: qui si extiterit, habent victimam qua ciuium iram mitigent.

12 Corinthiorum legatis ad se missis donaria, prout mos est, obtulit: quæ quum illi negarét se acceptures, eò q̃ lex esset apud ipsos vetans, ne legatione fungentes munera acciperent à principe: Rem, inquit, absurdam facitis, qui quod vnũ bonum habet tyrannis, hoc tollitis, dum docetis etiam beneficium à tyrannis accipere periculosum esse. Ille grauem contumeliam iudicabat oblata recusare munera, quũ hac vna re tyranni se possint aliis commendare. Tyrannidem enim adeptis superest vt potentiæ inuidiam munificentia, comitateq; leniant.

Tyrannidẽ mitigat liberalitas.

13 Quum audisset quédam è ciuibus aurum habere domi defossum, id ad se deferri iussit. Verùm posteaquam is suffuratus auri paulum in aliam vrbem commigrasset, ibique mercatus esset agrum, reuocato Dionysius totum aurum reddidit, vt qui illam diuitiis vti cæpisset, desisteretq; rem vtilem inutilem reddere. Satis declaræuit, se non aurum alienum appetisse, sed hominis morbum sanare voluisse, simul vsum auri legitimum demonstrauit, si in agricolationem impendas potius q̃ in vsuram.

Aurobene vti.

14 Dyonisius dicere solet, se à sapientibus amicis sibi cauere, quando certum haberet, ne ex his quidem esse quenquam, quin imperare mallet, quàm seruire.

Sapientes inuisi tyrãnis.

15 Idem quum intra regiam sacrum ex more perageretur præcoque, sicuti consueuit, precaretur, vt per multa tempora incocussum duraret imperium: Non tu desines, inquit, abominanda nobis imprecari? Sentiens potius

tius à diis optandum bonam mentem, quàm ea quæ nihil cõferunt ad homines felicitatẽ.

Quid optãdum à Deo

16 Tescha Dionysij soror nupta Polyxeno, posteaquàm matitus metu tyranni profugerat, & rex sororem accusaret, quòd conscia fugæ mariti non indicasset: Adeone, inquit, Dionysi me vilem abiectique animi fœminam iudicas, vt si sensissem illum moliri fugam, non me illi nauigationis & omnium fortunarum comitem additura fuerim?

Vxor casta

17 Egregium quendam citharœdum magnificis promissis ad se pellexit, iubens vt quam optimè caneret. Nam quò scitius caneret, hoc plus laturum præmij. Quum ille per dies aliquot accuratè cecinisset, nec quicquam daret rex, cœpit flagitare mercedem. Tum Dionysius asseuerat, se mercedem quam pollicitus fuerat, bona fide soluisse. Qui, inquit ille, ne nummus quidem mihi datus est. At dedi, inquit Dionysius voluptatem pro voluptate. Neque enim ego te minus delectaui spe, quàm tu me cantu.

Par pari.

18 Idem admiratus egregiam fidẽ Damonis & Pythiæ: Rogo, inquit, vt me quoque in vestrã amicitiam recipiatis. Alteri tyrannus destinarat diem nec. s, quumq; is pauculos dies petisset rerum domesticarum ordinandarum gratia, hac lege impetrauit, vt alter vas amici fieret ea cõditione, vt si ille nõ redisset ad diem pscriptũ, hic plecteret. Redijt aũt ad diem, morti nalens q̃ amicum fallere. Ita seruatus est vterq;, ac regis amicitia decoratus. Tantum valet egregia virtus etiam apud tyrannos.

Amicorũ fides.

19 Sacrilegia sua solet facetis dictis obtegere. Locris Proserpinæ templum spoliarat: mox quum classis illius secundo vento nauigaret: Videtis, inquit, quàm prospera nauigatio

Impietas felix.

à dijs in mortalibus detur sacrilegis.

30 Ioui Olympio dextraxit magni ponderis au-
Facetacauillatio. reum amiculum, quo eum Hieron è manubijs Carthaginiensium ornauerat: proque detracto auteo laneum illi pallium iniecit, ita cauillans, Aureum amiculum æstate graue est, hyeme frigidum; laneum ad vtrunque anni tempus accommodatius esse.

31 Epidauri Æsculapio barbam auream attra-
Barbari medici. xit, quòd negaret decorum patrem Apollinē imberbem, ipsum verò barbatum conspici. Æsculapius fingitur Apollinis filius, Apollinem autem semper imberbem facit theologia poetica, Æsculapium barbatum: significans in medico multarum rerum vsum.

32 Mensas aureas atque æreas dijs dicatas è
Anathemata. phanis sustulit. Has inscriptio ex more Græcorum testabatur esse bonorum deorum, ne qs manum admoliretur. At ille cauillatus est, se deorum bonitate vti. Nam boni dij dicunt, quòd omnibus benefaciant.

33 Idem victorias aureas, pateras, & coronas
Ludibrium sacrilegio additum. quæ simulachra porrectis manibus sustinebant, velut offerentia, tollebat: dicens se oblata accipere, non eripere: addens per absurdū esse, à quibus quotidie bona flagitamus, ab his vltro porrigentibus nolle accipere.

DIONYSIVS IVNIOR.

1 Dionysius iunior dicere solet, se multos alere Sophistas, non q illos admiraretur, sed q illos admirabilis esse studeret: Sciebat populū de illis tanquam de viris doctis magnificè sentire, hac persuasione eallidè abutebatur ad cōciliandum sibi multitudinis fauorem.

2 Quum Polyxenus dialecticus Dionysio di-
Res verbis asseuerat. ceret, Ego te conuinco: Nimirum verbis, inquit: at ego te re ipsa conuinco, qui tuis re-

lictis me meaque colas: Significans illum à schola ad aulam, à philosophis ad tyrannum transisse, non facturum, nisi hanc vitam illa iudicasset beatiorem.

Posteaquàm regno fuit expulsus, cuidam di 3
centi, Quid tibi Plato & philosophia profuit? *Philoso-*
Vt tantam, inquit, fortunæ mutationem fa- *phia in ad*
cilè feram. Neque enim sibi manus admouit, *uersis.*
quod alij solent: sed Corinthi ludum literarum aperuit.

Percontanti quì factum esset, vt quum pa- 4
ter ipsius tenui fortuna ac priuatus, sibi Syra- *Prudenter*
cusanæ ciuitatis principatum parauerit, ipse regis filius, & regnum hæreditate acceptum amiserit. Quoniam, inquit, pater rerum potitus est, quum iam in odium venisset populari gubernatio: ego quum inuidia laboraret tyrannis principatum suscepi.

Alteri cuidam hoc ipsum percontanti, com 5
pendio respondit: Pater, inquit, mihi regnum suum reliquit, non fortunam. Non omnia omnibus æquè feliciter cedunt.

AGATHOCLES.

Agathocles figulo patre natus fuit. Is verò 1
quum Sicilia potitus esset, rexque declaratus, *Dignitas*
solitus est in mensa fictilia pocula iuxta aurea *industria*
ponere, eaque iuuenibus ostendens dicere, *parta.*
Quum antea talia fecerim, commonstratis fictilibus, nunc per vigilantiam ac fortitudinem talia facio, commonstrans aurea. Non puduit pristinæ fortunæ, sed glorioſius existimauit regnum virtute partum, quàm si hæreditate obuenisset. Nam regem nasci nihil magni est: at regno dignum se præstitisse, maximum est.

Quum obsideret vrbem quandam, quibus 2
dam è muro conuitia in ipsum iaculātibus,

Maledicẽtia. dicentibusq́ue, Figule, vnde militibus tuis per
solues stipendium? Ille placidus ac ridens re-
spondit, Quum hanc cepero. At quum vrbe vi
potius esset, venderetq́ue captiuos, Si me, inqt,
denuo conuitijs affeceritis, apud heros vestros
quęrar de vobis: ciuiliter illis exprobrans & in
tempestiuam maledicentiam, & seruitutẽ ma
ledicentiæ præmium.

Lepidè. 3 Ithacensibus nautas ipsius apud eum, defe-
rentibus, q̃ ad insulam appellentes, pecora q̃-
dam abegisset: At vester, inquit, rex quum ve-
nisset ad nos, non modò pecudibus abreptis,
verùm ipso etiam pastore exoculato recessit:
Alludẽs ad fabulam de Vlysse, qui Cyclopem
Polyphemum excęcauit.

DION.

1 Dion qui Dionysium regno expulit, quum
accepisset Calippum, cui & inter hospites & a-
micos suos fidebat maximè, sibi moliri insi-
dias, non potuit inducere animum, vt illum
conuinceret, dicens, Mori satius esse q̃ viuere,
si non ab hostibus tantùm, verum etiam ab
amicis cauendum esset. Dignus erat optimis
amicis, qui mori prius habuerit, quam amico
diffidere.

Modestè. 2 Idem exul quũ Pteodoti. Megarensis opera
opus haberet, & ad ędes illius veniens, videret
illũ ob negociorũ magnitudinẽ ægre quęquã
admittere, amicis ob id indignantibus dixit,
Quid hunc incusamus? Nonne & ipsi quum
Syracusis essemus, eadem faciebamus?

ARCHELAVS.

1 Ab Archelao in conuiuio quodam fami-
Ab altero petitum, alteri datũ. liaris quidam, sed parum humanus, petiit si-
bi dari poculum: Archelaus autem ilico man
dauit puero, vt hoc poculum daret Euripidi,
Id factum admiranti postulatori: Tu quidem,
inquit,

inquit, dignus eras qui peteres, nec acciperes,
at hic dignus erat, qui acciperet vel non pe-
tens: Significans alteri hoc tribuisse regiam fa
miliaritatem vt auderet quiduis petere: at Eu
ripidis boni viri pudorem hoc mereri, vt vl-
tro donaretur aliquid.

Idem tonsori garrulo subinde roganti, quo 2
te rado, ò rex: Silendo, inquit. Alter aliud re- *Garrulitas*
sponsum expectabat, & hinc dicti lepos. Qui-
dam sunt in curatione morosi, Archelao satis
erat, si fileret. Nobis autem interdum etiam
cum ebriis pariterq́ue loquacibus res est.

Quum Euripides in conuiuio formosum il 3
lum Agathonem amplecteretur deosculare-
turq́ue, cui iam barba prouenire cœperat, Ar-
chelaus amicis dixit, Ne miremini: nam pul-
chrorum etiam autumnus pulcher est. Ciuili- *Ciuiliter.*
ter excusauit amicum apud amicos.

Timotheus citharœdus quum ingens præ- 4
mium ab Archelao speraſſet, ac minus spera-
tis accepisset: palàm illum incusabat: proinde
aliqui canens hanc particulam, Tu verò terræ
filium argentum laudas: nutu regem denota-
uit. At Archelaus succinuit, Tu verò petis. In *Aptè retor-*
Græcis verbis plus est gratiæ ob vocum affini *tum.*
tatem, αἰτεῖς, ἀιτεῖς, id est, laudas, petis. Tur
piter petit, qui non probat, quod petit.

Quum à quodam aqua conspersus esset, a- 5
micis illum aduersus eum qui hoc fecerat in *Leuiter.*
flammantibus: Imò, inquit, non me conspер-
sit, sed eum quem me esse putauit. Quid hac
moderatione ciuilius? Hoc exempto facilè de-
bet ignoscere, qui licèt in præpotentem, tamẽ
imprudentes delinquunt.

PTOLOMÆVS LVGI FILIVS.

1 Ptolomæus Lagi filius plerunque apud ami
cos & cœnare solet & dormire. Quòd si quãdo

Frugalitas regia.

illos vicissim acciperet cœna, amicorum rebus vtebatur, commodato sumens ab illis pocula, aulæa, & mensas. Ipse verò sibi non parabat plura quàm exigeret necessitas, sed regalius esse dicebat ditare, quàm diuitem esse.

Fames condimentũ.

2 Idem cùm peregranti Ægyptum, comitibus non consequutis, cibarius in casa panis datus esset, negauit vllum cibum vnquam sibi visum suauiorem. Aderat enim optimum condimentum fames.

Lenitas regia.

3 Quum grammaticum notasset inscitiæ, quærens ab eo quis esset Pelei pater, vicissimque audisset, dic tu prius quis sit Lagi pater, amicis inuitantibus ad tantæ improbitatis vindictam, Si regium est, inquit, non pati, vt à quoquam dicto attingatur, nec illud regium est quenquam dicto lacessere. Iniquè petit vindictam, qui prior lacessiuit, cuiuscunque dignitatis fuerit. Nec suæ dignitatis meminisse debet, qui refertur, quum eius prærogatiuam lacessendo deposuerit.

XENOPHANES.

Timiditas laudata.

1 Xenophanes Lagi filius, quum ipsi Hermoneus timiditatem obiiceret, q, nollet secum testeris ludere: Fateor, inquit, me non solùm meticulosum, verum etiam vehementer meticulosum, sed aduersus inhonesta. Honesta formidolositas est, quæ deterret à turpibus.

DEMETRIVS ANTIGONI FILIVS.

Honos artibus habitus.

1 Quum Rhodum obsideret Demetrius, & in suburbio cepisset tabulam quandam Protogenis clarissimi pictoris opus, in qua pinxerat Ialysin. i. Bacchum: Rhodijs per caduceatores obsecrantibus, vt tabulæ parceret, respondit, se citiùs patris imagines quàm eam picturam aboliturum. Tantum honoris habuit arti rex. Athe-

Victor beneficus.

2 Athenienſium qui defecerant vrbẽ cum cepisset, eaq; grauiter rei frumẽtariæ penuria laboraret, protinus conuocata concione, dilargitus est illis frumentum gratis. Quumque his de rebus loquens apud populum barbarismũ commisisset, vocem quampiam secus quàm oportuit pronuncians, & quidam è consessu, quo sonanda fuisset dictio, loquentem interpellans admonuisset: Pro hac, inqt, correptione, altera quinquaginta medimnorum milia vobis addo. Vtrum in hoc potius miremur, benignitatem in eos, qui modò fuerant hostes, an ciuilitatem, qui corrigentis officium non tantùm boni consuluit, verumetiam tanta mercede dignum existimauit.

Philosopho honos habitus.

3 Demetrius quum Megaram occupasset, Stilbontem philosophum accersitum rogauit, nũ quis militum aliquid rerum abstulisset: Nullus, inquit. Neminem enim vidi, qui scientiã raperet: Sentiens sola animi bona non esse bellorum violentiæ obnoxia.

Salsè.

4 Rursus quum Demetrius abductis omniũ ciuium seruis Stilbonti diceret, Ciuitatem vestram liberam vobis relinquo: Rectè, inquit Stilbon: nullum enim in ciuitate seruũ relinquis.

Lamiamere trix.

5 Lysimacho Demetrium impetente conuitiis, dicenteq;, Lamiam sibi visam, meretricẽ de scena tragica prodeuntem: hæc erat amica Demetrij, magnificè culta. Demetrius respondit, meretricem Lamiam esse modestiorem, melinsque moratam, quàm ipsius Penelopẽ coniugem illius notans.

6 Quum legatis à Demetrio ad Lysimachum missis, Lysimachus per ocium narraret aliquando, quomodo coactus ab Alexandro cum ferocissimo leone colluctatus fuisset,

& cicatrices ostenderet in cruribus ac brachijs è feræ vngulis relictas, legati dixerunt. Et noster rex graues feræ Lamiæ morsus in collo gestat: notantes suauiorum amatoriorum vestigia, simul alludentes ad lamiam beluam.

Lamiæ regis.

7 Nemo Demetrio fuit vtraque fortuna exercitatior. Itaque solet in fortunam illud Æschyli dicere.

Fortunaui ciſſitudo.

Σὺ τοι μ' ἔφυσας, σύμπαθεῖν μοι δοκεῖς. i. *Tu me exuliſti, tu ipſa rurſus deijce.*

8 Quum Erasistratus Demetrio Antiochi filij mentem qua mori destinarat, indicasset, si mulque falsus esset huius affectionis causam esse amorem: Demetrius qui adolescentem vnicè adamabat, per omnia multis cum lachrymis cœpit obtestari, vt illius incolumitati consuleretur. Quum Erasistratus addidisset immedicabile malum esse, ꝙ in ipsius vxorem deperiret: hoc audito Demetrius multò vehementius cœpit obtestari, vt ob salutem filii cederet illi suam coniugem. Ista, inquit, ò pater, tibi facilè dicuntur: sed aliud diceret, si tuam coniugem Stratonicen adamaret. Hic quum rex deos comprecaretur, vt liceret amorem filij commutare, & à medici coniuge in suam transferre, nihil se non facturum, si modo liceret seruare filium: Erasistratus patris dextram amplexus: Nihil est, inquit, ò rex, in quo iam Erasistrato indigeas. Etenim quum & pater sis & maritus & rex, optimus eris tuæ familiæ medicus. Non enim in coniugem meam, sed in Stratonicen tuam Antiochus deperit. Post hæc Demetrius edixit, vt Antiochus rex, Stratonice, quam filio cessit, regina nominaretur.

Pietas mira in filiũ.

9 In machinis bellicis in tantũ ingenio, arteque præcelluit, vt meritò de illo iactatum sit, Demo-

Demetrii machinas magnitudine sua etiam amicis stuporem, pulchritudine verò etiã hostibus adferre voluptatem.

ANTIGONVS SECVNDVS.

Antigonus secundus, quum Demetrius pater esset captus, ipsiq; per amicum in hoc missum mandasset, ne curare, si quid scriberet à Seleuco compulsus, neque ciuitates illi cederet: vltro scripsit ad Seleucum, cedens illi totã ditionem, seque obsidem offerens, si Demetrio pater dimitteretur. Hic pietas certabat cum pietate. Pater sui negligens, volebat parci filio, filijque regno: filius contra, patris libertatem & regno, & seipso priorem habuit. 1 *Pietas in patrem.*

Quum pugnaturus esset aduersus Ptolemæi milites, gubernatorque admoneret plures esse naues hostium: Pro quot, inquit, nauibus supputas, ꝙ ego hic præstò sum? Sentiens ad victoriam plurimum habere momenti, si strenuus Imperator præsens regat exercitum. Ptolemæus autem tum suis non aderat. 2 *Oculus domini.*

Quum aliqñ cederet hostibus minenti imbus, aiebat se non fugere, sed vtilitatem à tergo sitam persequi. Sentiens non esse turpe fugere, quoties magis expedit hosti dare locum, quàm conserere manus. Dicti gratia in hoc est, ꝙ quum fugere & persequi sint contraria, ille fugiens interpretabatur se persqui magis quam fugere. Persequimur enim hostem, & persequimur id, quod studiosè expetimus. 3 *Fuga excusata.*

Adolescenti cuidam, qui patrem habuerat fortem, quanquàm ipse non admodum, vt videbatur, bonus erat miles, postulanti vt patris stipendia caperet: At ego, inquit, ò adolescentule, non ob patrias, sed ob proprias cuiusque viri virtutes mercedẽ ac munera dare soleo. Hoc sermone iuuenem extimulans, vt patris for- 4 *Suæ quisque virtute commendatur.*

fortitudinem æquaret, si quantum ille capere solet, vellet accipere. Apud Græcos maior est dicti gratia ob vocum affinitatem: ἀπὸ μαγαβίας παπαγαβίας, quę vox posterior ad prioris inuitationem efficta est.

Placere bonis.

5 Zenone defuncto, quem vnum ex philosophis maximè suspiciebat, dicere solet gestorum suorum theatrum esse sublatum, q̃ ad illius viri iudicium potissimum componeret suas actiones, quem vnum pro multis hominum milibus habebat.

LYSIMACHVS.

6 Lysimachus in Thracia superatus à Dromacheta, quum ob sitis impatientiam, tum se, tũ exercitum dedisset, posteaquam bibit iam factus captiuus O dii, inquit, quàm breuis voluptatis gratia me ex rege feci seruum?

Exiliũ ex cusatum.

7 De Philippide quod hic habebatur, refere tur suo loco, neq; enim hoc est apophthegma Lysimachi, sed Philippidis.

Idem offensus libertate Theodori, dixit illi: Quoniam istis eras moribus, patria te eiecit. Sanè, inquit, quòd me vt Semele Bacchum ferre non posset: Sentiens se maiorem esse, q̃ vt à malis ferri posset, à quibus tamen non tã suo quàm ipsorum malo pulsus esset. Semele Bacchum conceperat ex Ioue fulminante: quumq; fœtum igneum ferre non posset, infans exectus est, & Iouis femori insutus.

ANTIPATER.

Amicitia regum.

8 Antipater quum didicisset Parmenionem ab Alexandro interfectum, dixit: Si Parmenio struxit insidias Alexandro, cui fidendum est? Si non struxit quid agendum? Erat Parmenio velut alter Alexander in rebus militaribus. Si tantus amicus fefellit, non est tutum cuiquam amico fidere. Si Alexander nihil commeritum sustulit, præstat à regum negociis abstinere.

Venter & lingua.

9 De Demade oratore iam grandæuo dicere solet, Demadis vt immolatæ victimæ, nihil supereſſe præter linguam & vẽtrem. Nam venter ex hostia abiiciebatur, & lingua dabat præconi. Ita senex orator tãtùm loquebatur. Loquacitas enim crescit cum ætate. Tradunt autem Demadem luxui gulæ fuisse deditum, vnde & Phocionis] reprehendit frugalitatem.

ANTIOCHVS TERTIVS.

Iussè.

10 Antiochus tertius scripserat ciuitatibus, vt si quid per literas iuberet, quod aduersaretur legibus, ne curarent, perinde quasi ipso nescio scriptum esset. Interdum enim principes dum metuunt quosdam offendere, scribunt quæ fieri nollent. Quicquid autem pugnat cum legibus, hoc velut inscient principe tentatum haberi decet.

Pudicè.

11 Idem quum Dianæ sacerdotem vidisset supra modum eleganti forma, continuò soluit Epheso, vetitus ne vis amoris aliquid ipsum facere compelleret, quod phas non esset. Imma ne quantum absunt ab huius ethnici principis religione Christiani milites, qui Deo dicatas virgines constuprare pro ludo ducunt.

EVMENES.

Humanitas fratrẽ

2 Eumenes insidiis petitus à Perseo, credebatur extinctus. Is rumor quum Pergamum esset perlatus, Attalus eius frater imposito sibi diademate, ductaq; fratris vxore, regnum occupauit. Cæterùm quum audisset illum vinum, vt solet, profectus est illi obuiam vnà cum satellitibus hastam gestans. Eumenes autem amanter illum amplexus dixit in aurem, Ne festines ducere prius, quàm me mortuum videris; nec prætercà p oẽm vitã vllam offen-

offensi animi significationem vel dicto, vel facto dedit. Quin etiam moriens fratri & vxorem, & regnum reliquit. Cuius animi memor Attalus, quum multos ex se liberos haberet, nullum tamen regno educauit, sed Eumenis filio posteaquam adoleuisset adhuc viuens principatum tradidit.

PYRRHVS.

Virtus sua edit.

13 Pyrrhus Epirotarum rex, quum à filijs etiãnum pueris interrogaretur, Cui nostrum relinques regnum? Quicunque, inquit vestrum acutiorem habuerit ensem: Significans se non ætati daturum principatus successionem, sed virtuti. Hoc stimulo liberos omnes ad certamanen fortitudinis excitauit.

Ars imbellis.

14 Interrogatus vter melior tibicen videretur Pythonne, an Charisius: Polysperches, inquit. Is erat egregius dux exercitus. Contempsit artem imbellem, & vtique prætulit strenuum ducem.

Victoria magno empta.

15 Bis commisso cum Romanis prælio vicerat, sed desideratis compluribus amicis ac ducibus, hic Pyrrhus, Si vno, inquit, adhuc prælio Romanos vicerimus, actum fuerit de nobis. Quod victi solent dicere, hoc dicebat victor: declarans victoriam magno emptam, nõ esse victoriam, sed calamitatem.

Magno parandæ.

16 Quum è Sicilia solueret, frustratus, videlicet eius potiundæ spe, conuersus ad amicos, Cuiusmodi, inquit, palæstram reliquimus Romanis & Carthaginensibus: Significans se certamen hoc cruentum & operosum, libenter alijs cedere. Interdum felicius est non assequi, quàm nimio mercari, quod ambis.

Institutio.

17 Pyrrhus ei cui delectum militum commisserat, dixisse fertur, Tu grandes elige, ego eos forteis reddam: Significans institutione fieri bonum militem. Fertur autem Pyrrhus disciplinę militaris optimus fuisse magister.

Eloquentia vis.

18 Idem dicere solet plures vrbes Cineam oratione subegisse, quàm ipse cepisset armis. Erat autem Cineas Thessalus vir magni ingenij, q audito Demosthene ad illius æmulationem se contulerat, sed vim præcipuè exprimens. Confirmatum est itaque quod dicit Euripides, πᾶν ἐξαιρεῖ λόγος Ο'καὶ σίδηρος παλαιτῶν φράσιεν ἀν id est, Cuncta sermo conficit, Quę cunque ferrum efficere possit hostium.

Aquila in nubibus.

19 Quum rebus feliciter gestis domum rediisset, & à suis aquila diceretur, Per vos, inquit, aquila sum. Qui enim non essem, quum vestris armis veluti pennis subleuer? Modestissimè glorioſi cognominis laudem in suos milites transferens, vitauit inuidiam.

Moderatè

In Ambracia quum amici suaderent, vt quendam maledicum multa in ipsum blaterantem expelleret: Satius est, inquit, vt hic apud paucos nobis maledicat, quàm apud omnes obambulans.

Reges non admittẽdi.

20 Quum Athenas veniisset, & ingressus arcem Palladis rem diuinam fecisset, eodem die descendens ex arce, collaudauit quidem Athenienſium erga se fiduciam. Cæterùm admonuit, si saperent, ne posthac cuiquam regum portas aperirent: Significans omnibus regibus natura inuisam populi libertatem.

Sapiẽs stulti persona.

21 Meton quidam, quũ in concione Tarentini tractarent de bello suscipiendo, deq; Pyrrho asciscendo, sumpta corona & lucerna, præcedente tibicine velut ebrius commessabundus venit in forũ: atq; vt fit aliis applaudentibus alijs ridentibus, nõnullis etiã ad canendũ hominem inuitantibus processit in concionem, ac tanquam cantaturus astitit. Silente verò turba

turba dixit: Rectè facitis viri Tarentini, qui vocari, ludereque dum licet, qui velint, permittitis. Atqui si sapitis, omnes hac ludendi libertate fruemini prius, quàm Pyrrhus aduenias. Nam tum non nostro, sed illius arbitrio viuendum erit.

22 Cineas vt Pyrrhum à bellandi studio reuocaret, sic per ocium cum illo colloquutus est: Romani ferunt bellacissimi, sed his superatis, quid dein agemus Pyrrhe? Tum Italiam, inquit Pyrrhus, totam occupabimus. Hic denuo Cineas, Quid Italia subacta? Sicilia, inquit Pyrrhus proxima est. Tum Cineas, Nũ hic erit militiæ finis: Nequaquam, inquit Pyrrhus, sed hæc tũ præludia sunt ad res maiores. Supereſt Libya & Carthago, Rectè, inquit Cineas, nam his potitus facilè & Macedoniam recipies, & Græciæ dominaberis. Sed deletis omnibus, qd tãdem faciemus: Hic arridens Pyrrhus. Tum, inquit, ocium agemus ò beate, & quotidie Cothon erit, mutuisque sermonibus nos inuicem delectabimus. Tum Cineas, At quid verat ò rex quò minus nunc iam isto, ocio isto Cothone & mutuis sermonibus perfruamur? Nunc enim citra negotium suppetit nobis ea facultas, quam per sanguinem, per molestias, per pericula tum nostra, tum aliorum sequimur, incerti an assequuturi.

Consilium prudens.

23 Quum Pyrrhus rex falsas aduentus sui causas prætexens Laconicam inuasisset, diripuissetque, Lacedæmoniorum legatis expostulantibus, quòd non indicto bello Laconicam inuasisset. Nec vos, inquit, Spartani, quod facturi estis, prius alijs denunciatis.

Inexpecta dictum.

In victoria Tarentina Romanorum militarem virtutem, ac ducum prudentiam admiratus, exclamauit, O quàm facile erat Orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus: aut me rege Romanis. Ita Florus in Epitomis libro primo.

ANTIOCHVS.

Antiochus ille, qui bis exercitum duxit aduersus Persas, quum in venatu quodam feram insequitur aberrans ab amicis ac famulis, in casam pauperum quorundam, quibus ignotus erat, introiit: atque inter cœnam iniecta mentione regis, audiit & cætera quidem probus esset, sed pleraſque functiones mandaret amicis improbis, ipse ad eorum facta conniuens: tum & immodico venandi studio frequenter necessaria negligeret. Ad hæc tũ ipsis nihil respondit, nec quis esset prodidit: verũm vbi diluculo satellites venissent ad casam, iãque agnoscerentur: allata purpura simul cum diademate, Agè, inquit, ex quo vos indui, heri primùm vera de meipso audiui. Nam ferè hoc studiũ est his, qui viuunt in aulis principum, ne quid audiat nisi blandum auribus.

14 *Reges earè verum dinar.*

Antiochus quum à L. Scipione vltra Taurum montẽ submotis Imperij finibus, Asiam prouinciam, vicinasq; ei gẽtes amisisset, gratias egit populo Romano, & magna parte curarũ per eos liberatus esset. Intellexit vir prudens vnius hominis animum, quamuis vigilantem, non posse tot negotijs parem esse.

25

GRAECORVM DVCVM Apophthegmata.

Themistocles quum esset adolescens, in comportationibus ac mulierum amoribus volutabatur. at posteaquàm Miltiades factus imperator apud Marathonem deuicisset, bar-

barum

baros, iam nullus offendit illum quicquam agentem præter decorum. Percontantibus autem vnde sic esset repente mutatus: Miltiadis, inquit, trophæum non patitur me dormire, neque cessare Gloriæ studium excussit animo rem voluptatum, clauum, vt aiunt, clauo.

Gloria studium.

2 Interrogatus vtrum Achilles esse mallet an Homerus; Dic ipse prius, inquit, vtrum malles esse victor in Olympijs, an præco, qui victores pronunciat: Sentiens multò præstantius esse res egregias gerere, quàm gestas celebrare, Homerum præconi conferens.

Præcones poetæ.

3 Adimantus abhorrens à pugna nauali, ad Themistoclem qui Græcos huc hortaretur, ito ciaretque, ita loquutus est: O Themistocles, q̃ in certaminibus ante alios prosiliunt mos est flagris cedere. Cui Themistocles, Sic est Adimante, vt dicis, sed nec eos qui se subducunt coronat quisquam. Adimantus notauit in Themistocle præcipitem audaciam, ille vicissim illum infimulauit formidolositatis, qui cunctop portunitas inuitaret detrectaret pugnam.

Retortum crimen.

4 Quum Eurybiades haculum sustulisset in Themistoclem obstrepentem: Percute, inquit, sed tamen audi: præsens animus & suo fidens consilio.

Fiducia.

5 Idem quum Eurybiadi nõ persuaderet, vt in angustijs committeret nauale prælium, clã ad barbarum misit qui illum hortaretur, ne formidaret Græcos fugam adornantes. Persuasus rex prælio superatus est, nimirum pugna commissa loco Græcis commodissimo. Post hæc denuo misit ad illum, qui monerent, vt quã posset ocyssime fugeret ad Hellespontum: Græcos. n. de soluendo põte cogitare: hæc calli dè, quò quum hoc ageret, vt Græcos seruaret, Regis incolumitati prospicere videretur.

Exul in vrbẽ pius

Hoc

Hoc ingenio Græciam à barbaris liberauit non minore gloria, q̃ Miltiades retulerat ex Marathonia victoria.

Seriphio cuidam obiicienti, q̃ non ex sese, 6
sed ob vrbis nobilitatem celebris esset, Vera, *Obscuritas.*
inquit, prædicas. Neque n. ego si Seriphius essem, clarus essem, neq; tu si Athenien sis, non inficiatus est vrbis celebritatem, nonnihil facere ad illustre nomen, sed illum esse tã ignauum, vt ẽt si fuisset natus Athenis, nihilominus fuisset obscurus, futurus.

Antiphates adolescens qui prius Themisto 7
clem amantem fugerat ac fastidierat, vbi vi- *Occasio ne*
dit illum gloria celebrem, potentiaq; magna *gnata.*
pollentem, vltro adiit illum blandiens: cui Themistocles, O adolescens, serò quidem ambo, sed tamen sapere cœpimus: Sentiẽs illum non arripuisse occasionem sese offerentem: sibi verò nunc non vacare per negocia talib. affectibus indulgere.

Simonidi petenti, vt in negocio quodã sen 8
tentiam iniustam pronunciaret: Neque tu, *Iuste.*
inquit bonus poeta fueris, si pter musicæ modulos caneres: neque ego princeps bonus, si cõtra leges pronunciem.

Filium quem mater adamabat atq; in de- 9
liciis habebat, plurimum omnium Græcorũ *Affectus*
posse colligebat hunc in modum: Athenien- *priuati.*
ses, inquit, dominantur Græcis, ego Athenien sibus, mihi mater, matri filius.

Quum ex procis filiæ virum probum diui- 10
si prætulisset, quibusdam hoc admirantibus, *Vir pecu-*
Malo, inquit, virum absque pecunia, quàm *nia potior.*
pecuniam absque viro. Vir strenuus facilè parabit pecuniam; ignauo pecunia inutilis est.

Quũ prædium venderet, iussit præconẽ hoc 11
addere.

Vicinus bonus.

addere, q̃ bonum haberet vicinum: Sentiens iuxta Heliodũ, ex bono vicino plurimum esse vtilitatis: vt contrà, ex malo noxæ plurimũ.

12 *Ingratitudo.*

Athenienſibus ipſum contumelia afficientibus: Quid tumultuamini, inquit, aduerſus eos, à quibus ſæpenumero fuiſtis affecti commodis? Aiebat autem ſe ſimilem platanus, ſub quarum vmbra accurrunt homines afflicti tẽpeſtate, & eaſdem, ſimul vt rediit ſerenitas, vellunt, conuitiiſq; petunt: Sentiens hunc eſſe populi morem, vt in belli periculis implorent opem fortium virorum, in pace contemnant ac vexent eoſdem.

13 *Armata timiditas.*

In Eretrienſes ita cauillari ſolet, vt diceret eos ſimiles piſcium, qui gladioli vocantur, quippe qui gladium quidem haberent, cor autem non haberent: notans illorum ignauiã, quòd armatis non adeſſet animus.

Poſteaquam Themiſtocles primùm Athenis, mox tota Græcia depulſus, ad Perſarum Regem confugiſſet, admiſſus iuſſus eſt dicere: at ille reſpondit, orationem ſimilem eſſe picturatis ſtragulis: Nam quemadmodum, inquit, illæ dum extenduntur, oſtendunt imagines, dum contrahuntur, celant eaſdem, & 14 *Exilium felix.* abolent: itidem fit in oratione. Petiit autem anni ſpatium, vt interim Perſicam linguam ſuo arbitrio perdiſceret, ne Regi per interpretem cogeretur ea quæ ſentiret explicare. Diffiſus eſt interpreti, qui dũ q̃dã omittit, q̃dam addit, q̃dã aliter narrat, perdit orationis gratiam. Vbi verò multis muneribus à rege eſt honoratus, citoq́ue factus diues, dixit ſuis, O pueri perieramus, niſi periiſſemus. Perire videtur, qui cogitur exulare, At Themiſtocli feliciter ceſſit exilium.

15 Quũ Xerxes expugnatis Thermopylis cru-

deliter

deliter tractaſſet Aſtum, & hac fama perterriti claſſiarii cogitarent de repetenda domo, idq́ue plerique ſuaderent, ſolus Themiſtocles obſtitit, dicens eos vniuerſos hoſtibus fore pares, diſperſos verò perituros. Ita probus Æmilius. *Coniunctæ vires.*

Themiſtoclis pędagogus dicere ſolet: Nihil, inquit, mediocre futurus es ò puer: Nam aut magnum bonum eris reipublicæ, aut magnum malum. Generoſa indoles, ſi accedat recta inſtitutio, magno bono eſt patriæ: ſin ad vitia degeneret, ingens adfert malum. 16 *Nil medium.*

Qũ adoleſcẽs feroci mutabiliq́ue ingenio videbatur, miratibus mutatos mores, dicere ſolet: Aſperos & indomitos pullos in optimos equos euadere, ſi quis illis adhibeat diſciplinã rectamq́ue inſtitutionem. 17 *Inſtitutio.*

Ad Olympiæ celebritatem profectus, quum in ſtadium proceſſiſſet, omnes neglectis certaminibus oculos in ipſum intenderunt, in eoque, contemplando diem totum conſumpſerunt, ac Themiſtoclem illum cum plauſu, & admiratione peregrinis oſtenderunt. Ea re lætus vir gloriæ cupidiſſimus, dixit amicis, ſe die laborum, quos pro Græcia ſuſcepiſſet, omnium fructum ampliſſimum reportaſſe. 18 *Gloria diuitis.*

Idem facilitate morum multos ciuium ſibi conciliarat, atque hinc popularem potentiam adeptus. Itaque cuidam ipſum admonẽti, Bene principatum geres Athenis, ſi cunctis æqualis & communis eſſe voles: reſpondit, Nũquàm ei ſellæ inſederim, vnde nihilo plus à me ferrent amici quàm alieni. 19 *Æqualitas.*

Idem ludum præteriens, in quo diceretur eſſe profeſſio, rogauit, quid is profiteretur: quum reſponſum eſſet, artem memoriæ. cõtẽpſit, dicens, At ego malim artẽ obliuiſcendi. 20 *Memoria*

Vox hęc digna fuit eo, qui linguam Perſicam intra annum potuit ediſcere. Et ſunt quorum obliuio nobis gratior ſit, q̃ memoria. Facilè meminimus, quæ volumus: at non licèt obliuiſci quæ volumus.

21 Quum aliquando theatrum peteret, interroganti cuidã, cuius vocem eſſet libentiſſimè auditurus: Eius, inquit, à quo artes mieæ q̃ optimè canerentur: Ingentiè faſſus, ſe magno gloriæ ſtudio teneri. Solent aũt olim muſici in publico virorum illuſtrium laudes canere.

22 Quũ aliqñ ad mare viſendi cadauera gratia acceſſiſſet, ac torques, armillasq́ue paſſim diſiectas videret, ipſe quidem prętériit, ſed amico qui ſequebatur, dixit, Collige tu tibi; nam tu Themiſtocles non es. Ne tam obuia quidem prǽda commoueri potuit, vt quicquam ageret indignum egregio duce, cui gloria debet eſſe ſatis magnum virtutis prǽmium.

Prǽda contempta.

23 Quum apud Andrum argentum peteret, Duos, inquit, ad vos adduco Deos, Vim ac Suaſionem, ſignificans, ſi minus impetraret ſuadendo, ſe vi erepturum. At illi reſponderunt, apud ſe quoque duas magnas eſſe Deas, Inopiam, & impoſſibilitatem, per quas nõ liceret dare, quæ petebat.

Dij vis et Suaſio.

24 Ab Artabano regis Perſarum ſatrapa rogatus, quem Græcorum diceret aduenſtę, Hoc, inquit, ante Regem nemo ſciet Artabane. Senſerat Artabanus è colloquio non eſſe vulgatem hominem: Themiſtocles aũt ignotus eſſe ſtudurt, donec ſe regi ſuapte oratione commendaret. Rex audito Themiſtocle precatus eſt Deum ſuum Arimanium, eam mentem immittere pergeret hoſtibus ſuis, vt eiuſmodi viros à ſe expelleret.

Optimi ejiciuntur.

ARI-

ARISTIDES.

Ariſtides cognomento Iuſtus, ſemper ſuo vnius prǽſidio fretus, rép. adminiſtrabat, à ſodalitatibus abhorrebat, velut ab amicorũ potentia, q̃ ad iniuriã aliis inferendã adderet animum. Quantũ ille vir abhorruit ab omni factione: qui non ob aliud vitabat amicitias, q̃ ne per illos adigeretur ad aliquid faciendum, quod iuſtum nõ eſſet, aut cogeretur abſtinere ab eo, quod iudicaſſet reip. cõducere. 1

Factiones & ſodalitates.

Quum Athenienſes eò concitati eſſent, vt Ariſtidem oſtraciſmo (id erat damnationis genus, quod teſtulis peragebatur) in exilium agerent, ac ruſticus quidam illiteratus teſtulam ad eum deferens iuſſiſſet, vt Ariſtidis nomen inſcriberet; Noſtine, inquit Ariſtides, Ariſtidem? Quum ille negaſſet ſe noſſe, moleſtè tñ ferre, q̃ Iuſtus cognomine diceretur: ſiluit Ariſtides, & nomen ſuum inſcripſit teſtulę ac reddidit. Tam leni animo ferebat iniuſtam damnationem. Grauiſſimum autem vitæ innocenter actæ teſtimonium, è tanta multitudine neminé extitiſſe, qui aliud obiiceret, q̃ Iuſti cognomen, quod ipſe tamen ſibi non impoſuerat. 2

Lenitas.

Erat illi ſimultas cum Themiſtocle. Huic quum delectus eſſet collega ad peragendam legationem: Vis, inquit, Themiſtocles, vt in his montibus ſimultatem deponamus? Nam ſi videbitur, reuerſi illam reſumemus. Priuatos affectus publicæ poſthabuit vtilitati. Ex his enim ferè omnis humanæ vitæ pernicies naſcitur. 3

Quum Græcis tributa indixiſſet, tantò paupe rior rediit, quantum abſumpſerat in peregrinatione. Atqui in tali genere functionis ſolent alij meſſem opimam metere. Eò magis 4

ille canit, ne quid suspitionis eiusmodi constaret sibi, proinde suis impendiis ré gessit.

5 Quum hi versus, quos de Amphiarao scripsit Aeschylus, in theatro recitarentur. *Sanctitatem fidei.*

Οὐ γὰρ δοκεῖν· ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλει
Βαθείαν ἄυλακα δι' ὀρθοῦ καρπίμου,
Ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. i.
Neque enim videri, at esse vir studet optimus.
Segetem profundam mente studiosa colens.
Consilia quando hinc germinant salubria.

Totus populus in Aristidem vertit oculos, agnoscens hoc laudis in eum competere.

6 E concione quadam, in qua frustra Themistocli obstiterat, discedens, clara voce testatus est, res Athenienſium incolumes esse non posse, nisi & ipsum & Themistoclem in barathrũ conijcerentur: prius habens in carcerem ire, q̃ ob duorum simultatem minus rectè consuli publicis commodis. *Simultas magistratuum.*

7 Quendam reum egerat: at quum iudices Aristidis accusationem nollent audire reum, sed protinus ad suffragia, quibus eum damnarent, properarent, Aristides supplex pro reo interceſſit apud iudices, vt eum iuxta legum præscripta diligenter audirent. Tanta erat in viro legum, æquiq́ obseruatio. *Aequitas*

8 Quum inter duos priuatos causam cognosceret, & alter quò Aristidé irritaret in aduersarium, extra causam multa commemoraret, quibus ille læsisset eum; Aristides interpellans hominem: Ista nunc, inquit, missa fac bone vir, & si quid te læsit, eloquere: tibi enim in præsentia, non mihi iudex sedeo. *Extra causam.*

Fuit & procurator fisci: q̃d munus quum sanctissimè gessisset, tamen à Themistocle delatus est, ac repetundarum damnatus. Sed opi-

opinatũ fauore nõ solũ illi mulcta remissa ẽ, verũ ẽt eidẽ redditus est muneri. Quod per si mulationẽ sic administrauit, vt omissa pristina seueritate, lenẽ se facilemq́; præberet iis, qui publico malo gaudẽt ditescere. Horũ opera factum est, vt populus tertiò munus summis fauoribus idem deferret Aristidi. Tum ille, Ob integrè gestum munus damnastis, nunc q̃n præter æquum multa concessi ciuitatis expilatoribus, honore dignum iudicatis hoc igitur honore delato, plus mihi dedecoris afferri puto, q̃ damnato ac mulctato irrogastis. Norat quibus artibus posset fieri gratiosus apud populũ, nisi maluisset iustus eẽ q̃ plausibilis. Simile q̃ddã apd Terẽtiũ facit Demea. *Damnata integritas.*

Quum iret exulatũ sublatis in cœlũ manibus Deos comprecatus est, sic prosperarẽt res Athenienſium, vt illis Aristides nunquam veniret in mentem. In rebus enim afflictis solet populus ad egregios viros confugere id q̃d euenit, siquidem tertio post anno quem Xerxes Atticam adoriri statuisset, Aristides ab exilio reuocatus est. 10 *Vindicta neglectus.*

Themistocles in concione dixit, se reperisse consilium quod summopere pertineret ad dignitatem Athenienſium, sed id eius esse generis, vt proferri non expediret, populus censuit vt vni Aristidi indicaret, si is probaret, probaturos omnes. Quum igitur Themistocles indicasset Aristidi se de incendenda Græcorũ nauali statione cogitare: sic enim fore, vt Athenienses toti Græciæ dominarentur: Aristides ad populum prodiens dixit: Themistoclis cõsilio nihil esse vtilius, sed eodem nihil inhonestius. Hac audita voce populus vetuit, ne super ea re in posterum verba faceret Themistocles. Hic certè populus quiddam phi- 11 *Auctoritas*

losophicum p̄stitit, repudians vtilitatē cū turpitudine cōiunctā: simulq; declarauit, quāta sit spectatæ virtutis autoritas, q nō dubitarit reip. fortunam vnius iudicio committere.

22 Quum Themistocles irrideret Aristidis cō filium hoc agentis, vt census esset in tuto, dicens eam laudem non esse viri, sed seruij tutò seruantis autū: deinde summam boni ducis laudē definiret, scire, ac præsentire hostiū consilia: Et isthuc, inquit, ò Themistocles, faciendum est, sed in primis oportet habere manus abstinentes, atque hæc egregii ducis præcipua laus est. Hoc sermone taxauit Themistoclis rapacitatem.

23 Quum Aristides duceretur ad supplicium, quidam inimicus expuit illi in faciem: ille nihil aliud quàm absterſit faciem, & subridens ait magistratui comitanti: Admone istum, ne postea tā improbè oscitet. Huic simillimum est, quod ascribunt Phocioni.

Marcus Imperator triduum commoratus Smyrnæ, quoniam nondum viderat Aristidē, misit Quintilios, qui illum stipatum adducerent. Quur, inquit, Cæsar, te serò videmus? Qm̄, inquit, consideratio quædam me impediebat. Cum Cæsar hominis simplicitate delectatus, Qm̄, inquit, audiam te? Hodie, inquit, propone, & cras audi, Non n. funius de numerovomentium, sed exactè loquentium. Licetne ò Imperator adesse familiares dictioni? Licebit, inquit Cæsar, est n. negotium pudicum. Rursus Aristides, Concedatur, inquit, illis tum acclamare, tum applaudere quātum possunt. Hic arridens Cæsar, Isthuc, inquit, in te situm est.

Idē dixit Arimaspas esse cognatos Philippi, & ea gens gignat vnoculos.

MYRO-

MYRONIDES.

Myronides creatus dux exercitus aduersus Beeotos, edixit vt Athenienses exirent. Quum autem adesset congrediendi tēpus, ducesque monerent nondum omnes adesse, Adsunt, inquit, qui pugnaturi sunt. Hos itaque quum videret promptos, hostem aggressus vicit: Sic interpretans, eos qui ob ignauiam non studuissent tempestiuè adesse, ne in pugna quidē bonam operam nauaturos. 14 *Ignaui nō expectādi.*

PERICLES.

Pericles quotiescunque belli dux creatus est, chlamydem induens apud se dicere consueuit, Attende Pericles, quod gesturus es imperium in liberos, in Græcos & in Athenienses. His dictis se vir cordatissimus hortabat, vt moderatè gereret principatum. Magni ingenii est imperare liberis. At Græci plusquam liberi tum erant: postremò inter Græcos libertimi Athenienses. 15 *Imperium in liberos.*

Suadebat Athenienſibus, vt Aeginam tollerent, veluti Pyrei pituitam, q̄ inde suspicaretur bellum oriturum. E corpore malos humores tollere medicorum est. 16 *Noxia tollenda.*

Amico roganti vt pro se falsum diceret testimonium, cui adiunctum erat iusiurādum, hoc est periurium: Respondit se quidem amicum esse, sed vsque ad arā: Sentiens aliquousque gratificandum amicis, sed citra violationem religionis. 17 *Vsque ad aras.*

Moriturus hoc nomine sibi gratulabatur, quòd ipsius causa nullus Athenienſium pullam vestem induisset: Significās se nulli causam mortis fuisse, nec vlli diem ab ipso capitis dictum. Pullati sunt, qui mortuum lugēt, & olim capitis reum, amici pullati pullatum comitabantur. 18 *Potentia innoxia.*

Præter

19 Pudicè.

Præter collegam sortitus est Sophoclē Poetam, quum q̄; simul nauigarent. ac Sophocles conspecto formoso puero dixisset, En q̄ speciosus puer: Decet, inquit, o Sophocles prætorem non modò manus, sed & linguam habere continentem.

20 Gloriæ stimulus.

Quum Thucydides vociferaretur apud populum aduersus Periclem, q̄ in picturas ac statuas summorum artificum profunderet reipub. census, ipse assurgens rogauit populum, videreturne multum impendisse, quo respondente, plurimum: Age, inquit, sint igitur hæc mihi impensa, non vobis, atque ipsis donariis deorum, meum tantum nomen inscribā. Hæc vox subitò mutauit animum populi, iussitq; vt publicis impendiis pergeret, nec vllis parceret sumptibus. Tantum valuit animus præsens, & sermo aculeatus.

21 Aliena curare.

Quum deuictis Samiis Athenas reuersus pro concione laudasset eos, qui in bello ceciderant, cæteræ matronæ redeuntem è concione coronis ac vittis decorarunt. Elpinice Cimonis soror propius accedēs dixit illi, Præclara sunt ista, quæ gessisti, & coronis decoranda, qui nos tot fortibus viris spoliasti. Ad hæc aliaque conuicia nihil commotus Pericles, tā tùm arrisit, nec aliud respondit q̄ versiculum Archilochi.

Οὐκ ἂν μύρῳσι γραῦς ἐὼν' ἀλείφετο. id est,
Vnguento anus quum sis, cauto inungier.

Significans publica negocia non esse curanda vetulæ. Tam enim hoc indecorum, quàm turpe foret eam vnguentis vti. Aut senē indecorum esse iam anui mariti desiderio teneri.

22 Animosi.

Subitò oborto Solis defectu quum Pericles videret alios multos, sed præcipuè classis gubernatorem, vehementer perturbatos, chlamyde sua texit gubernatoris faciem, interrogauitque. nunquid hoc horrendum ostentum existimaret: illo negante, Quid interest, inquit, igitur, nisi q̄ chlamyde maius est, id quē nunc tenebras induxit. Sensit vir prudens interuentu Lunæ nobis abscondi Solem, quemadmodum oppositā chlamys impediebat aliorum aspectum: nullum autem esse ostētū, quod natura fit.

23 Ciuiliter.

Pericles Ariphroni volenti publico præconio quærī Alcibiadem, qui adolescens clam domo egressus ad amicum Democratem se contulerat, obstitit dicens, Si fortè nobis insciis periit, præconio nihil aliud agetur q̄ vt vno tātùm die citius manifestum fiat, illum interisse: sin saluus, ne per omnē quidem vitam saluus esse poterit. Ciuiliter excusit Pericles adolescentis infamiam, quam nunquam potuisset eluere.

24 Autoritas

Pericles quum à populo vocaretur frequenter, non auscultauit, dicens, ἀυτοτακτος εἰμι, Sentiens se non esse cogendum in ordinem, nec pro quolibet è media plebe habendum.

ALCIBIADES.

1 Vtcunque vicere.

Alcibiades etiamnū puer, quum in palęstra nexu quodam constrictus esset, vnde se non posset explicare, manum colluctatoris mordens arripuit: illo dicente mordes Alcibiades, vt fœminæ solent: Imò, inquit, vt leones. Hoc de Lacone quodam ante commemoratū est, sed in diuersam sententiam. Iam tum agnoscere erat animum cedere nescium.

2 Fabulæ puli.

Habebat canē quendam insigni pulchritudine, emptū drachmarum septem millibus: huic amputauit caudam, ac per vrbē obambulare passus est. Demirātibus cur id faceret

Vt

Vt hoc, inquit, de me loquantur Athenienſes, nec alterius rei ſint curioſi. Notat ingenium populi: de claris viris libenter loquitur male. Illi morbo ſuppeditauit materiam leuiorem.

3 *Ludimagiſter.* Puer ludum literarium ingreſſus poposcit illiadem Homeri. quumq; ludimagiſter negaſſet ſibi eſſe quicquam Homeri impegit illi pugnum & abiit, declarans imprudenter eum docere literas, qui non ſemper Homerū haberet in ſinu.

4 *Ratio redꝺta a populo.* Quum aliqñ Periclem inuiſeret, & accepiſſet illi tum non eſſe otium, propterea ꝙ pꝑpenderet, quo pacto poſſet Athenienſibus reddere rationem: Nonne ſatius fuerit, inquit, cogitare, qui fieri poſſit, vt non reddat rationem? Notans ita rem geſtam, vt non facile poſſit reddi ratio: procliuius autem eſſe in totum effugere rationem, q̄ bene reddere.

5 *Periculū vitare ſatius.* Accitus ab Athenienſibus è Sicilia, vt diceret cauſam capitis, abdidit ſeſe, dicens, eum eſſe fatuum, qui vocatus in ius, quærat elabi, quum liceat vitare, ne eat: Sentiens conſultius eſſe non committere ſe periculo, quàm dare operam, vt ingreſſus periculum temet expedias. Dictum Græcis ſonat iucundius, ob vocum affinitatem, φυγεῖν, & ἀπιφυγεῖν, Græcis autem ἀπεφυγεῖν δίκην dicitur, qui iudicum ſententiis abſoluitur: φυγεῖν, qui vitat aut fugit.

6 *Diffidētia.* Cuidam autem dicenti, non fidis patrię de te iudicaturæ? Ego ſane, inquit, ne matri quidem: vererer enim, ne inſciens pro albo calculo nigrum immitteret.

7 *Vindicta.* Nuncianti, ꝙ ipſe cum comitibus morte dānatus eſſet Athenis: At nos, inquit, demonſtrabimus illis Alcibiadem viuere: ſimulq; ſeſe

ſeſe ad Lacedęmonios contulit, ac bellum Decelicum ab Vrbe Decelia cognominatum, excitauit in Athenienſes.

8 *Muſica cō tempta.* Imbutus philoſophiæ præceptis voluptates, ac artes indecoras aſpernatus eſt, diſciplinas liberales ſemper amplectebatur. Lyram hoc argumento reiiciebat, ꝙ vocem hoīs imitaretur: ex quo colligere licet, olim qui lyra canebant, ſimul & voce cecinisſe: plectrum ꝙ habitum, formamq́ue liberalem immutaret in illiberalem: tibiam duplici nomine damnabat, & quòd ſic mutaret oris habitum, vt vix familiariſſimis agnoſceretur, qui caneret, & ꝙ homini propriam adimeret vocem, loquendique facultatem eriperet. Nemo enim poteſt ſimul & inflare tibiam, & loqui. Cantent igitur, inquit, Thebanorum filii, qui dicere neſciunt: nobis autem Athenienſibus, vt à maioribus accepimus, gentis princeps eſt Pallas & Apollo, quorum illa fiſtulam confregit, hic tibicinē excoriauit. Proditum eſt priſcorum fabulis, Palladem ad ſpeculum tibia canentem, offenſam oris deformitate, projectā comminuiſſe tibiam: Apollo Marſyam canendo victum excorauit.

TIMON ATHENIENSIS.

9 *Amor ob malum.* Timon Athenienſis, quem μισάνθρωπον appellat Lucianus, quum erga cęteros eſſet inhumaniſſimis moribus, fugeretq́; conſuetudinem hominum, ſolum Alcibiadem adamabat, exoſculabaturq́; Id admiranti Apemanto cauſamq́; roganti, reſpondit, ideo ſibi charū eſſe adoleſcētē, ꝙ perſpiceret illum aliquando magno malo fore Athenienſibus.

10 *Inhumani.* Apud hunc quū cœnaret Apemantus (nam & ipſum ob morū ſimilitudinē admittebat) dixeretq́ue, Pulcherrimum, ô Timon, hoc tuorum

nostrum conuiuium respondit Timon: Ita sanè, si tu non adesses.

11 *Inhumanis ter.* Idem aliquando prodiit in concionem, facto silentio quum omnes magnum quiddam expectarent, & insolens esset Timonem concionari, dixit, Viri Athenienses, post ædes meas hortulus est, in quo ficus, vnde multi iã sese suspenderũt. Eo in loco constitui structuram ponere: proinde visum est hoc publicitus denuntiare, vt si qui ét velint se suspendere, maturent, priusquam arbor excidatur.

LAMACHVS.

12 Lamachus castigauit quendã è ducibus, q deliquerat nescio quid: & quum ille dixisset, Non iterum ifihuc committam: Ne possis quidem, inquit, in bello peccare bis. Error. n. in bello mors est.

IPHICRATES.

13 *Cautio aduersus omnia.* Iphicrates & sutore patre natus existimatur, erat contemptui, ac tũ primum opinionẽ sibi parauit, postea q̃ ipse saucius, hostem vnà cum armis correptum vinum in triremẽ suã deportauit. Is quum in amicorum ac sociorũ agris haberet exercitum, ac nihilominus & vallũ iaceret & fossam foderet accuratè, cuidam dicenti, Quid metuimus? ait, Pessimã esse ducis vocẽ, Haud quaquam! putaram: Significãs in tranquillissimis rebus interdũ existere periculũ, qd nullus expectasset. Aduersus inopinatos igitur casus prospexit suis copiis, ne si quid accidisset, dicere cogeret, Nõ putarã. Hoc Latini transferunt ad Scipionem.

14 *Nomen habet momentum.* Quum illustrueret aciẽ aduersus barbaros, dicebat se vereri, ne hostes nõ nossent Iphicraté, quo nomine solet alios hostes terrere. At alii dant operam, ne quis norit ducem.

15 Capitis postulatus dixit calumniatori, qui litem

litem intendebat, Quale est quod facis homo, quum instet bellum, Reipubl. persuades, vt de me consulter, ac non potius mecum? Séque ita id tẽporis maximè opus esse ciuitati consilio operaque Iphicratis.

Intempestiua.

Harmodio prisci illius Harmodij abnepoti, generis probrum per conuitium obiicienti: Meum, inquit, genus à me hẽt originẽ, tuũ verò in te desiit. Hoc imitatus est Cicero.

16 *Nobilitas vera.*

Oratori cuidam in concione hunc in modum ipsum interroganti, Quis es, vt tã sublimes geras spiritus? nũ eques, aut sagittarius, aut scutatus, aut pedes? Nihil horum, inqt, sed qui his omnibus imperare didici: Sentiens pulchrius esse, bonum præstare ducem, quàm quemuis militem.

17 *Miles bonus.*

Idem censebat militem & diuitiarum, & voluptatum auidum esse oportere, dicens illũ audacius pericula subiturum, quo suis cupiditatibus suppeditaret.

18 *Miles diuers.*

Idem in causa obrutus eloquentia patroni, qui Aristophanẽ defendebat: Aduersarium, inquit, melior est histrio, sed mea fabula melior. Vt fabula nonnunquã exploditur vitio histrionis, ita sæpe melior cã vincitur à peiore patroni infantia, stultitiave.

19 *Eloquentia vibrix.*

XENÆNETVS.

Xenænetus dux ciuibus exprobrantibus fibi, & imperator exercitus fugisset in bello, At vobiscum, inquit, ò chara capita: probrum cũ exprobrantibus communicans: Neque enim dux persistere potest absque militibus. Et turpiter obiicit alteri vitium, à quo ipsum non est immunis.

20 *Probrum commune.*

TIMOTHEVS.

Timotheus dicebat dux fortunatus. Huic inuidentes nonnulli pinxerant ciuitates vi-

21

tro

Schomma cōtemptū. tro se reti implicare ipso dormiente Hac con tumelia nihil offensus Timotheus ciuiliter respondit, Si tantas vrbes capio dormiens, qd facerem vigilans.

22 Audace quodam milite vulnus Athenien- *Cautio.* sibus ostentante: Et nie, inquit, pudu t, q̄ quū ego in Samo dux vestet essem, catapultæ telū prope me ceciderat: Significans hoc vulnus illi non factum in prælio cominus pugnanti, sed procul. Aut bono duci adeò cauendum, vt ne propè quidem iaculum vllum possit accidere. Vulnus gladio factum, fortitudinem arguit: telo factum catapultæ, indiligentiæ signum est.

23 Quum oratores Charetem commendarēt, *Magnus non fortis.* censentes talem creari debere Athenienſium ducem: Non ducem, inquit Timotheus, sed qui duci suas stragulas portet.

CHABRIAS DVX.

24 Chabrias dicere solet, eos optimè ducis mu- *Ducis peri tia.* nere fungi, qui res hostium quàm maximè cognitas haberent.

25 Idem proditionis accusatus est vnà cum Iphicrate: Quum autem ab Iphicrate obiurgaretur, quòd quum esset in periculo, tamen ad gymnasium itaret, solitaq; pranderet hora: Ergo, inquit, si quid secus de nobis statuerint Athenienses, te squallidum ac famelicū, me verò pransum & vnctum occident. *Miser anse ripus.*

26 Quin & illud dicere solet, Formidabiliorem esse ceruorum exercitum duce leone, q̄ leonum duce ceruo: Sentiens totam belli fortunam pendere à virtute prudentiaque ducis. *Dux egregius.*

HEGESIPPVS

27 Quum Hegesippus cognomento Crobe- lus Athenienses in Philippum irritaret, quia-

dam è concione succlamauit, Ita ne bellum nobis inuehis Hegesippe? Ne per Ioué, inquit, & pullas vestes, & publicas exequias, & oratio nes funebres, si victori sumus liberi, nec imperatis Macedonum parebimus: Significans libertatem bene emi magno, nec sine negotio posse seruari. *Libertas magno emenda.*

PYTHEAS.

Pytheas quum adhuc esset adolescens, accessit in concionem contradicturus decretis, quæ tum de Alexandro condebantur. Huic quum quidam dixisset, Tu quum sis iuuenis, audes de rebus tantis loqui? Atqui, inquit, quem vos suffragiis vestris deum facitis, me iunior est. 28

PISISTRATVS.

Pisistratus Athenienſium tyrannus, quum aliquot amici qui ab ipso defecerant, Phylen occupassent, venit ad illos stragulas in sarcinam colligatas ipse portans. Cæterùm illis quid sibi vellet percontantibus: Vt inquit, si persuasero, reducam vos: si non persuasero, maneam vobiscum: ob hoc enim veni cum sarcinis. Egregius animus, qui nollet sine amicis nec regnare, nec viuere. 29 *Solerter.*

Quum mater apud ipsum esset delata, q̄ adolescentem quendam adamarer, furtimque cū eo cōgrederet, & qdē frequēter p̄ metu Pisistrati negante sui copiam, adolescentē vocauit ad cœnam: peracta cœna rogauit quo habitus esset, quum ille respondisset, suauiter: Hæc, inquit, tibi contingent quotidie, si matri meæ placueris. Admodum ciuiliter & maternis indulsit affectibus, & adolescentem omni terrore liberauit. 30 *Ciuiliter.*

Thrasybulus Pisistrati filiā amabat, eamque quum haberet obuiam, in publico oscu- 35 *Ciuiliter.*

latus est: ob id vxori maritum in Thrasybulū irritanti, Si illos, inquit Pisistratus, qui nos amant, habemus odio, quid faciemus iis, qui nos oderunt? Ac virginem adamatam Thrasybulo dedit vxorem.

32 Comessatores quidam in Pisistrati vxorem inciderant, multaq; lasciuè in illam tum fecerant, tum dixerant. Postero verò die iā decocta temulentia Pisistratum adierunt cum lachrymis orantes veniam. Tum Pisistratus: Vos quidem in posterum date operam, vt sitis sobrii. Vxor verò mea heri nequaquam vsquam prodiit ex ædibus. Humanitatis erat, & ignouit adolescentibus, pietatis, & vxoris honori consuluit, negans tale quicquam in illā factum esse. *Ciuilitas prudens.*

33 Quum alteram vxorem ducere statuisset, liberis ipsum percontantibus, nunquid in ipsis haberet, de quo quereretur: Nequaquam inquit, imò ob id potius alteram duco, & col laudem vos, cupiamq; mihi & alios istiusmo di liberos nasci. *Rectorum virtè.*

DEMETRIVS.

34 Demetrius Phalereus Ptolemęum regē adhortari solet, sibi pararet libros, de regno, deque militari imperio, gerendo tractantes, eosq; euolueret, propterea quòd ea de quibus amici non audent admonere reges, in libris scripta habeantur.

35 Quum exularet, ac Thebis inglorius, humilisque viueret, audissetq; Cratetem philosophum, qui ipsum inuiseret, multa placidè, prudenterq; de moderatè ferendo exilio differentem: Malè sit, inquit, negotiis ac occupationibus, per quas hactenus talem virū nō licuit cognoscere.

NICO-

NICOSTRATVS DVX.

Nicostratus Argiuus, quū ab Archidamo so 36
licitaretur, tum ingenti promissa pecunia, tū *De gene-*
cuiuscunq; vellet Lacęnæ coniugio, vt Crom- *res.*
num traderet, respondit Archidamum nō du
cere genus ab Hercule, & Hercules obiens or-
bem soleat improbos afficere supplicio, ipse
contra ex prodis faceret improbos. Lacedęmo
nij vero hoc nomine potissimum gloriantur,
& originem ducunt ab Hercule.

EPAMINONDAS.

Sub Epaminonda Thebano duce nunquā 1
euenit, vt exercitum inuaderet tumultus Pa- *Prouiden-*
nicus, qui subitò præter cām interdum obo- *tia.*
riri solet. Eum qñ à Pane deo credunt im-
mitti, Panicum appellarunt.

Dicere solebat pulcherrimum esse genus 2
mortis in bello mori, quòd hæc mors primū *Mors in*
cum laude fortitudinis coniuncta sit, modò *bello.*
bellum geratur pro patria, deinde breuis non
diu crucians hominem, aut paulatim exta-
befaciens.

Idem dicere solet, militum quibus arma ge 3
renda sunt, corpus exercitatum esse oportere, *Obesus mi-*
non solùm athleticè, verumetiam militari- *les.*
ter. Nam athletæ tantùm hōc agunt, vt cor-
pore sint robusto: at militem oportet corpus
habere expeditum & agile. Vnde & vehemen-
ter obesis infensus erat, adeò vt hmōi quen-
dam expulerit ab exercitu, dicens, quod vix
clypei tres, quatuorve tegerent ipsius ven-
trem, per quem nunquam vidisset sua pu-
denda.

Ipse tam tenui victu vtebatur, vt aliquan- 4
do vocatus ad cœnam à vicino, quum repe- *Frugali-*
risset bellariorum, obsoniorum, & vnguen- *tas.*
torum apparatum, confestim abierit, dicens:

Ego te sacrificare putabam, non delitiari & illudere.

Frugalitas.

5 Quum coquus collegis Epaminondę de impendiis aliquot dierum rōnem redderet, non alia de re indignabatur, q̄ tantum fuisse consumptum olei: demirātibus autē collegis, ne gauit se offendi sumptu, sed molestè ferre tm̄ olei exceptum intra corpus hominum. Sētiēs oleū esse natum foris vngendo corpori, nō intus explendo. Inunctum redit corpus firmius & iniuriæ patientius: infusum in viscera, reddit delicatius ac segnius.

Sobrius princeps.

6 Quum festū diē celebraret ciuitas, oēsq; cō potationibus & libidini indulgerent, Epaminondas ciuidam è familiaribus factus est obuiam squallidus & cogitabundus. Admirāte illo, roganteque quid tandē esset rei, q̄ solus ad eum affectus modū obambularet, Vt vobis, inquit, oibus, ebrios ac socordes eē liceat. O vocē principe dignā. Tū maximè vigilādū est principi, quū populus maximè indulget genio. At non oportet ipsi vnquam vacare genialiter viuere.

Persona respectus.

7 Homini cōtempto, qui leue quiddā admisserat, Pelopida pro eo deprecante, non ignouit, sed amica pro illo rogante dedit veniam: dicens eiusmodi munera à scortillis accipi oportere, nō à militib. Paratus erat ad ignoscēdū, sed quēadmodū nō q̄uis damus oibus, ita spectandum est, cui in qua cā gratificemur.

Oracula à nouis pendent.

8 Quum Lacedęmonij copias in Thebanos educerēt, variaq; Thebanis ferrētur oracula, quorū alia victoriam illis pollicebant̄, alia diuersa p̄dicebāt, iussit bn̄ p̄mittētia ad dextrā tribunalis poni, contraria ad leuā. Atq; oibus hunc in modum dispositis, surrexit, dixitq;, Si voluerimus parere ducibus, & conglomerati in hostem tendere, hæc vobis sunt oracula, ostensis melioribus: q̄ si ad conflictum segnes, timidiq; fueritis, hæc oracula vobis reddita sunt, ostensis deteriora pollicentibus. Mi rē nec oraculorum contempsit autoritatem, nec animos militum his deiici passus est: sed interpretatus est Deum prospera polliceri strenuis, infausta timidis.

Ostentum commodè interpretatum.

9 Rursum quum copias admoueret castris hostium, tonitru factum militibus percontantibus quid putaret portēdere deum, Attonitos, inquit, eē hostes, q̄ quum tales agros haberēt in propinquo, in talibus castra metarentur. Solertia ducis non solūm terrorem exemit animis militum, verumetiam commoda interpretatione addidit alacritatem.

Pietas.

10 Ex omnibus, quæ præclarè & honestè gessisset in vita, illud sibi dicebat esse iucundissimum, q̄ vtroque parēte viuo Leuctrica pugna vicissent Lacedęmonios. Vir pius non tam sibi gratulatus est eam obtigisse gloriam, q̄ hanc voluptatem ex se contigisse his, quibus vitam suam acceptam ferebat.

Secundis moderatè gaudendū.

11 Quum alias solitus esset vncto corpore hilariq̄ vultu prodire in publicum, postridie eius diei, quo feliciter pugnatum est in Leuctris, processit squallidus, ac summissus, amicis autem scisitantibus, ecquid illi molesti accidisset: Nihil, inquit, sed heri sensi me plus æquo mihi placuisse. Eius gaudij intemperantiam, hodie castigo. Adeò metuit arrogātiam vir Bœotus ac militaris, & nos non idem faciemus, quoties secunda fortunæ aura res nobis succedunt?

Gloria potior pecunia.

12 Iason Thessalorum rex venerat Thebas, belli socius futurus. Is quum Epaminōdæ vehementer, egēti, aureorū duo millia misisset, aurum

aurum non recepit, sed ipsum Iasonem intuitus: Iniustis, inquit, imperas, ipse deterior. Ipse verò quinquaginta drachmis à ciue quodam acceptis niutuo, pro viatico exercitus, innasit Peloponnesum: Sentiebat iniquas esse diuitias, quæ possessorem reddunt deteriorem: at viri fortes, gloria virtutis præmio contenti sunt.

13 *Integrè.* Rursus cum Artaxerxes Persarum Rex ipsi tria Daricorum millia misisset, Diomedontem Cyzicenum asperius increpuit, si tantam nauigationem suscepisset corrupturus Epaminondam, eumque iussit hæc verba ad Regem referre, si fauet commodis Thebanorum, habiturus est Epaminõdam amicum gratis sin minus, hostem. Quid hoc animo incorruptius, nõ alio spectante, quàm ad patriæ commoda?

14 Quum Argiui Thebanorum essent socij, Athenienſium oratores in Arcadiam missi viperarũt vtranq; gentem, & Callistratus rhetor Orestem & Oedipodem ciuitatibus expro brabat. Nam Orestes Argiuus fuit, Oedipus Thebanus. Interim surgens Epaminondas: Fatemur, inquit, apud nos fuisse, qui patrẽ occiderit, apud Argiuos, qui matrem necarit: sed eos, qui hæc patrarunt, nos expulimus, Athenienses receperunt. Tanto compendio cõuitium retorsit in autores.

15 *Miseria multiloquia.* In Spartanos, qui multa, magnaq; crimina Thebanis obiiciebant, Hi nimirum fecerunt, inquit, vt breuiloquentia vti desiteritis. Solent Lacedæmonij de breuiloquentia ¹gloriari, sed à Thebanis multis affecti calamitatibus, multa dicere coacti sunt de illis conquerentes.

16 Posteaquã Alexandrum Pherçorum tyran

num Thebanis infensum, Athenienses sibi fecissent amicum ac socium, isq; polliceretur illis se perfecturum, vt minam carnium emerent semiobolo, videlicet significans se tantũ pecudum ac iumentorum abducturũ è præda: Epaminõdas subiecit: At nos, inquit, Athenienſibus ad coquẽdas istas carnes ligna gratis suppeditabimus. Nam syluas iploriũ succi demus, si se plus satis admisceant nostris negotiis. *Mine.*

17 *Militia laboriosa.* Quũ studeret Bœotos, ocio dissolutiores, cõtinẽter in armis habere, simul vt Bęotię creatus est imperator, his verbis illos adhortatus est: Posthac consultate viri: nam si ego militiæ præfectum agã, vobis militandum est: adimens illis spem ocii sub tali Imperatore.

18 *Vigilãtia.* Regionem quandam supinam, & campestrẽ belli orchestram appellabat, veluti theatrum vnde latè pateret prospectus. Eam dicebat obtineri non posse, nisi manum semper scuti loro insertã haberent. Nam quæ montibus cincta sunt, minore negotio tuemur. Cãpestris regio qm̃ paret omnium incursionib. armis tuenda est

19 *Trophæum ridiculũ.* Quum Chabrias circa Corinthum paucos Thebanos sub mœnibus auidis pugnantes prostrauisset, atq; ob id trophęum erexisset, Epaminondas deridens hominem dixit: Hic sanè decebat non trophœum, sed Hecateum erectum esse: Veteres enim ante portas in triuiis congruenter Hecates imaginem statuere solent, vel ad indicandam viam, vel in gratiam sepultorum.

20 *Arma indiga viri.* Cuidam nuntianti, quòd Athenienses exercitum nouis instructum armis in Peloponnesum misissent: Quid, inquit, num igitur gemit Antigenidas, si Tellis nouas habet tibias?

bias? Tellis autem erat tibicen pessimus, Antigenidas optimus. Significabat Athenienses frustra nouis armis instructos, quum his nescirent vti.

21 *Miles ditatus.* Scutatum militem senserat à captiuo quodam magnam pecuniarum vim accepisse. Huic Epaminondas: Mihi inquit, redde clypeum, tibi verò cauponam emito, in qua vitâ degas. Posthac enim noles eodem modo subire periculum, quippe iâ vnus de numero diuitum ac beatorum. Rectè indicauit, timidũ, vt est in prouerbiis, esse Plutum. Magis enim metuit mortem, qui domi habet vnde possit suauiter viuere.

22 *Finis uitæ spectãdus.* Interrogatus quem arbitraretur ducẽ præstantissimum, seipsumne an Chabriam, an Iphicratem. Id inquit, iudicatu per difficile est, donec viuimus: Alludens ad illud Solonis, neminem dicendum beatum, ante obitum. Quandiu viuit homo, põt & ad meliora proficere, & ad deteriora degenerare.

23 *Fiducia meritorũ.* Quũ & Lacedæmone reuersus, cũ suis commilitonibus capitis postularet, vt q̃ præter legem, Bœoticæ præfecturæ mẽses quatuor adiecisset; iussit vt duces in ipsum referret crimen tanquã vi cõpulsi. Ipse aũt pro se dixit, se non habere sermones factis meliores: Sentiens ipsas res gestas reo patrocinari debere. Quòd si, inquit, omnino dicendũ est aliquid apud iudices, peto, vt quum me occiderint, columnæ dãnationis titulũ inscribãt, quo Græci videant, q̃ Epamondas Thebanos nolentes coegerit Laconicam, quæ per quingentos annos capi non poterat, ac Messenam incoluerat annis CCXXX. igni ferroq; populari, tum Arcades inter se conciliare, resque illorum componere, denique Græcos libertati restituere. Nam hæc illo tum imperio gesta sunt. His auditis iudices discesserunt multum ridentes, ac ne calculos quidem de illo colligere voluerũt. Quòd totius causæ periculum à ducibus in se vnum recepit, dubites humanius ne factum sit, an animosius: Simul autẽ docuit quantam fiduciam homini præstet egregiorum meritorum conscientia.

24 *Pax bello parta.* Meneclides inuidens Epaminondæ gloriæ, suasit populo, vt pacem haberent bello potiorem. Cui Epaminondas: Fallis, inquit, ciues tuos, qui ocii nomine eos ad seruitutem vocas. Pax enim bello paratur, nec eam tueri licet, nisi ciues sint ad bellum instructi.

25 *Morsus tectus.* Eidem exprobranti, q̃ non duxisset vxorẽ: Nullius, inquit, consilio ò Meneclida, hac in re minus vti velim quàm tuo: Notans illũ q̃ vxorem haberet parum sequundæ famæ.

26 *Agamemnonis gloriam æmularetur.* Rursus eidem obiicienti q̃ Agamemnonis gloriam æmularetur: Falleris, inquit, nã ille totius Græciæ præsidiis vsus decem annis vix vnã cepit vrbem, ego vnius huius vrbis præsidiis, vno die profligatis Lacedæmoniis totam Græciam liberaui.

27 *Pie.* Ciuium suorum iniurias patientissimè ferebat, dicens esse nefas irasci patriæ. Quemadmodum parentum iniurias vlcisci pietas verat.

28 *Benefacta pro liberis.* Pelopidæ increpanti, q̃ nullos tolleret liberos, male in hoc consulens patriæ: Vide inquit, ne tu peius consulas, qui talem patriæ filium relicturus sis. Habebat enim Pelopidas filium improbum & infamem: Mihi inquit, Leuctrica pugna pro liberis erit, nunquam interitura. In hoc enim suscipiuntur liberi, ne pereat nostri memoria. At hoc melius præstant egregia facinora: nam liberi frequen-

quenter offuscant parentum gloriam.

29 Quum sentiret vulnus esse letale, non prius ferrum eduxit, quàm audisset Thebanos vicisse: Tum, Satis, inquit, vixi, inuictus enim morior. & educto ferro protinus efflauit animam.

Mors generosa.

30 Valerius narrat illũ quæsisse, an ipsius clypeus esset saluus: vt audiuit saluum, rogasse an hostes essent deuicti: quum audisset penes Thebanos esse victoriam, ita loquutum militibus, Nõ finis cõmilitones vitæ meæ sed melius & altius initiũ aduenit. Nunc.n. vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur.

31 Quum illi per inuidiam & contumeliç gratia sordidus quidam & cõtemptus magistratus delegatus à populo Thebano; nõ aspernatus est, dicens, non solùm magistratum ostendere virum, sed virum viciſſim ostẽdere magistratum, itaq; gessit, vt deinceps tanquá honestum munus à multis ambiretur, quum antea nihil aliud fuerit q̃ cura sordes & stercora ex angiportis eiiciendi.

Vir magistratum ornat

32 Idem cuidam egeno mandauit, vt à quodã ex amicis ipsius talentũ peteret, petiit, & accepit. Amico percontanti quur id iussisset, Quũ, inquit, ille quum vir sit probus, inopia premitur, tu verò dives es, multa de publico depopulatus. Epaminondas ipse pauper, hac ratione subuenit egenti. Bonorum.n. probrum est, virum probum egere necessariis.

Benigniter.

33 Tempore belli Leuctrici quum accepisset quendam strenuum virum perisse morbo, p iocum dixisse fertur, Vnde fuit illi moriendi ocium, in tantis negocijs? Frequenter autem non minima morbi pars est imaginatio metusve morbi, Hunc languorem solet excutere negotiorum ardor.

Ocium.

PELO-

PELOPIDAS.

Pelopidas in præfectura rei militaris Epaminondæ collega, quum amici dicerent illi rei necessariæ, videlicet colligendi pecunias nullam esse curam. Ita per Iouem, inquit, ne cessariæ, sed huic Nicomedi: ostendens hominem claudum ac mancũ. Sensit fortibus viris nihil esse opus pecunia. 1

Pecunia contempta.

Vxori quæ ipsum ad bellum proficiscẽtem rogabat muliebriter, vt seruaret seipsum: Alij inquit vt isthuc faciant, monendi sunt. Nam princeps ac dux hortãdus est potius, vt seruet ciues. Vox imperatore digna, cuius est ciuium multorum salutem, suæ vnius incolumiati anteponere. 2

Dux alioquin seruator.

Quum è militibus quispiam qui viderat Lacedęmonios per angustias montiũ aduentare, dixisset Pelopidę, Incidimus ĩ hostes, Quid potius nos in illos, inquit, q̃ in nos illi? 3

Animosè.

Ab Alexandro Pheræorum tyranno prẽter fœdera captus, ac vinctus Pelopidas, conuitia congessit in fœdifragum: vt autem iratus ille dixit, Mori properas: Admodum, inquit, quò magis in te exasperentur Thebani, tuq; citius des pœnas violati fœderis, diis pariter, atque hominibus inuisus. 4

Libertas.

Thebe tyranni vxor adiit Pelopidam, dixitque se mirari, q̃ vinctus esset tam hilaris: At ego, inquit, magis te miror, q̃ non alligata feras Alexandrum. 5

Liberè.

Posteaquam Epaminondas Pelopedam liberum reduxisset, aiebat se gratiam habere Alexandro, per quem experimento comperisset, se non tantùm ad bellum, sed etiam ad mortem bene animatum esse. 6

Mortis cõtemptus.

Quum Pharsali congressurus esset cũ Alexãdro Pherçorũ tyrãno, milites admonuerũt, 7

duplo

duplo plus Thessalorum esse cum Alexãdro, q̃ ipse Thebanos haberet: Tanto inquit, melius nobis erit, plures n. vincemus. Hoc & alteri cuidam adscribitur.

7 *Frugalitas.* De eo Plutarchus Symposiacon lib. 2. refert quiddam perq̃ festiuum. Conuiuium agitans cum collegis ducibus, in fine conuiuij bibit acetũ. Percontantibus num id conduceret ad sanitatem: Nescio, inquit, illud scio, bonum esse ad hoc, vti quis meminerit domest. cę diętæ, domesticorum negociorum: Sentiens conducere aduersus crapulam, & conferre sobrietati: simul indicans se domi parcissimo victu agere solitum.

MANIVS CVRIVS.

8 *Agri modus.* Manius Curius nonnullis arguentibus, q̃ ex agris bello partis partem exiguam vnicuique militũ distribuisset, magnũ verò Reipublicæ, optauit à diis, ne qñ existeret quisquam Romanus, cui ager exiguus videretur q̃ posset alere dominum: Sentiens eum non eẽ Romano dignum nomine, qui plus appeteret, q̃ quod ad victum frugalem satis est.

9 *Aurũ spretum.* Samnites posteaq̃ ab illo fuerant deuicti, venerunt ad Manium Curium, ac magnã auri vim offerebant, atq; id temporis forte rapula coquebat ollis fictilibus. Respondit autem Samnitium legatis hunc in modum, Nihil opus est auro, talem cœnanti cœnam: sibi verò potius esse, aurum possidentibus imperare, q̃ aurum habere.

C. FABRITIVS.

10 *Dux gregius.* C. Fabritius quum audisset Romanos à Pyrrho deuictos, ad Labienum versus: Pyrrhus, inquit, non Epirotę, vicerunt Romanos: Sentiens vnius ducis ingenio victoriam acceptam ferri oportere, non virtuti militũ. Hoc pacto

pacto Romani nominis ignominiam eleuauit, qui quum Epirotis essent virtute superiores, hoc solo erant inferiores, q̃ non haberẽt ducem Pyrrho similem.

11 *Animus inexpugnabilis.* Quum Pyrrhus pro redimendis captiuis multum auri misisset, aurum quidẽ nõ accepit Fabritius. Postridie verò Pyrrhus maximũ elephantum emisit, qui ignaro Fabritio à tergo subitò barriens appareret. Id vbi factũ est, respiciens Fabritius ac ridens: Me, inquit, nec aurum heri, nec hodie bellua fecit attonitũ. Sensit Pyrrhum hoc de industria egisse, vt qm̃ auro, bonisq̃ verbis deliniri non poterat, immani voce belluæ terreretur. Sed expertus est Pyrrhus animum vndequaque inexpugnabilem.

12 *Fiducia sui.* Pyrrho verò hortanti, vt Fabritius apud se ageret, imperij socius futurus, Ne tibi quidẽ isthuc expedierit, inquit: Nam si Epirotæ nostrum vtrunque pernorint, mihi regi, quàm tibi parere mallent.

13 *Fides in hostem.* Fabritio iam consuli misit epistolam Pyrrhi medicus, qua promittebat se regem veneno necaturum, si iuberet. At eam epistolã autore non prodito ad Pyrrhum remisit, iubens illum sibi cauere, q̃ pessimus esset iudex, tum amicorũ, tum hostiũ: Sentiens eum eos habere pro hostibus, quos amplecti debebat, si satis nouisset, & hos pro amicis ducere, qui peius illi vellent, quàm hostes.

14 *Nihil gratis.* Cæterùm vbi compertis insidijs Pyrrhus medicum egisset in crucem, Fabritio captiuos gratis remisit. At Fabritius noluit eos gratis recipere, sed parem captiuorum numerum remisit, ne à Pyrrho proditi veneficij mercedem accepisse videretur, negans se hoc iudicium fecisse Pyrrhi causa, sed ne

Romani

Romani viderentur dolis hostem occidere, vt qui viribus superare non possent.

FABIVS MAXIMVS.

15 *Coniuia contempta.*

Fabius Maximus quoniam cum Annibale confligere detrectabat, sed mora copias illius & pecuniarum commeatus egentes attenuabat, sequens illum per aspera montuosaque, ac subinde obiter sese opponens, à nonnullis per Indibrium dicebatur Annibalis pædagogus: hoc conuiuio nihil commotus pergebat suum institutum sequi, dicens apud amicos, Qui dicteria conuitiaq; metuat, eum sibi videri timidiorem his, qui fugiunt hostes. Sensit hoc turpius esse timiditatis vitium, quò leuius est periculum. Nihil autem leuius dictis, quæ qui formidat, quomodo sustinebit impetum hostium?

16 *Temeritas.*

Quum de Minutio illius collega, quoniam nonnullos hostes deiecerat, multus esset ortus rumor, tanquam de viro nomine Romano digno, ait, se magis secundam Minutij fortunam, q̃ aduersam pertimescere: Sentiens illius temeritatem periculosissimam esse reipquam si rerum successus attolleret, in extremum discrimen adductura vniuersum populum Romanum, sed aduersis casibus futuram moderatiorem.

Paulò post quum Minutius hostium insidiis septus in summo esset periculo, ne cum suis copiis periret, Fabius è monte mouens exercitum, venit illi auxilio, multisq; trucidatis hostibus ipsum eripuit. Hoc facto Annibal ad suos dixit: Nonne vobis sæpenumero prædixi fore, vt illa montana nubes nobis aliqñ tempestatem immitteret? Hoc Annibalis, nõ Fabij dictum, huc aliunde suspicor adscriptum.

Post

Post calamitatem quam Romani accepe- 18
rant apud Cannas, creatus imperator cum *Contatio.*
Claudio Marcello, viro audaci, semperque gestienti cum Annibale confligere, Fabius potius sperabat futurum, vt si pugna abstineret, Annibalis exercitus ductu temporis deficeret. Id sentiens Annibal dixit, se magis formidare Fabium à pugna quiescentem, quàm Marcellum pugnantem. Nec hoc est Fabij apophtegma, sed Annibalis.

Miles quidam Lucanus delatus erat Fabio, 19
& noctu frequenter è castris clàm excederet, *Error me-*
amore cuiusdam fœminæ. Fabius quum au- *ritis condo-*
disset illum alioqui in rebus belli præclarum *natus.*
esse virum, iussit clàm apprehensam mulierẽ, quam amabat miles, ad se perduci: quę simul vt adducta est, iussit accersi virum, ad quem ita loquutus est, Haud clàm nobis fuit, te præter legem militarem abnoctare à castris: at ne id quidem prius nos latuerat, te probum esse militem: proinde errata antè bene gestis condonamus. cæterùm post hac eris nobiscum: nam habeo fideiussorem, & productam mulierculam illi condonauit.

Tarentinos Annibal præsidio impositò te- 20
nebat arce accepta Fabius itaque dolo quàm *Facetè.*
longissimè exercitum suum abduxit ad vrbem: quam vbi cepisset, diripuissetque, scribæ percontanti, quid de templorum simulachris statuisset? Relinquamus, inquit, Tarentinis deos iratos.

Quum M. Liuius sibi postularet acceptũ fer- 21
ri, & Fabius cepisset vrbem Tarentinam, vi- *Iactantiæ*
delicet & in arce præsidium habuisset, cæte- *elusa.*
ris iactantiam hoīs deridentibus, Vera, inquit Fabius, narras: nam nisi tu ciuitatem amisisses, nequaquam ego recepissem.

Fabio

22 Fabio iam sene filius illius cõsul factus est, qui quum publicitus multis audientibus habuisset orationem, Fabius consceso equo præcedebat. Quum autem iuuenis lictorem misisset, qui patrem iuberet equo descedere, alij quidem factum hoc auersati sunt: at Fabius ab equo desiliens, non habita ætatis rõne accurrit, ac filium complexus: Euge, inquit, fili, sapis, qui intelligas, quibus imperes, & quàm magnum magistratum susceperis.

Cõsulatus maiestas.

23 Quum Minutius gloriaretur, ipsius opera multum maiestati Fabianæ dignitatis decessisse: Si saperes, inquit Fabius, Minuti, reputares tibi cum Annibale certamen esse potius q̃ cum Fabio.

Grauiter.

24 Dicebat absurdum videri, si quum equos, & canes venaticos familiaritate, ciboq; cicuremus, potius quàm catenis aut verberibus: homines feroces animo, non humanitate ac beneficiis nobis cõciliemus, sed asperiores in illos simus, q̃ agricolæ sunt in caprificos, ac malos syluestres, & oleastros, qui has non protinus excidunt, sed insitione docent mitescere.

Humatas cicurat optime.

25 Fabius Maxi. congiariorũ exiguitatẽ notãs, dixit nõ esse congiaria, sed heminaria. Cõgia ria dicuntur dona, q̃ dantur populo. Congius autẽ mensurę genus est, quę multò minor est hemina. Ad mensuram igitur alludens negauit esse congiarium, sed heminarium.

ANNIBAL.

26 Annibal à Minutio, quem insidiis obsederat, per Fabij copias depulsus, vbi redisset in castra, dixisse fertur, eo prælio à se victum Minutium, se autem à Fabio fuisse superatum, videlicet ex eadem pugna victus & victor rediit. Perierat enim Minutius, ni Fabius succurrisset.

Victor & victorus.

Quum

Quum Marcellus aliquot diebus continenter cum Annibale conflixisset vario Marte, dixit Annibal sibi rem esse cum hoste, qui nec vincitus, nec victor nosset quiescere.

27 *Pertinacia vincit.*

Quum Fabius simili arte recepisset Tarentum, quali Annibal ceperat: Et Roma, inquit Annibal, suum habet Annibalem.

28 *Dolus dolũ vincit.*

Quum Romanorum legati conditiones pacis retulissent apud Carthaginienses, & Gisco quidam ausus esset suadere bellum cum Romanis redintegrandum, Annibal indignè ferens hominem imbellem de rebus arduis loqui adhuc dicentem è suggesto deturbauit. Hoc factum tam violentum in libera ciuitate demirante, & indignante multitudine, Annibal conscenso suggesto, dixit neminem mirari debere, si qui à primis statim annis Carthaginem reliquisset, interim ætatem omnem in bellis & armis transegisset, minus nosset vrbanas consuetudines: hoc præfatus pacem suadere cœpit & persuasit.

29 *Militaris ferocia.*

Quum adesset dies, quo primam pẽsionem exigebant à Pœnis Romani, totus populus ad tributi mentionem ingemuit, at Annibal interim effusè risit. Ea de re increpatus ab Asdrubale Hedo, negauit eum risum fuisse gaudentis, sed aliorum feras & inaneis lachrymas deridentis, quæ nunc in leuiore malo manarent, quum antea potius manare debuerint, quo tẽpore Romani classes, arma & amplissimarum victoriarum spolia Pœnis detraherent, ac leges victis imponerent.

30 *Lachryma fera.*

Quum Annibal apud Cannas felicissimè pugnasset, amicis suadentibus vt fugientem hostem insequens in vrbem irrumperet, non obtemperauit. Quam rem Barca Carthaginiensis adeò indignè tulit, vt exclamaret, Vin

31 *Vti victoria.*

cere scis Annibal, victoria vti nescis. Hoc dictum T. Liuius tribuit Maharbali.

32 *Ridicule.* Annibal Gisconi nuncianti sibi admirabilem videri Romanorum instructorum ad pugnam numerum; Imò aliud, inquit, mirabilius te fugit. Quidnam hoc esset, sciscitanti Gisconi. Quòd ex tam numerosa, inquit, hominum multitudine, nullus appellatur Gisco. Is ducis iocus multum timoris detraxit, multúque alacritatis addidit militibus.

33 *Exercitus prædæ aptus.* Idem profugiens apud Antiochum regem agebat. Is ostendit illi suum exercitum, barbarico apparatu magnificè instructum, sed ad prædam magis quàm ad bellum. Hæc omnia quum diligenter esset contemplatus Annibal, rogauit Antiochus, num hæc omnia satis essent futura Romanis. Tum Annibal, planè satis arbitror, etiam si auarissimi sint Romani. Lusit Pœnus ab inexpectato, Rex de prælio sciscitabatur, iste respondit de præda. Quid enim aliud est miles imbellis, auro argento, cæterisque rebus ad prædam inuitantibus instructus?

34 *Odium pertinax.* Idem adhuc puer, quum quæreretur de finiendo odio inter Romam, & Carthaginem, pedem inflixit solo, ac puluere suscitato, tum demum finem belli fore dixit, quû altera pars in habitum pulueris esset redacta. Agnoscas ingenium exitio Romanæ gentis natum.

35 *Præstantia* Inter Scipionem Aphricanum, & Annibalem ortus est sermo de præstantia ducum. Quumque Scipio rogasset quem primû esse cẽseret, respondit, Alexandrum Magnum: quem secundum Pyrrhum Epirotarum regem: quẽ tertium, seipsum nominauit. At quid, inquit, Scipio, si me vicisses? Tû inqt, Me neq; secundum, neq; tertiû, sed olim primû cẽsuissem.

Annibal

Annibal bibiturus venenum quod in eum vsum paratum habebat, dixit: Soluamus ingenti cura populum Romanum. Id postremò malè habebat hominem, quòd Romanis iam non posset aliquo pacto molestus esse. 36 *Odium pertinax.*

Post victoriam Cannensem, si Annibal reta petisset Romam, potuit in Capitolio prandere, sed frui quàm vti victoria maluit, Campaniam, ac Tarentum peragrans: vbi mox & ipse, & exercitus ardor adeò elanguit, vt verissimè dictum sit, Capuam Annibali fuisse Cannas, Si quidem inuictum Alpibus, indomitũ armis, Campania sola, & Baiæ fonubus calidis tepentes subegerunt. Refert Florus. 37 *Voluptas emollit impanitos.*

SCIPIO MAIOR.

Scipio senior si quando vacans à negotiis bellicis in literis versaretur, dicere solet se nũquàm minus esse ociosum, quàm quum esset in ocio. Senfit se id temporis non dare animũ ocio, aut voluptatibus, sed de reipublicæ commodis multa suo cum animo tractare. 1 *Ocium sapientis.*

Posteaquàm Carthaginem armis cœperat, milites quidem virginem eleganti forma captam adduxerunt, eique tradiderunt. Hic ille: Libenter acciperem, inquit, si priuatus essem, non imperator. Iuuenis insigni puellæ forma corrumpi non potuit, quo minus meminisset, quid deceret imperatorem. 2 *Imperator castus.*

Rursus quum obsideret oppidũ humili loco situm, prominente illic Veneris templo, iussit illuc profiteri vadimonia, tanquam tertiò post die ius ibi redditurus. Et quod se facturum prædixit, fecit vrbe capta, tanta erat victoriæ fiducia. 3 *Fiducia eventus.*

In Sicilia percontanti cuidam, qua re fre- 4

Miles docto audiēs.

tus classem educere pararet in Africam, ostendit viros armatos trecentos sese exercentes, præterea turrim excelsam mari imminentē, & ait: Nullus horum est, qui non conscensa turri semet in mare præcipitaturus sit, si iusserit: Sentiens non perinde referre, quàm numerosam educas multitudinē, modò fortis dux educat exercitatos, & docto audientes.

5 *Animus præsens.*

Vbi traiecit in Africam, ac terra potitus hostium castra concremasset, Carthaginienses missis legatis fœdus cum Scipione pepigere pollicentes se & elephantos, camelosque, & naues, & pecunias daturos. Cæterùm posteaquā Annibal ab nauigasset ex Italia Carthaginem cœpit illos conuentorum pœnitere, eò quòd iam animum recepissent. Id audiens Scipio, negauit se etiam si ipsi vellent pacta seruaturum, nisi prius imperatis adderent talentorum quinque millia, hoc nomine quòd Annibalem accersissent.

6 *Humaniter & grauitè.*

At posteaquàm Carthaginienses vi adactilegatos de fœdere ac pace ad Scipionem misissent, iussit eos, qui venerant, protinus abire, tanquam non auditurus eos prius quàm L. Terentium ad se perduxissent. Erat autem Terentius Romanus, vir probus & humanus, qui in bello captus à Pœnis detinebatur. Quem vt adduxerunt, Scipio pro tribunali sedens hominem apud se collocauit, moxque auditis legatis bellum dissoluit. Porrò Terentius tanti beneficij memor triumphantem Scipionem sequebatur pileatus, velut illius libertus. Quin & Scipione mortuo ad exequias multum exhibuit, aliaque ad funeris celebritatem pertinentia studiosè procurauit. Sed de his posterius. Hic in Scipione quidem habes exemplum beneficij candidè simul & honorificè collati, in Terentio verò memoris animi specimen.

7 *Frænū receptum.*

Posteaquàm Romani traiecerant in Asiam aduersus Antiochum regem, isque legatos ad Scipionem de pace misisset: Id, inquit Scipio, prius factum oportuit, non nunc quum & frænum, & sessorem recepisti. Allusit ad apologum, de equo, & sessore, notiorem quàm vt hic sit commemorandus.

8 *Fiducia meritorū.*

Senatus decreuerat, vt pecunias sumeret ex ærario: at quum quæstores ærarij negarent se eo die aperturos: Ipse, inquit, aperiam, quando mea causa clauditur, qui tanta pecuniarum vi repleuerim ærarium. Vacua non clauduntur, eò Scipio per iocum dicebat sibi hoc laboris suscipiendum, vt aperiret, qui fuisset in causa, vt tam diligenter clauderetur, vt quæstores diei spatium quærerent ad recludeudum. Exemplum ingentis fiduciæ meritis quæsitæ.

9 *Fiducia meritorū.*

Quum à Petilio & Quinto trib. plebis, multis nominibus accusaretur apud populum Romanum, nihil ad crimina respondit, tantum hoc dixit: Hoc die Quirites Annibalem & Carthaginem deuici: proin ipse sumpta corona in Capitolium ascendo Ioui Optim. Maxim. sacrificaturus: si quis de me suffragium ferre velit, ferat. Hæc loquutus ascendebat ad Capitolium relictis accusatoribus, nondum perorata causa. Tantum valet egregiorum in rempubli. meritorum fiducia, vt repentè iudicij rigor versus sit in ouationem, & reus pro supplice egerit triumphantem.

10 *Generosè.*

Scipio Africanus quibusdam calumniantibus, quòd parum strenuus pugnator esset Imperatorem, inquit, me mater, non bella

torem genuit: Significans in imperatore plus habere momenti solertiam, ac prudentiam in consiliis, quàm vires in præliis.

11 Idem dicere soleba t, hosti non solùm esse *Clementer* dandam viam fugiendi, verùm etiam munié dam: docens moderandam esse victoriam, nec sæuiendum in eos, qui contrà ferre arma destitissent.

12 Idem militi cui scutum erat elegantius or- *Ignauia.* natum: Non miror, inquit, quòd scutum tan ta cura ornaris, in quo plus habeas præsidij quàm in gladio: Significans illum ignauum militem. Clypeus tuetur, sed gladius fortitudinis organum est.

13 Idem dicere solet, ij quibus sunt equi fero- *Grauiter.* ciores, tradunt eos domitoribus, vt his facilioribus possint vti: sic homines secundis rebus efferatos, sibique præsidentes tanquam in gyrum rationis ac doctrinæ duci oportere, vt perspecta rerum humanarum imbecillitate varietateq; fortunæ, reddantur moderatiores.

14 Dicere solet, in re militari turpe verbum *Prouidētia* esse, Non putaram: quòd aliis in rebus interdum locus datur malè instituta posterioribus consiliis melioribus corrigere: Cæterùm quæ ferro peraguntur, ea non oportere temerè aggredi: quòd hic error ferè est inemendabilis. Idem dictum locum habet, & in his quæ semel facta mutari non possunt, vt in ducenda vxore: in sacris ordinibus.

15 Cum hoste dicebat non esse confligendum *Quandobel* nisi aut inuitaret occasio, aut vrgeret necessi- *landum.* tas, q; incogitantis sit opportunitate oblatam negligere, & extremę ignauiæ sit, tum nō præstare fortem animum, quum audacia spem præbet incolumitatis. formidolositas nihil aliud quàm certum promittit exitium.

T. QVIN-

T. QVINTIVS.

T. Quintius ab ipso protinus initio clarus, 1
fuit, vt prius quàm esset ad lis, aut tribunus *Liberè.*
militum, aut prætor, consul factus sit. Porrò missus imperator aduersus Philippum, suasit, vt veniretur in colloquium. At quum Philippus posceret obsides, eo q; ille multis Romanis comitatus esset, ipse verò solus: Vt solus sis, inquit Quintius, ipse fecisti, qui amicos & cognatos tuos occideris.

Achęos meditantes expeditionem aduersus 2
insulam Zacynthiorum. monuit, vt cauerent, *Tutum cō-*
ne more testudinum caput extra Peloponne- *silium.*
sum proferentes, venirent in periculum. Testudo enim intra testam tutissima est.

Quum Antiochus rex cum numeroso exer 3
citu venisset in Græciam, omnesque reddidisset attonitos, & militum numerus, & armatu- *Ostentatio*
ræ varietas, Quintius hoc sermone metum *manus.*
ademit Achæis: Quum inquit, essem in Chalcide cœnans apud hospitem meum, mirabar carnium copiam, quum essent omnia tecta nue: at hospes respondit, ea omnia nihil aliud esse quàm suis domesticæ carnes, tantùm apparatu & conditura diuersa, Ne vos igitur, inquit, admiremini regis copias, quum auditis hastatos, cataphractos, pedites, equites, & sagittarios. Nam hi omnes Syri sunt, armatura intet se differentes.

In Philopœmenē Achæorū ducē, q multos 4
haberet equites & armatos, sed pecuniarū indigu⁹, ita ludebat: Philopœnē, inquens manus habet & crura, vētré non habet. Ac tali qdē specie corporis erat Philopœmen. Quintius autē eqtes ac pedites armatos, manus & crura ducis appellabat: sed qm̄ non habebat, quo aleret militem, negabat illum habere ventrem. *Salsè.*

C. DOMITIVS.

5 C. Domitius, quem Scipio maior pro se Lucio fratri in bello aduersus Antiochum legatum dederat, vbi contemplatus esset hostium phalangem, exercitus præfectis hortantibus vt confestim aggrederetur, negauit tempus sufficere ad hoc, vt tot millibus trucidatis ac direptis impedimentis, in castra reuersi sua curarent corpora. Sed hoc ipsum postridie se tempestiuè facturum dixit. Ac postero die congressus quinquaginta millia trucidauit. Vir strenuus non dubitauit de victoria, spatium modò temporis gerendæ rei pat eligebat.

Fiducia euentus.

P. LICINIVS.

6 P. Licinius Consul, imperator equestri pugna superatus à Perseo Macedonum rege, bis mille & octingentos milites amisit, partim interfectos, partim captos. Vbi verò post pugnam Perseus mitteret oratores acturos de sede ac pace, Licinius qui victus erat victori præscripsit, vt si pacem vellet, quæ haberet in sua potestate, daret in fidem Romanorum. Ne calamitas quidem fortissimi viri spiritus potuit imminuere. Nec ignorauit Perseus quibus cum viris ipsi res esset, eoque fecit victor, quod victi solent facere.

Animose.

7 PAVLVS ÆMYLIVS.

Paulus Æmylius quum iterum peteret consulatum, repulsam tulit. cæterùm quum bellum aduersus Perseum ac Macedones, imperitia segnitieque ducum in longum duceret eidemque consulatum detulissent, negauit se illis habere gratiam: non enim se ob id tum designatum imperatorem, qp ipse desideraret imperium, sed quòd ipsi imperatorem.

Necessitate delatus.

E foro domum reuersus quum filiã puellã nomi-

nomine Tertiam reperisset lachrymantem rogauit quid haberet; illa respondente, Perseus nobis interijt: Id erat nomen catelli, quem puella habebat in deliciis: Sit felix, inquit, ò filia, omen accipio; moxque in bellum profectus pulcherrimum de hoste triumphum egit.

In exercitu verò quum multam confidentiam ac loquacitatem comperisset, militum officia ducum sibi vindicantium, resque non necessarias curantium, iussit illos quiescere, nec aliud quicquam agere, quàm vt ensesuos acuerent, cætera sibi fore curæ. Nocturnas autẽ excubias iussit illos sine lanceis & gladijs agere, quo nimirum adempta spe depellendi hostem, tantò acrius pugnarent cum somno. 9 *Disciplina militaris.*

Quum per loca prærupta irrupisset in Macedoniam, vidisseteque instructam hostium aciem, exhortante Nasica vt protinus inuaderet hostem: Facerem, inquit, si tuæ essem ætatis: sed multarum rerum experientia prohibet, ne ex itinere statim cum instructa acie congrediar. 10 *Dux vsu rerum callidus.*

Deuicto Perseo, quum epulum exhiberet victoriale, dicebat eiusdem esse artis & aciem bene instruere, & conuiuium exhibere: illam vt hostibus sit quàm maximè formidabilis, hoc vt amicis sit iucundissimum. 11 *Ars conuiuij.*

Quum Perseus captiuus deprecaretur, ne in triumpho duceretur: Isthuc, inquit, in te situm erat: Significans illi licuisse in bello perire, aut certè vincere. 12 *Seuerè.*

Ex pecuniarum infinita ui reperta in castris hostiũ, ipse qdem nihil sibi sumpsit. Tuberoni tamen genero phialam pondere quinq; drachmarum, fortiter gestę rei præmium dedit. Atque hoc primum aiunt argenteum uasculum in Æliorum domum fuisse ingressum. 13 *Frugalitas.*

Ex

14 Ex quatuor liberis masculis, quos susceperat, duos antea dederat in adoptionẽ. Ex duobus autem qui remanserant in familia, alter quinque ante triumphum diebus interiit, annos natus quatuordecim: alter quinto post actum, triumphum die annos natus duodecim. Ob id populo luctum ac mœrorem cum illo iungente, ipse prodiens ad multitudinem dixit, se post tam continuos rerum successus aliquid magni mali à fortuna expectasse: se verò nunc de patriæ incolumitate securum esse factum, nihilque timere periculi, posteaquàm fortuna prosperè gestarum rerum inuidiam in suam domum impingente, ipse pro

Patria charitas.

15 omnibus dependisset.

Vxor erat illi Papyria, Masonis viri consularis filia, quàm cùm longo tempore domi habuisset, exque ea pulcherrimam sobolem sustulisset inclytum illum ac maximum Scipionem Æmilianum, repudiauit: & amicis diuortium vehementer dissuadentibus, porrexit calceum, dicens: Hic calceus nonne nouus est, nõne pulcher est? At nemo vestrum nouit, quà pedem meum torqueat.

Calceus quà torqueat.

16 Perseo sese ad victoris pedes abiicienti, vocesque degeneres emittenti: Quur, inquit, Paulus, fortunam crimine liberas, sic te gerens, vt superiore etiam fortuna videaris indignus? Quur meam dedecoras victoriam, ac rerum à me gestarum gloriam obscuras, tam abiectum te demonstrans, vt indignus appareas, quem populus Romanus haberet hostem?

Generosè.

16 Idem dicebat, Imperatorem, si minus ætate, certè moribus senem esse oportere. Sentiens non esse præcipitanda consilia: quod solent iuuenes: sed moribus vtendum esse senilibus.

Temeritas

CATO

CATO SENIOR.

Cato Senior in concione sua furus de frumento viritim diuidendo, ita præfatus est: per difficile esse ad ventrem auribus carentem verba facere: ventrem dixit, quod ageretur de populi victu. 1 *Venter surdus.*

Aiebat se mirari, quomodo seruari possit ea ciuitas, in qua pluris veniret piscis, quàm bos. Præcipuus luxus olim erat in piscibus, vnde legimus mullum sex millibus emptum. 2 *Luxus.*

Obiurgans aliquando summam vxorum impotentiam: Omnes, inquit, homines vxoribus dominantur, nos omnibus hominibus, nobis autem vxores: hoc modo colligens mulieres esse rerum omnium dominas. 3 *Vxorũ imperium.*

Dicere solet se malle pro collato beneficio nullam reportare gratiam, quàm pro maleficio perpetrato non dare pœnam: Significans nihil esse periculosius impunitate, quæ semper ad deteriora inuitat. 4 *Impunitas mala.*

Idem dicebat se omnibus peccãtibus ignoscere, præterquam sibiipsi. Multum dissimilis illi Neuio, qui carpens alios, sibi condonabat omnia. Sibi ignoscit, quem non pœnitet admissi. De se pœnas sumit, qui cura pensat, qđ incogitantia commissum est. 5 *Seuerus in seipsum.*

Exhortans autem magistratus ad sumendas pœnas de his, qui delinquerent, dicebat eos qui maleficos prohibere possent, nec facerent, lapidandos esse: Sentiens illos de vniuerso populo pessimè mereri, quòd ad scelerum licentiam inuitarent improbos. 6

Aiebat sibi magis placere iuuenes, qui rubescerent, quàm qui pallescerent, q; rubor arguat probam indolem, pallor non item. 7 *Pudor.*

Dicebat sibi inuisum esse militem, qui ambulans moueret manus, pugnans moueret pedes, 8 *Miles, bonus.*

Viles bonus.

pedes, clariusque sterteret, quàm inclamaret, pessimum autem Imperatorem, qui sibi non posset imperare.

9 *Sibi quisque testis.*

Maximè existimabat oportere vnumquemque seipsum reuereri, quòd nullus vnquam à seipso discedat. Ita fieret, vt quicquid aliis testibus non auderemus facere, idem solos facere puderet.

10 *Statuarũ gloria.*

Conspiciens multorum erigi statuas: Malim, inquit, vt de me quærant homines, quam obrem Catoni non sit posita statua, quàm qua re sit posita: Sentiens se malle res præclaras gerere, vt olim scientes illum promeruisse statuam, mirentur non esse positam.

11 *Potestasmoderata.*

Admonebat, vt qui potentes essent, parcè vterentur sua potestate, quò semper vti possent: Sentiens potentiam clementia comitateque fieri diuturnam, ferocia breuem.

12 *Honos virtutis.*

Qui virtutem honore suo fraudarent, eos dicebat ipsam virtutem à iuuentute auferre: Sentiens præmiis animos iuuenum ad virtutem accendi: quæ si detrahas, ipsa virtus elãguescit.

13 *Iustitia.*

Magistratum aut iudicem dicebat nec pro iustis orandum, nec pro iniustis exorandum. Sensit culpam esse iudicum, si vt iusti æqui sint orandi sunt, quum oporteat vltro fauere bonis: pro iniustis orare fortassis humanitatis est, at exorare est à iustitia deflectentis.

14 *Impunitas*

Iniuriam etiam si facienti nihil adferat periculi, vniuersis tamen periculosam esse dicebat: Sentiens impunitæ iniuriæ exemplum omnibus minari iniuriam. Etenim si liceat impune lædere, nullus erit tutus ab improborum violentia.

15 *Senectus.*

Senectuti quum multa adsint probra, dicebat non esse addendum malitiæ dedecus: Sentiens senectutem multis nominibus vulgò malè

malè audire, veluti quum audit deformis, edentula, luscitiosa, imbecillis, obliuiosa, indocilis. Hæc ferre satis est, vt non accedat crimen improbæ vitæ, quod omnibus quidem fœdum, sed seni fœdissimum. Alij narrant hoc ab illo dictum in senem obuium vitæ cõtaminatæ: Ne ætatis tuæ malis addas turpitudinem. 16

Iratum ab insano nulla alia re differre dicebat, quàm mora temporis: Sentiens iram esse breuem insaniam.

Eos qui fortuna moderatè, sobrieque vteré 17
tur, dicebat minimè peti inuidia: Non enim, *Inuidia*
inquit, nobis, sed bonis quæ nos circunstant, *quomodo*
inuident homines. Externa bona extra homi- *vitetur.*
nem sunt, at insolenter vtendi vitium intra hominem est. Qui eo sibi confidant inuidiam, verè sunt inuidiosi.

Qui in rebus ridiculis seriam operam pone 18
rent, eos dicebat in seriis fore ridiculos: Signi *Ridiculis*
ficans assuetos ridiculis, ob habitum collectũ, *fuescere.*
in serijs negocijs ita se gerere, vt non solùm rideantur, sed etiam derideantur.

Præclaras actiones aiebat præclaris verbis 19
occupandas, ne à gloria defluant. Argutius est, quod vertit Philelphus, aliud, vt opinor, exemplar sequutus, Honestas actiones honestis actionibus occupandas: hoc est, benefacta benefactis addenda, ne si desinamus bene facere, obsolescat priorum benefactorum memoria.

Ciues incusabat, quòd semper ijsdem com- 20
mitterent magistratum: Videmin enim, in- *Honos non*
quit, aut vilem habere magistratum, aut iu- *semper ijsdem.*
dicare paucos esse dignos magistratu. Quorum alterũ erat male sentire de publica potestate, alterum erat male sentire de ciuibus,

Quando

21 Quando docebat iuuenes intrepidè pugna re, sæpe numero dicebat, verba plusquàm gladium, & voces plusquàm manum hostes infugam vertere, attonitosque reddere. Nolebat militem in prælio mutum esse, sed atrocibus dictis, clamoreque, vultusque truculentia terre re hostem.

Vox in bello.

22 Bellum gerens cum his, qui Bętim fluuium accolunt, quum in discrimen adductus esset propter hostium multitudinem, & Celtiberi quidem offerrent suppetias, si darentur talenta ducenta, Romani verò non sinerent illum mercede pacisci cum barbaris, dixit errare Romanos, eò quòd si vicissent, redditurus fuerint, non de suo, sed de bonis hostium: sin victi fuissent, iam non fore, nec à quibus petere tur, nec qui peterent.

Argutè.

23 Quamuis autem complures vrbes cepisset, tamen aiebat se hisce diebus, quos inter hostes egit, nihilo plus sumpsisse, quàm quæ ex hostium agris comedisset, bibissetque.

Abstinentia ducis.

24 Quum cuidam militum argenti libram distribuisset, ait satius esse multos habentes argentum, quàm paucos habentes aurum è militia domum redire. Nam duces non alia re q̃ gloria auctos è prouinciis redire oportere. Sentirem sat feliciter gestam, si tanta militum multitudo redeat incolumis, vt ex distributis manubiis exigua portio ad singulos redeat, potius quàm si multis desideratis, pauci redeant ex præda locupletiores. Quoniam autem rerũ prosperè gestarum gloria redit ad duces, hac portione par est illos esse contentos, siue multum sit prædæ, siue parum.

Reditus è bello.

25 Hortante Scipione Africano, vt Achæorum exulibus opitularetur, quòd illis in suã patriam redire liceret; simulabat eius rei sibi nullam esse

Senes negotii.

esse curam. Cæterùm in Senatum quum hac de re multa verba fierent, assurgens ait: Perin de quasi nihil habeamus, quod agamus, sedemus de seniculis aliquot Græcis disputantes, vtrum à nostris an illius regionis vespillonibus efferantur.

26 Quum Posthumius Albinus historiam Græcè conscripsisset, & ob id veniam peteret ab auditoribus, Cato irridens: Danda, inquit, erat venia, si Amphictyonum decreto coactus Græcè scripsisset. Hoc aliquanto secus narrant Gellius & Macrobius.

Latinus Græcè.

27 Populum Romanum gregi pecudum conferre solebat, quæ singulæ nemini obtẽperãt, vniuersæ autem gregis ducem sequuntur: Sic & vos, inquit, quos nemo vestrum priuatim in consilium adhibere vellet, ab his hìc congregati vos agi, ducique finitis: Notans populum, & deterrimis committeret magistratus.

Populus qualis.

28 Aiebat populum Romanum non tantum purpuræ, verùm etiam virtuti plurimum conducere: Quemadmodum enim tinctores eum potissimum colorem inducunt, quo vident homines maximè delectari: ita iuuentus ad ea studia potissimum incumbit, quibus populus defert honores. Honos enim non solùm alit artes, verum etiam virtutem. Hoc pacto monebat populum, vt magistratus his demũ committerent, qui de se virtutis specimen dedissent, Ita fore, vt quam plurimi sese ad egregia studia conferrent.

Honos alit virtutem.

29 Hortabatur iuuenes, vt qui virtute & æquitate ad dignitatem peruenissent, ne turpiter ad deteriora degenerarẽt: sin ambitu ac violẽtia, ad meliorem frugem se referrent: ita futurum, vt & illi gloriam augerent, & hi benefactis maculam abolerent.

Consilium optimum.

Qui

30 Qui magistratum eundem frequenter amba-
Modus in honoribus. birent, eos dicebat velut ignaros vitæ, ne aberrarent, lictores qui præcederent semper quærere. Solent enim lictores præire magistratum, non vt viam ostenderent, sed honoris gratia.

31 In inimicum quendam probrosæ vitæ: Huius, inquit, mater quum Deos orat, vt sibi fi-
Filius improbus. lius sit superstes, non precatur, sed imprecatur: Sentiens illam & sibi, & reipublicæ præcari magnum malum.

32 Quum Eumenes rex Romam venisset, & à
Rex in senatu democratiæ. senatu honorificè exceptus, clarissimorum ciuium frequentia stiparetur, Cato non dissimulabat tantum Romanorum erga illum studium sibi suspectum esse, ipse vitans regis cõsuetudinem. Hoc quibusdam admirantibus, ac dicentibus Eumenem virum esse probum, ac amico in populum Romanũ animo: Sint ista vera, inquit, attamen illa bellua, natura ferus canis est: Sentiens omnes reges, vtcunque pro tempore simulent, natura tyrannos esse, ac Democratiæ infensos: Romæ autem regis
33 nomen erat inuisissimum.

Inuidia ob benefacta. Dicebat ideo sibi ab inimicis conflari inuidiam, & quotidie noctu surgens, rei familiaris rationibus neglectis, reipublicæ consuleret, no tans ingratitudinem populi.

34 Quum tres essent designati, qui legati pro-
Salsè. ficiscerentur in Bithyniam, quorum vnus podagra teneretur, alter caput haberet vulneribus confossum, tertius vecordia laborare videretur, Cato ridens dixit, populi Romani legationem nec pedes habere, nec caput, nec cor.

35 Quum impetratum esset de restituendis Achæorum exulibus, Polybius & hoc ad senatum

natum retulit, vt restitutis apud suos pristini honores ac magistratus redderentur. Hic Ca-
Pusilla cum rare cum periculo. to rogatus sententiam, dixit: Polybius idem facere videtur, quod fecit Vlysses, qui Cyclopis speluncam repetere voluit, quò pileum & cingulum, quæ illic per obliuionem reliquerat, reciperet: Significans abunde multum esse, & exulibus datus esset in patriam reditus, essetque periculum, ne dum pristinos honores repetunt, etiam à reditu excludantur.

Aiebat stultos prudentibus plus adferre 36
vtilitatis, quàm prudentes stultis. Prudentes *Noua sententia.* enim dum facilè vident errata stultorum, eaque vitant, fieri cautiores: at stultos non item, quæ à prudentibus rectè fiunt, quia non vident posse imitari.

Videns quendam vehementer obesum, mi- 37
rabatur, cui vsui tale corpus esse posset reipu *Obesus.* blicæ, cuius inter guttur & inguen omnia vẽter occuparet.

Iurconi cuidam ambienti inter Catonis 38
familiares recipi, negauit: dicens se cum eo *Palato pere.* non posse viuere, qui plus saperet palato quàm corde.

Amantis animum dicebat in alieno cor- 39
pore viuere: quòd hodie quoque celebratur *Amor.* animam illic potius esse vbi amat, quam vbi animat.

Tria per omnem vitam accidisse dixit, quo 40
rum pœnituisset: primum, si quid arcani fœ- *Panitenda.* minæ credidisset: secundùm, si quopiam naui gio vectus esset, quò pedestri itinere peruenire licuisset: tertium, si quis dies ipsi per negligentiam absque fructu effluxisset.

Ad tribunum plebis qui veneficij infamia 41
laborabat, iniquam ferentem legem: Ado- *Salsè.* lescens, inquit, nondum scio vtrum haurire

quod temperas, an approbare quod scribis, deterius sit. Sentiens & legem quam parabat exitiosam esse reipublicæ.

42 *Maledicentia.* A quodam multis nominibus infami vexatus: Impar mihi, inquit, tecum certamen est. Nam vt tibi & malè audire & maledicere facillimum ac promptissimum est, ita mihi maledicere insuaue, male audire insolitum.

43 Apud Athenienses quum quæcunque Cato breuissimo sermone expedierat, ea vix longo verborum ambitu redderet interpres, dictum est Græcis orationem è labiis, Romanis ex corde proficisci.

44 *Pietas in patrem.* Adolescens quidam patris vita defuncti inimicum mox in ius vocauit vltusque est, Quem Cato obuium comiter amplexus. Sic oportet, inquit, non agnis hædisve, sed è malorum lachrymis ac damnationibus parentum exequias celebrare.

45 *Curare frivola.* Quum quidã Catoni dixisset, Eamus deambulatum: & adolescens quidam interpellasset dicens: Quid opus erat de? Imo, inquit Cato, quid opus erat te. Vna litterula mutata, significauit ipsum potius esse superuacaneum in vita, quàm de, in verbo.

46 *Admonitio fera.* Cato percussus ab eo, qui arcam ferebat, quum baiulus diceret, Caue, rogauit, num quid aliud ferret præter arcam. Nam quod ad arcam attinebat, serum erat dicere caue. Simulauit itaque se moueri de alio quopiam onere, quàm de arca, vnde cauendum esset. Simile est, quod de Diogene trabe icto retulimus.

47 *Fortitudo vera.* Cato senior quibusdam efferentibus hominem inconsultè audacem, & in rebus bellicis strenuum, ait plurimum referre vtrum quis virtutem magno æstimet, an vitam non magni

magni faciat: Sentiens non eos statim esse fortes, qui quouius modo vitam contemnunt sed qui tanti faciunt virtutem, vt huius gratia vitam alioqui charam negligant. Nam semet in vitæ discrimen conicere, aut infelicium est, & quos vitæ iam tædet, aut immanium & beluis similium.

48 *Profusio.* Cato in Albidium qui luxu facultates prodegerat, denique & ædes deuorarat, nouissimè consequutum incendium, quod reliquũ erat, absumpsit, ita iocatus est, vt diceret eum fecisse proteruiam. id erat priscum sacrificij genus, in quo si quid superfuisset, seruati religio erat, sed igni crematabatur.

49 *Seuerè.* Catulus censor, Catonem sibi arctissima iunctum necessitudine rogauit, vt quendam ipsius iudicio obnoxium (erat enim quæstor) missum faceret. Ille hunc in modum respondit, Turpe est nos, qui iuuentuti rectè instituendæ autores esse debemus, à lictoribus irrideri nostris. Negauit asperius, quòd iniustè petebatur.

50 *Spes falax.* De spe sic prædicasse narratur, autore Plutarcho, quod quæ magna essent pusilla, faceret: quæ pusilla, prorsus nulla: Sentiens, opinor, de periculis. Victoriæ spes extenuat omnia, quæ solent à bello deterrere.

51 Commemorantur eiusdem quædam, velut oracula de re rustica. Dicebat fortissimos viros, ac strenuissimos milites ex agricolis gigni, minimeque malè cogitantes. Prædium ne cupidè emas. In re rustica operæ parcas. in agro emendo minimè. Quod male emptum est, semper pœnitet. Agrum paraturos ante omnia intueri oportet aquarum vim & vicinum. Æstimare oportet quomodo niteant contermina. Malus est ager, cũ quo dominus

Iustatur. De bono domino melius emitur fundus: Agro vt homini quamuis sit quæstuosus sit idem sumptuosus sit, non multum superesse. Idem interrogatus, quis esset certissimus quæstus, respondit, Si bene pascat: quis proximus, si mediocriter pascat: quid tertiũ, si bene vestiat: quid quartum, respondit arare. Cuidam autem subijcienti, quid fœnerare? Quid, inquit, hominem occidere? Dixit agricolam oportere vendacem esse, non emacem. Fundum in adolescentia sine cuntatione conferendum, non nisi consito agro ædificandum, ac tum quoque cunctanter. Optimum esse aliena insania frui. Eum qui bene habitet, sæpius ventitare in agrum, frontemque domini plus prodesse, quàm occipitium. Hunc agri modum seruandum, vt neque fundus villam quærat, neque villa fundum. Satius esse minus serere, & minus arare. Latifundia perdidere Italiã. Villicum quàm proximum domino cordi esse debere, & tamen sibimetipsi non videri. Coli cura ergastulis pessimum esse, vt nequid agitur à desperatis. Nihil minus expedire, quàm agrum optimè colere.

52 Quum Catoni causam in foro agenti, Lentulus attracta pingui saliua in mediam frontem, quantum poterat, expuisset, abstersit Cato faciem, ac dixit, Affirmabo omnibus Lentule falli eos, qui te negant os habere. Os habere negantur, quos nihil pudet, id quum eo facto maximè declarasset Lentulus, tamen Cato ludens profitetur illi esse os, non quòd erubescerent, sed quòd ore multam purulentiam eiacularetur. *Patienter.*

53 Quidam manè surgens reperit caligas à soricibus arrosas, hoc ostento turbatus, consuluit Catonem, quid mali portenderetur. *Superstitio irrisa.*

Ille

Ille vero: Non est, inquit, ostentum, quòd sorices arroserunt caligas: sed si caligæ arrosissent sorices, id demum fuisset ostentum.

CATO VTICENSIS.

Quum Catoni, qui post dictus est Vticensis etiamnum puero vitio daretur taciturnitas: nec enim cum pueris exercebatur, nec à quoquam audiri volebat, ait: Carpant taciturnitatem, modò vitam probet. Et addidit, Tum demum obtrumpam hoc meum silentium, quũ ea loqui potero, quæ sunt indigna silentio. 1 *Taciturnitas.*

Quum partes in conuiuiis sortirentur, nec illi fauisset sors, amicis hortantibus, vt primus omnium caperet, οὐ καλῶς, inquit, ἔχει ἀκρύστις ἀφροδίτης, id est, non decet, inuita Venere. Tam natura iustus erat, vt præter sortem amicorum fauore noluerit vti, Veneris iactus felix erat in talis. 2 *Iustus.*

Quum M. Tullius Murænam defendens, multa falsè diceret in paradoxa Stoicorum, ridentibus cæteris, tandem & Cato exhilaratus, proximis dixit, Dij boni, quàm ridiculum habemus cõsulem. Stoicorum philosophiam Cato præcipuè sequebatur, puer nactus huius sectæ præceptorem. 3 *Consul ridiculus.*

Quum in Senatu de Catilinæ coniuratione tractaretur, redditæ sunt Cæsari literæ. Id vbi sensit Cato, suspicans à coniuratis uenire, clamare cœpit, vt palàm recitarentur. Id ne fieret, Cæsar Catoni literas tradidit. Erant aũt ab Seruilia Catonis sorore, amatoriæ, parumque pudicæ. Eas vbi legit Cato, reiecit in Cæsarem dicens, Accipe ebrie. Nec aliud loquutus redijt ad sermonem intermissum. 4 *Lenitor.*

Hortensius à Catone petijt, vt Portiam filiam suam Bibulo nuptã sibi traderet in ma- 5

Prolis amor.

trimonium, pollicens se marito redditurum simul atque ex ea prolem suscepisset. Id quum multis rationibus illi persuasisset, Cato respondit, se quod ad ipsum attineret libenter gratificaturum amico, verum hoc non audere à Bibulo petere. Tum Hortensius, nudans animũ suum, petiit Martiam ipsius Catonis vxorem. Iam enim sibi Cato ademerat mariti prætextum. Assensus est Cato, vt fieret, volente patre coniugis. Ipsoque Catone præsente facta sunt sponsalia.

Auctoritas

6 In forum veniens cum Thermo conspicatus Castoris templum armatis occupatũ, omnesque fori aditus à gladiatoribus obsideri, ipsumque Metellum vnà cum Cæsare: O timidũ inquit, hominem, qui aduersus vnum tãtam armauit multitudinem.

Fallio vitata.

7 Pompeius quò suam factionem redderet firmiorem, per Munatium petiit, vt Cato neptiũ duarum alteram sibi, alteram filio suo daret: Cato iussit reuertsum Munatium Pompeio renunciare, se quidem per mulieres capi nõ posse, beneuolentiam tamen illius sibi gratam esse: amicitiam etiam, quæ quanis affinitate firmior esset, polliceri, si quæ reipubl conducerent, sequeretur. Cæterùm aduersus rempubl. nunquam daturum obsides: Neptes in matrimonium datas, obsidum nomine signans. Sunt qui narrent non neptes, sed filias in matrimonium à Pompeio petitas.

Nimia familiaritas

8 Munatio quærenti, quòd in Cypro Catonem adire cupiens parum ciuiliter repulsus esset, quum nihil esset negocii, sed intus cum Canidio fabularetur, sic se purgauit, vt diceret se vereri, ne iuxta Theophrasti sententiam nimia amicitia causam aliquando daret odio.

Laudatus

Laudatus à senatu, quòd populi tumultum oratione sua prorsus sedasset. *At ego, inquit, vos P.C. nequaquam laudo, qui me prætorem in tanto periculo deseruistis.* 9 *Liberè.*

Cato ipso die comitiorum quendam è spõsoribus damnauit, ac pecuniam illi traditam in alium transtulit. At populus admiratus Catonis iustitiam, damnato pœna remisit dicens satis dedisse pœnarum, quòd à Catone damnatus esset. 10 *Graue dã nari à prãbis.*

Multis P. Sulpitij ingratitudinem incusantibus, quòd Catoni de se optimè merito oppositus esset competitorem, Cato sic excusauit, dicens minime mirandum, si quod quis maximum bonum duceret, id alteri nollet concedere. 11 *Ciuiliter.*

Quum Cæsar Ariminum occupasset, & ad Pompeium summa rerum in vrbe translata esset, Cato dixit: Si mihi ista prædicenti credidissetis P. C. nec vnum nunc timeremus, nec ab vno spes nostræ penderent. 12 *Prouidentia.*

Quum Pompeium res infeliciter cederent, & ad Cæsarem inclinaret victoria, Cato dicebat in rebus diuinis multum esse caliginis, quòd Pompeio præter ius agenti fuissent omnia prospera, causam reipublicæ tuenti nihil succederet. 13 *Dei cõsilia arcana.*

Quum deploratis rebus amici hortarentur Catonem, vt ad Cæsaris clementiam confugeret, respondit victorum esse, & eorum qui deliquissent supplicare, Catonem, nec victum nec captum esse, qui se per omnem vitam inuictum præstitisset, ac Cæsarem honestate, iustitiaque longè superasset: Cæsarem potius victum captumque esse, qui bellum, quod diu negasset se moliri aduersus patriam, nunc id egisse conuin- 14 *Animosè.*

ctus esset. Proinde pro se Cæsarem orarent, qui vellent: pro Catone neminem orare debere.

15 *Ambitio.* Quum M. Octauius duas habens legiones haud procul ab Vtica, à Catone postularet, vt inter ipsos de imperio statueretur, Cato legatis nihil respondit: verum ad amicos conuersus: Quis iam miretur, inquit, rem malè gestá esse, quum in ipsa morte in nostris vidcatis dominandi cupiditatem: Significans ambitione ducum bellum infeliciter cessisse.

16 *Liberè.* Quum in Senatu pro victoria, quam Cæsar ex Vlipetis Tenecteriſque Germanis retulerat, de supplicatione decernenda ageretur, sententiam dixit, Cæsarem hostibus esse dedendum, quò Romana ciuitas à perfidia expiaretur, deinde execrationes in autorem verterent.

17 *Prudenter* Rursus quum in senatu Pompeio, cui parum alioqui fauebat, decerneret imperium, dixit talium virorum esse ingentia reipub. inferre mala, eademque depellere, tempori consilium accommodans.

SCIPIO MINOR.

1 *Frugalitas.* Scipionem minorem narrant annis quinquaginta quatuor quibus vixit, nihil emisse, nihil vendidisse, nihil ædificasse. Liberas autem argenti triginta treis, auri duas in ampla domo reliquisse, idque quum potitus esset Carthagine, militesque ditasset, plus cæteris ducibus omnibus.

2 *Amici.* Polybii sequens præcepta, dabat operam, ne quando è foro rediret domum, priusquàm sibi quocunque modo quempiam eorum in quos incidisset, familiarem, & amicum reddidisset: Sentiens nullam esse homini possessionem meliorem.

Iuuenis

Iuuenis etiamnum tantam habebat opinionem fortitudinis & prudentiæ, vt Cato senior interrogatus de his, qui apud Carthaginem militarent, in quibus erat & Scipio, Homerico versu responderit, Ille sapit solus volitant alij velut vmbræ. 3 *Catonis testimonium*

Quum Romam venisset, reuocatus est ab exercitu, non vt ipsi gratificarentur, sed quòd per illum citò Carthaginem se capturos esse crederent. 4 *Vtilitas*

Posteaquàm sese intra muros vrbis receperat, Carthaginiensibus ex arce sese defendentibus, ac Polybius suaderet, vt in mari, quod interiacebat, non valde profundum, muricem spargere ferreos, aut tabulas aculeatas iniiceret, ne transmisso mari hostes pro aggeribus pugnarent: aiebat esse ridiculum, quum mœnia tenerent, & intra vrbem essent, dare operam, ne cum hostibus confligerent. 5 *Fortiter.*

Vbi ciuitatem comperit statuis deorum Græcanicis, ac monumentis è Sicilia deporta tis differtam, per preconem edixit, vt qui illarum essent vrbium, agnoscerent illa, ac referrent domum. De pecuniis verò nec seruum nec libertum passus est quicquam capere, ac ne emere quidem, quum alioqui quilibet passim ferrent, agerentque. 6 *Honos artis habitus.*

C. Lælio quem inter amicos maxime charum habebat, consulatum ambienti quum faueret, percontatus est Pompeium, an & ipse consulatum peteret: Credebatur autem is Pompeius ubicinis esse filius: quum Pompeius negasset se petere, quin etiam polliceretur se Lælium ambientem deducturum simul cum illo ambiturum suffragia: dum credunt promittenti, & hunc expectant, decepti sunt. Renuntiatum est enim ipsum in foro circum- 7 *Facetè.*

ire

re candidatum, ac ciuium prehensare dextras. Ob id cæteris indignantibus, Scipio ridens: Ne inquit, nos egregiè stulti sumus, qui perinde quasi deos precaturi simus non homines, iam dudum tempus terimus, tibicinem expectantes. Solet enim in sacris tibicen dare signum comprecandi Deum, quasi iam adesset.

8 *Nobilitas vera.* Ap. Claudio qui Scipioni in ambienda censura competitor erat, iactante se, quòd ipse citra nomenclatorem ciues omnes nominatim salutaret, quum Scipio prope modũ nosset neminem: Vera narras, inquit Scipio: nam mihi studio fuit, non vt noslem multos, sed ne cuiquam essem ignotus. Nomenclatorum laus est, quàm plurimos nosse: at egregij ducis est ob egregia in rempubl. merita, nulli ciuiũ ignotum esse: iussitque ciues quum bellum esset cum Celtiberis, à quibus ambo fuerant in bellum missi, vel legatos, vel tribunos militũ testes ac iudices vtriusque virtutis statuerent, qui ei bello interfuissent.

9 *Gloria.* Censor creatus adolescenti cuidam equum ademit, quòd eo tempore quo Carthago oppugnabatur, splendidè cœnatus libum in vrbis similitudinem figuratum, cui Carthaginis nomen indiderat, conuiuis diripiendũ proposuisset. Iuuene verò causam scisscitante, cur equo priuatus esset: Quoniam, inquit Scipio, me prior Carthaginem diripuisti.

10 *Iudex non accusat.* C. Licinium prætereuntem quum vidisset: Hunc, inquit, vitum scio peierasse: verum quoniam nullus illum defert, non possum simul & accusator esse, & iudex. Sit hoc in censore moderationis, & iustitiæ exemplum.

11 Quum iã tertiũ à senatu fuisset emissus, quo

quo, vt tradit Clitomachus, Vrbes atque homines cernat bene legibus actas, Vtque gentium, ciuitatum, ac regum inspector esset, posteaquàm peruenit Alexandriam, nauique egressus, capite pallio tectus incederet, Alexandrini, vndiq; accurrentes flagitabant, vt caput nudaret faciemq; id desiderantib. ostenderet. Quum se nudasset, clamore & plausu testati sunt gaudium suum: quumq; rex Alexandriæ vix interim ob delicias ac mollicie corporis æquaret Romanos incedentes, Scipio voce submissa Panætio insusurrauit in aurẽ: Iam, inquit, Alexandrini nonnihil ex nostra peregrinatione fructus ceperunt, quibus per nos contigit videre regem ambulatiem. Nam Athenæus ex autoritate Posidonii scribit Ptolemæum, perquàm obeso corpore: nunquàm antea pedibus ambulasse. *Rex segnis*

Erat illi peregrinationis comes vnus amicus Panætius Philosophus, famuli quinque, quorum vno peregre defuncto, quoniam alium nolebat emere, è Roma accersijt, qui defuncti locum impleret. 12 *Frugalitas.*

Quum Numantini viderentur inexpugnabiles, vt qui multos Romanorum duces superassent, populus Scipionem iterum consulem fecit, ad suscipiendum hoc bellum. Cæterùm quum multi gestirent exire in militiam, idq; senatus fieri vetuisset, quasi Italia futura esset deserta, ac ne pecunias quidem ex ærario sumere passus est, sed vectigales prouentus. quorum tempus nondum excesserat, assignauit. At Scipio pecunijs quidem sese negauit egere: suas enim & amicorum satis futuras. De militibus negatis questus est, bellum n. esse difficile: Quòd si priores, inquit, ob hostiũ fortitudinẽ toties victi fuerũt, difficile bellũ 13 *Pecunia cõtempta.*

est,

est, quia cum talibus pugnandum erit: sin ob ciuium nostrorum ignauiam, æque difficile est, quia talium opera in bello sumus vsuri.

Posteaquàm venit in castra, multamque il-
14 lic licentiam, lasciuiem, superstitionem ac luxum offendisset, diuinos ac sacrificos cum le-
Disciplina militaris. nonibus protinus eiecit. Quin & vasa omnia iussit amoliri, excepta olla, veru, & poculo fictili. Ex argenteis, poculum librarum non amplius duarum permisit, si quis habere vellet: balneis vti vetuit. Qui vngerentur, iussit vt ipsi
15 sese fricarent. Iumentis enim, quia manibus carent, opus esse alio, à quo fricentur. Edixit, vt milites stantes pranderent opsonium non igni coctum, cœnarent autem discumbentes, panem, aut pultem solam, & carneis assas siue elixas. Ipse verò sago circumtectus obambulabat per exercitum, dicens se lugere exercitus dedecora.

15 Quum Memmij cuiusdam tribuni militum iumenta intercepissent, vasculis lapideis
Luxus damnatus. refrigerando vino paratis, ac poculis Thericleis, hoc est, operosè factis onusta: Mihi quidem, inquit, ac patriæ dies triginta, tibi ipsi verò per omnem vitam, quum talis sis, teipsum inutilem reddidisti: significans bellum, quod pro patria gerebatur, mensem fortasse duraturum. Parum autem esse, quòd tum militem præstaret inutilem, sed multò grauius, quod si pergeret esse talibus moribus, perpetuò ciuis inutilis esset futurus.

16 Alteri cuidam scutum pulchrè ornatum
Spes in clypeo. ostentanti: Scutum quidem, inquit, ò iuuenis bellum est, at decet virum Romanum in dextra potius, quàm læua spem collocare. Clypeus enim sinistra geritur, gladius dextra.

Cui-

Cuidam vallum gestanti, qui se dicebat 17
onere vehementer premi, Nihil mirum, in *Vallis fidu*
quit, quando isti ligno magis, quàm gladio fi *cia.*
dis; significans ideo vallum plus habere ponderis, quia plus apud illum valeret. Quòd si gladiis fiderent milites, nihil esset opus vallis.

Quum videret hostes despondere animum 18
aiebat sese, vt tutò veniret, mora temporis *Vincere si-*
emisse, addens bonum ducem perinde vt *ne cade.*
medicum, non nisi in extrema curatione ferrum adhibere. Nihilominus per occasionem adortus Numantinos, terga illos dare compulit.

Quum seniores Numantini victis suis igna 19
uiam exprobrarent, qui nunc eos fugissent, *Dux om-*
quos toties in fugam verterant, Numantinus *nia facit.*
quidam respondisse fertur, Nunc quidem oues eædem sunt, sed alius pastor: Significans Scipionem ducem esse causam mutatæ fortunæ bellicæ, licet ijdem essent milites.

Numantia capta, quum iterum triumphas- 20
set Scipio, incidit illi controuersia cum Caio *Liberè.*
Graccho, tum pro Senatu, tum pro belli sociis. Id molestè ferens populus, tumultuabatur: Scipio verò consenso suggesto: Me, inquit, nec castrorum vociferatio vnquam terruit, nec tumultus hominum terrebit. quibus Italiam scio non matrem esse, sed nouercam: Significans eos, qui publicis patriæ commodis obstreperent, non esse vere Italos, sed alienigenas. Valerius refert illum dixisse, nunquã eos metuam solutos, quos huc alligatos adduxi: Denotans eos adductos fuisse captiuos, qui in victorem ferocirent.

Ijs verò, qui Graccho aderant vociferan- 21
tibus occidendum esse tyrannum? Meritò, inquit,

inquit Scipio, qui patriam oppugnant, me prius volunt è medio sublatum. Neque enim Romam posse cadere stante Scipione, neque Scipionem viuere, collapsa Roma. In hoc catalogo multa admixta sunt, quæ non sunt apopthegmata.

22 Scipio Africanus consulatum appetebat, *Moderatè.* verùm vbi sensit Pompeium amicum alijs fauere candidatis, ipse à petitione destitit. dicens eum consulatum sibi non tam gloriæ futurum, si adipisceretur, quàm molestum & inauspicatum, si refragante Pompeio consequeretur. Maluit consulatum cedere, quàm amicum perdere.

23 Quum in Africa Pompeij partes sequutus res parum prospere gessisset, & Hispaniam petens intellexisset nauim, qua vehebatur, ab hostibus captam, gladio præcordia sua transuerberauit. Deinde Cæsarianis militibus quærentibus, vbi est Imperator, Imperator inquit, bene habet. Suprema vox morientis declarauit animum meliore fortuna dignum.

CÆCILIVS METELLVS.

Cæcilius Metellus, quum loco munito cogi-
1 taret admouere exercitum, ac centurio dixisset ipsi, Si decem modò hominum iacturam *Argutè.* facere velis, capies locum: interrogauit eum, num ipse de numero decem vnus esse vellet. Hoc & alteri tribuitur.

2 Tribuno militum cuidam è iunioribus, per- *Silentium* contanti Metellum, quid esset facturus. Si eius *ducis.* rei, inquit, scirem mihi tunicam esse conscia, exutam in ignem coniecissem.

3 Quum Scipioni viuenti fuisset inimicus, *Sicul.* mortem tamen illius grauiter tulit, iussitque filios vt subeuntes pheretrum, funus Scipionis

nis efferrent, addens se Romanæ ciuitatis nomine gratiam habere dijs, quòd Scipio apud alios non esset natus: Sentiens Romam non futuram fuisse incolumem, si talem ducem habuisset hostes. Simultatem oportet mortè finiri, amicitiam non item. *tas à rogo deponēda.*

C. MARIVS.

C. Marius obscuro genere natus, faci norum 4
militarium commendatione ad rempublic. *Improba* accessit. Ac primùm maiorem petijt ædili- *cura.* tatem. vbi sensit ea spe frustari sese, eodem die minorem ambijt & hac frustratus, haud tamen desperauit, se Romæ ciuitatis primatem fore: docens quantum in rebus humanis valeat improbitas.

Quum in vtroque crure varices haberet, 5
nullis vinculis alligatus, præbuit sese medico *Curatio* secandum, ac nec suspirio emisso, nec adduc- *m rbo gra* tis supercilijs, chirurgi curationem pertulit. *uior.* Cæterùm quum medicus ad alterum crux trã ferret secandum vetuit, dicens, curationem nõ esse tanto dignam cruciatu.

Lusius Mario ex sorore nepos, quum Ma- 6
rius iterum consul esset, vim admouit militi *Seuerè &* cuidam adolescenti, nomine Trebonio. At is *pudicè.* Lusium interfecit. Id factum multis neutiquam tribus, non inficiatus est adolescens se ducem suum interfecisse, sed causam addidit, ac probauit. Marius itaque quum iussisset adferri coronam, pro facinore in bello præclarè gesto dari solitam, Trebonio imposuit, graui exemplo monens cæteros, ne simili modo temerarent adolescentium pudicitiam, quando non solum absolui, verumetiam coronari eum, qui & Imperatoris cognatum, & ducem suum ferro necasset.

Quum

Sitis.

7 Quum castrametatus esset aduersus Teutonas, in loco, qui minimum habebat aquæ, militibus dicentibus se sitire, ostendit illis flumen proxime hostium vallum labens: Illinc, inquit, vobis potus sanguine venalis est. At illi iuserunt, vt se quò vellet, educeret, donec liquidum haberent sanguinem, nec totus adhuc præ siti distinguisset.

Asmanon audiunt leges.

8 Mille Camerinos qui se in bello aduersus Cimbros, strenuos viros præstitissent, honore Romanis æquauit, idque præter omne ius. Ad eos verò, qui factum hoc reprehendebant, respondit se ob armorum strepitum legum vocem exaudire non potuisse.

Retorsum.

9 In bello ciuili quum fossa cinctus obsideretur ab hostibus, continuit sese, tempus expectans opportunum. Popedio autem Siloni dicenti, Si magnus es Imperator ò Mari, descende in conflictum: Imò tu, inquit, si magnus es Imperator, coge me nolentem ad certamen venire.

C. POPILIVS.

Animatè.

10 C. Popilius missus erat ad Antiochum regem, epistolam ferens à Senatu, qua iubebatur exercitum ex Ægypto abducere, nec Ptolemæi filios orphanos regno spoliare. Quum verò rex illum per medium exercitum ad se accedentem procul humaniter salutasset, nō resalutato rege litteras reddidit: quibus lectis quum Antiochus diceret se consultaturum, daturūque responsum, Popilius virga, quam tenebat ducta linea cinxit Regem, dicēs: Hic igit stans consulta, & responde. Omnib. viri spiritū admirantibus, postea quàm Antiochus spopondisset se facturum, quæ Romanis viderentur, ita demū salutauit illū & amplexus est Popilius

LV-

LVCVLLVS.

Lucullus quum in Armenia cum decem milibus armatorum, & mille equitibus aduersus Tigranem tenderet, centum quinquaginta hominum milia habentem in exercitu, pridie Nonas Octobr. quo die prius Scipionis copiæ deletæ fuerant, quodam admonente, q. Romani diem illum, vt nefastum, & inauspicatum metuerent: Ergo, inquit, hodie alacriter pugnemus, vt hunc quoque diem ex nefasto funestoque, Romanis hilarem & auspicatum reddamus. 11 *Superstitionis contemptus.*

At quum Romani cataphractos præcipuè formidarent, bono animo illos esse iussit, plus enim negotij futurum in spoliandis illis q̄ in vincendis: Significans plenam armaturā nihil profuturam hosti in pugna, quum esset ignauus, sed victori profuturam ad prædam. Quumq; primus in collem ascendisset, speculatus hostium tumultus exclamauit, Vicimus commilitones, simulq; impetu facto in hostes, quum nemo irruentis impetum sustineret, quinque tantum Romanos qui cecidérant, amisit, hostium verò centum milia trucidauit. 12 *Fortiter.*

Lucullus Imperator ad direptionem incitā tibus, dixit se malle vnum militē Romanū ex hostiū manibus eripere, q̄ vniuersas hostiū fortunas sibi vindicare. 13 *Cura militis.*

Archelao qui iterum à Mithridate defecerat, assueranti, si in Ponto Lucullus conspiceretur, fore vt omnia subderentur Imperio Romano: respondit Lucullus, Non cedo Archelae venatoribus audacia, vt relictis feris ad vacua illorum lustra progrediar. Iam enim Mithridates Pontum relinquetat. 14 *Animatè.*

15 *Hostiu pudendus.* Romani quum in pugna cum Tigrane, hostium peditum centum millia trucidassent, paucis equitum fuga seruatis, quum ex ipsis non amplius centum essent vulnerati, inter se cti quinque, dicebant sese erubescere, quòd in tam vilia mancipia strinxissent ferrum.

16 *Splendidè.* Quum œconomus Lucul o cœnam modestam apparasset, accersitum obiurgauit: illo dicente, non putabam sumptuoso apparatu opus esse, quũ solus esses cœnaturus, Quid ais, inquit Lucullus, an ignorabas apud Lucullum hodie cœnaturum Lucullum?

17 *Splendidè.* Quum Græcos quosdam per dies aliquot magnificè tractasset, atque illi dicerent, se mirari, q̃ tantum impendiorum sua causa faceret, Nonnihil, ò hospites, vestra causa sed maxima pars Luculli gratia.

SYLLA.

18 *Felicitas.* Sylla cognomento Felix, inter felicitates suas, duas præcipuas dicebat, alterum quòd Pium Metellum haberet amicum, alterum q̃ vibem Athenarum non subuertisset.

19 *Ostentum commode interpretatum.* Quum Sylla defectus necessariis cogeretur etiam dijs dicata tangere, Caphim amicum Delphos misérat, vt pecunias ac donaria ad se perferret. Quibusdam verò dicentibus intra templum auditum citharæ sonitum, qđ ostentum interpretabantur, quasi Apollo citharœdus indignaretur, Caphis audita perscripsit Syllæ: cui facetè rescripsit Sylla, Quintu Caphi potius interpretaris istud esse signũ gaudentis & exultantis dei, q̃ indignantis? perinde vt deo hilaritet tribuente, tu quoque bono animo pecunias accipe.

20 *Fiducia sui.* Quum ad sociale bellum magnis cum copiis missus esset circa Limernam, è vasto terræ hiatu magnus ignis emicuit, cuius flãma

ma ad cœlum pueniens cõstitit. Id vates interpretati sunt, q̃ vir bonus, aspectu eximius, & admirandus, principatum adeptus præsentibus turbis ciuitatem liberaturus esset. Hoc audito Sylla: Ille, inquit, ego sum. Nam illi erat peculiare comam habere auream, igniq; concoloré: nec se ait suæ virtutis pudere, qui res tam multas tamq; præclaras gessisset.

Quum milites in bello sociali Albinum vi 25 *Scelera fis vii.*
rum prætorium fustibus mactassent, Sylla tã atrox facinus impunitum reliquet, dicens, se illis posthac promptioribus vsum in præliis, dum peccatum fortiter gerendo rem studebunt pensare.

Quum Athenienses ad Syllam duos tresve 22 *Militari ter.*
mississent de pace tractaturos, atque illi nihil adferrent, quod ad incolumitatem ciuitatis faceret: sed Theseũ, Eumolpum, & res aduersus Medos gestas verbis inanibus iactarent: Abite, inquit, ò beati, istasq; oratiões vobiscũ referte: non enim discendi cupidus huc missus sum à Populo Romano, sed vt rebelles subuertam.

Apud Orchomenum quũ milites longius 23 *Animosè.*
euagarentur, ordinibusq; perturbati fugã caperent. Sylla ex equo desiliens, arrepto vexillo in hostem conuolat, ita vociferans, Mihi quidem, ò Romani milites, hic pulchrum est mori: vos interrogati quo loco ducem vestrum amiseritis, memineritis dicere apud Orchomenum. Hac voce suos reuocauit.

Quum Mithridates Syllæ processisset ob- 24 *Victor fo ros.*
uiam, dextramq; porrexisset, Sylla non resalutauit, sed percontatus est, num à bello desisteret his conditionibus, quas cum Archelao pactus esset. Obticescente Mithridate: Quibus pace opus est, inquit Sylla, eos priores loqui

cõuenit. Victori silere satis est. Rursus quũ Mithridates varijs coloribus excusaret, quæ gesta fuerãt: Olim, inquit, audiui, nunc experior te singulari eloquentia præditũ, qui tam nefariis factis colorem inuenire potueris.

25 Lucius Sylla cognomento Felix, quũ cogitaret de occidendo C. Cæsare, amicis ne id faceret dehortantibus: indignũ. n. esse talem necare puerũ: Desipitis, inquit, si in hoc puero non videtis multos inesse Marios. Deprehẽdit in eo excelsam indolẽ nullis honoribus satiandã, vt qui vixdũ pubescens sacerdotium ambierit. Idem populum Roman. subinde monere solet, cauerent puerum malè præcinctum. *Prouidentia.*

M. ANTONIVS.

1 M. Antonius filium habebat ex Fuluia. Is puer Philotæ dederat ingentẽ vasorum vim: quæ quũ ille recusaret accipere, metuens ne pater tantam filij liberalitatem nõ probaret: Quid times, inquit, puer, accipere? An nescis eum qui dat, filium esse Antonij? *Filius patri similis.*

2 Ipse Antonius quum esset prodigiosè profusus, dicere solet, Amplitudinem imperij Romani nõ p ea q̃ acciperet, sed p ea quæ daret illustrari. Ea vox excelsi animi videri poterat, nisi ab Antonio fuisset profecta. *Liberalitas.*

3 Geminius in Græciam profectus ad Antonium, qm̃ suspectus erat Cleopatræ, q̃ eò venisset Octauiæ causam acturus, diu repulsus ac varijs modis delusus, tandem in conuiuio iussus causam aduentus dicere, ita respondit: Cætera inquit, Antoni sobriæ sunt orationis nec huius temporis, verùm illud vnũ & sobrius & ebrius scio, bene successura omnia, si Cleopatra remittatur in Ægyptum. Moxq́ue Romam se recepit, metuens sibi ab Antonio. Nam Cleopatra in conuiuio gratias *Libere.*

gratias egit, q̃ ré aperte dixisset, nulla vsus cirmitione. At sic agere gratias erat minari malũ. Sciebat Geminus q̃ eẽt illis inuisa veritas.

Quum Antonius appararet classe cum Cæsare cõfligere, quidã tribunus militũ vir fortis & armis exercitatus, Antonio p̃tereũti corpus suũ multis cicatricibus insignitum ostendit, dicens, O Imperator, quur his vulneribus aut huic gladio parum fidis, in lignis fragilibus spẽ reponis? Sine Phœnices & Ægyptij classe pugnẽt, nobis Romanis terrã da in qua cõsueuim⁹ vel hostẽ vincere, vel morẽ oppetere. 4 *In terrestri prælio apparet virtus.*

Cleopatra metuens Antonij ſquitiã confugit in monumentum demissis cataractis, misitq́; qui dicerent illã spontanea morte perisse. Id credens Antonius, & ipse sibi parans adferre vim, dixit, ò Cleopatra nõ doleo q̃ te cara eam, nam mox vnà futuri sumus: sed q̃ ego tantus imperator fortitudine victus sum à fœmina. Victum se putabat, q̃ illa prior spontaneæ mortis gloriam occupasset. 5 *Mors spõtanea.*

Quum Augustus eam inuiseret, exigeretq́; ab illa rationes, Seleucus vnus è procuratoribus ipsius iudicauit aliquid esse subtractum ab ipsa: Illa in procuratorem insilijt, & arrepto hominis crine crebris ictibus pulsauit os. Hęc quum Augustus ridens conatus esset inhibere: illa, An nõ, inquit, permolestũ est ò Cæsar, quũ tu me digneris inuisere, seruos meos heram incusare, q̃ nonnihil muliebriũ ornamentorum subtraxerim, non ea quidem mihi, sed vt Octauiæ, & Liuiæ munuscula dem. Hoc commento persuasit Cęsari se de vita cogitare, quum mori decreuisset. 6 *Callide.*

CASSIVS.

Cassius etiamnũ puer, Faustũ Syllæ filium inter ęquales de patris monarchia gloriantẽ 1

Indoles in puero mira.

non tulit, sed colaphos impegit. Eius rei cognitionem quum Pompeius ad se recepisset, accitis ambobus pueris, Cassius ausus est dicere, Eia Fauste, aude rursus coru hoc ea verba proferre, quibus irritatus in te fui, vt iterum tibi percellam os. Ineiat Cassio natiuu quoddam odium tyrannidis, vt iam tum appareret illi non defuturum animum ad interficiendum Cæsarem.

Tyrannidis osor.

2 Idem quum Rhodum insulam vi cepisset, & in igressu salutaretur rex atque dominus: Nec rex sum, iquit, nec dominus, sed regis ac domini interfector.

C. CRASSVS.

Seruorum cura.

1 M. Crassus ille diues, magnam seruorum turbam domi alebat, quorum præcipuam agebat curam, discentibus astans, interdum & ipse docens eos, dicens hanc oportere præcipuã esse patris familiãs solicitudinem, & sint rei familiaris animata instrumenta. Idem sensit Aristoteles.

Diuitiæ immodicæ.

2 Hæc vox probata est, sed illa damnata, & negabat quenquam pro diuite habendũ, qui non posset ptiuatis facultatibus exercitum alere.

Inuidia elenat.

3 Ægrè ferens Pompeio Magni cognomẽ delatum, decretumq; triumphm Romano cuipiam dicenti, Iam aderit Pompeius Magnus: Quantus tandẽ, inquit? Sentiens illum corpore cætaris parem, animo nihilò maiorem.

Reconciliatio.

4 Quum Pompeius, & Crassus in consulatu collegæ decessuri essent magistratu, Gneus Aurelius quidam subitò in forum procurrens clamauit, sibi visum in somnis Ioue iussisse, ne prius se magistratu abdicarent, quàm in gratiam redissent. Idem flagitante Populo Pompeius nihil motus est; At Crassus surgens vltro

vltro collegæ dextram porrexit, dicens Nihil, ò Quirites, me indignũ facturus mihi videor, si prior cum Pompeio in gratiam rediero, quem vos etiamnum impuberem Magnum cognominastis, cuique prius triumphum decreuistis, quàm in senatum allectus esset.

Senex adscendere videtur.

In Parthos proficiscens quum Deiotarum extremiæ iam senectutis, nouam vrbem condere videret: Quid est, inquit, ò rex hoc rei, & quum hora diei iam adsit duodecima, nouam vrbem extruere institueris? Ad hæc arridens Deiotarus, Imò quid tibi in mentem venit Imperator, vt quum haudquaquam sis, vt videtur, matutinus, tamẽ in Parthos cum exercitu properes? Nam id temporis Crassus sexagesimum agebat annum. Hora quę nobis duodecima est in meridie, olim erat extrema diei.

Militaria.

Quum Parthi per legatos denunciassent, vt suæ ætati consulens à bello abstineret, insolenter respondit, In Seleucia istis mandatis responsum dabimus. Hic Agisis legatorum vnus sublata manu mediam palmam ostendens: Prius, inquit, in hac manu nascentur setæ, quàm tibi Seleuciam conspiciendi sit futura potestas.

Senex bellator.

Conflicturo cum Parthis exta è manibus deciderunt: hoc cæteris, vt inauspicatum ostẽtum interpretantibus ac prælium dissuadentibus: Huiusmodi, inquit, incommoda multa nobis senectus adfert. At arma mihi nunquam è manibus ceciderunt.

Fortiter.

Quum Publius Crassi filius fortissimè in bello & pugnasset, & cecidisset, hostes caput iuuenis hastæ impositum gestantes proximè ad Romanos accedebant, insultantes, rogan-

tesq; quo genere iuuenis ille fuisset ortus: neque enim fieri posse, vt ex patre tam ignauo, & imbelli talis filius nasci posset. Hoc tam tristi spectaculo nihil commotus Crassus, p omnes ordines concionatus est clamans, Meus hic priuatus dolor est Romani mea hæc calamitas, meus hic peculiaris luctus, cæterum publica ciuitatis salus & gloria, in vestra incolumitate vestraq; virtute sita est.

9 Marcello ac Domitio Pompeiũ in senatu rogã- *Ingenue.*
tibus, nũ proximis comitijs petiturus esset cõsulatum: Fortè, inquit, petam, fortè non petã. Rursus idem percontantibus: A bonis, inquit, ciuibus petam, à malis nequaquam. Quũ hæc respõsa, vt ambigua ac superba multos offenderent, Crassus idem percontantibus respondit, Si è repul. fore iudicauero, petam: sin minus, à petendo abstinebo.

SERTORIVS.

10 Sertorius quum Pompeij milites variè di- *Vetulus dux.*
spulsos superasset, multis occisis, audissetque aduentare Metellum cum aliis copiis, diremit prælium, reuocatisque suis dixit, Ego puerum hunc, nisi superuenisset anus illa, verberibus castigatum domum remisissem: Pompeium pueri nomine signans, Metellum vetulũ anus.

11 Idem sæpe victor ad Pompeium Metellumq; *Patria dulcis.*
misit, offerens se paratum redire in vrbem, si sibi permitteretur: dixitque malle se Romæ ignobilissimum ciuem, quàm exulem omnium aliarum ciuitatum Imperatorem nominari.

12 Admonere solet suos, ne quid in conuiuio *Conuiuia pudica.*
præter decorum vel fieret, vel diceretur, præsertim à iurgiis, & obscœnitate temperare: Nec ipse quicquã tale sustinebat vel audire, vel videre.

M. BRV-

M. BRVTVS.

M. Brutus rebus in summam desperationẽ 1
adductis, quum è ducibus, atque amicis pau- *Vltio deo-*
cos apud se haberet, sublatis oculis in cœlum *rum.*
stellis plenum, dixit hunc versiculum Græcũ è tragœdia quapiam:

Ζεῦ μὴ λάθοι σε, πῶν δ' ὃς κίτιος κακῶν. 1.
Ne te latuerit ò supreme Iuppiter,
Horum malorum quisquis autor extitit.

Velut imprecans Cæsar vindictam à diis- 2
Voluminius narrat illum & alterum dixisse *Mors desi-*
carmen, sed negat se meminisse. *nata.*

Quodam ex his qui aderant præcipuo, monente vt illinc fugeret Brutus: Prorsus, inqt, fugiendum, sed manibus, non pedibus: Significans morte spontanea vitandam Cæsarianorum tyrannidem.

Quum inter coniuratos deliberaretur, an 3
vnà cum Cæsare occidendus esset Antonius, *Clementer.*
Brutus dissuasit, dicens hoc negotium quod pro legibus ac iure susciperetur, oportere omni carere iniuria. Noluit vir optimus cædem in plureis proferri. At hæc clementia malè cessit illis.

Vltimum prælium initurus, d ehortantibus 4
quibusdam ne se tanto discrimini cõmitte- *Aut viue-*
ret. Hodie, inquit, aut rectè erit, aut nihil cura *re aut mo-*
bo: Significans se aut victorem fore, aut non *ri.*
victurum. Mors autem adimit omnium malorum sensum.

Huius vxor Porcia Catonis filia, posteaquã 5
sensit conspiratum de Cæsare interficiendo *Fides vxo-*
ea nocte, quæ præcessit diem, in quo Cæsar oc- *ria.*
cisus est, egresso cubiculum Bruto, cultellum tonsorium velut vnguium resecandorum gratia poposcit, eoque quasi forte de

mani-

manibus elapso seipsam grauiter vulnerauit. Mox Brutus clamore ancillarum in cubiculum reuocatus, obiurgare eam cœpit, quòd consoris præripuisset officium. Hæc illa clàm marito: Non hoc, inquit, temerè feci: nam experiri volui, si quod constitutum est, parum cesserit ex sententia, quàm æquo animo me ferro sim peremptura.

6 *Pudor inutilis.*

Idem dixit sibi videri eum ætatis florem malè collocasse, qui nihil negaret. Inutilis est verecundia, quæ obstat, quo minus negemus obsequuium ad inhonesta vocanti.

*

APOPHTHEGMATVM VARIE MIXTORVM LIBER SEXTVS.

IN his, quæ sequuntur clarissime adolescens, miraberis quędam dicta, nec Scythis, nec Cyclopibus digna: sed memẽto tum, exceptis aliquot, non homines, sed mera portenta rerum summam tenuisse: siue quòd tales militum temeritas asciscret, siue quòd immodica potestas, nisi adsit animus Philosophiæ præsidiis diligenter præmunitus, tales reddat. Quanquam & ab illis prodigiosè malis quædam dicta, gestaque sunt non indigna imitatione. Postremò turpitudinis alienæ species velut in theatrum producta, deterret à vitiis, & ad virtutis studium extimulat ingenia non omnino deplorata. Hunc igitur postremum librum puta esse mensæ secundæ bellaria, in quibus quædam apponuntur, vt tollas: quædam vt gustes, nonnulla vt spectes tantum. Malo enim te suauiter affectum, quàm saturum, onustumque dimittere. Quòd si quædam apponentur leuia, ridiculaque mimorum, coquorum, equisonum, scurrarum, ac meretricum, decet omne conuiuiũ hilaritas, sed præcipuè mensas secundas. Quanquam & à leuissimis personis nonnunquam dicuntur, quæ nemo sapiens contemnat. Nec ignoras olim moriones, saltatriculas, & simios sub conuiuij

uiuij finem induci solere. Non laboro si adsit hilaritas, modo absit omnis obscœnitas. Fortassis existet, qui desideret ordinem: & hoc, & si quid aliud videbitur reprehensione dignum, excusabit secundarum mensatum, libertas.

TIBERIVS CÆSAR.

Tiberio Cęsari cuntanter & ægrè susciptę
1 delatũ imperiũ, quidã in os ausus est dicere,
Liberè. Cęteri quod pollicent, tardè pstant: tu qđ præstas, tardè polliceris: Notata est illius simulata cuntatio, detrectantis quod cupiebat.

2 Cuidã à quo fuerat dns appellatus, denun-
Modestè. ciauit, ne se amplius contumeliæ eã nominaret. Quanta modestia in tanto principe.

3 Idem dicentem sacras tuas occupationes,
Modestè. interpellauit, iussitq; nõ sacras dicere, sed laboriosas. Rursum alterum dicentem, se ipso autore adisse Senatum, correxit, autore, mutans in suasorem.

4 Quũ iocis, conuitiis, famosis carminibus,
Leniter. ac rumoribus frequenter impeteret, amicis ad vltionẽ hortantibus respondit, in ciuitate libera, linguam, mentẽq; liberas esse debere.

5 Quin & senatu de huiusmodi criminibus
Leniter. ac reis flagitante: Non tantum, inquit, habemus otij, vt implicare nos pluribus negotiis debeamus. Si hanc feneſtram aperueritis, nihil aliud agi sinetis.

6 Diogenes Grãmaticus sabbatis Rhodi dispu-
Ciuilis vltio. tare solitus, Tiberium ad se venientem, vt ipsum extra ordinẽ audiret, non admisit, sed p seruulum suũ in septimum distulit diem. Is quum Romã venisset, & pro Cæsaris foribus adstaret, cupiens illum salutare, Tiberius iussit, vt post septimum annum rediret. Nec alia pœna tantam grãmatici superbiam vltus est.

Præ-

Præsidibus onerandas tributo prouincias 7
suadentibus, scripsit, Boni Pastoris esse tondere pecus, non deglubere: hoc est, lanam, non *Exactio moderata.*
pellem detrahere.

Quoniam tyro in castris auidius bibebat vi 8
num, militari ioco pro Tiberio Claudio, Ne-
rone dictus est, Biberius, Caldius, Mero. *locus ex depravatione*

Theodorus Gadareus Tiberij in rhethoricis 9
præceptor animaduertẽs in puero sanguinariũ *Crudelitas*
ingeniũ sub specie lenitatis latitans subinde *tecta.*
inter obiurgandũ appellauit illũ πηλὸν ἁίμα τι συμπεφυρμένον, i. lutũ sanguinem macerantum. Hic initio principatus miram lenitatem præ se tulit, sed progressu temporis ad immanem crudelitatem.

Quũ audisset quendã ex reis nomine Cer- 10
uilium, sibi mortem conscisse prius, q̃ esset dã- *Crudeliter*
natus, exclamauit: Caruilius me euasit. Adeò leue supplicium esse iudicabat mortem.

Quũ custodias recognoscentem quidam 11
rogaret, vt supplicij maturaret, respõdit, Nõ-
dum tecũ redij in gratiam. Humanitatis offi- *Crudeliter*
ciũ ducens, si damnatum cito occidisset.

Tiberius perspecto Caligulæ ingenio, fero, ma- 12
lefico, subinde prædicabat, se natricem reipu- *Indoles ma-*
blicæ & Phaetontem orbi terrarum educare. *lefica.*
Natrix serpentis genus est.

Tiberius Cæsar & illud dixisse fertur, eum 13
hominem sibi videri ridiculum, qui sexagesi- *Medicina.*
mum prætergressus annum manum porrigeret medico: Sentiens hominem tam grandẽ oportere iam scire, quo sibi mederi debeat, Porrigunt manum medico, qui consulunt illum, explorantem pulsus venarum.

C. CALIGVLA.

Cõmentarios ad matris, fratrumq; suorũ calumnias pertinentes, ne cui posthodum dela-

Surdus delatori. delatori, teſtive maneret vllus motus, conuectos in forum, & antè clarè teſtatus deos, neq; leg ſſe ſe, neq; attigiſſe quicquam, concremauit. Quin & libellum de ſua ſalute oblatum non recepit, contendens ſibi nihil admiſſum cur cuiquam inuiſus eſſet. Negauit ſe delatoribus aures habere. Hæc boni principis videri poterant, niſi fingerentur.

2 Quum audiret fortè reges, qui officij cauſa in *Tyrannica vox.* vrbem aduenerant, inter ſe ſuper cœnam de nobilitate generis concertantes, exclamauit Caligula, De cœlo venit nobis rex & adiecit carmen Homericum:

Εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. id eſt.
Vnus dominus ſit, vnus rex.

3 Nec multum abfuit, quin ſtatim diadema ſu- *Verſutia.* meret, ſpeciemq; principatus in regni formâ conuerteret.

Liuiam Auguſtam proauiam ſuã, appellare conſueuit Vlyſſem ſtolatum: vafriciem, ac fraudulentiam illius notans: hoc tantum intereſſe, q vt fœmina ſtolam geſtaret.

4 Quum deſtinaſſet interficere fratrẽ ſuum, *Crudeliter & impie.* eumq; ſuſpicaretur ſeſe medicamentis præmunire, ita locutus eſt, Antidotum aduerſus Cæſarem? Timebat ille venenum, quaſi Cæſar non poſſet alio quouis modo trucidare, quem vellet extinctum.

5 Vir quidam prætorius valetudinis cauſa ſe *Crudeliter.* ceſſerat in Anticyram petito à Cæſare commeatu. Is quum ſæpius peteret prorogari cõmeatum, mandauit interfici, & adiecit neceſſariam ſanguinis eſſe miſſionem, cui tamdiu non potuiſſet helleborum. Solent n. medici in morbis validioribus venarũ inciſione vti. Et in Anticyram nauigabant, quibus opus erat purgatione.

Illud

Illud e tragœdia ſubinde iactabat Oderint, dum metuant. Hanc ne quis miretur, eiuſdem vox fuit, Vtinam Populus Romanus vnicam ceruicem haberet. Hanc emiſit infenſus turbę fauenti Venetæ aurigarum factioni, quum ip ſe faueret Præſinæ. 6 *Hoſtis potius.*

Luxu prodigioſo vtens, vt calidis, frigidiſq; vnguentis lauaretur, precioſiſſimas margaritas aceto liquefactas ſorberet, conuiuiis ex auro panes & obſonia apponeret, nummos non mediocris ſummæ è faſtigio baſilicæ Iuliæ per aliquot dies ſpargeret in plebem, Liburnicas naues, gemmatis puppibus, verſicoloribus velis fabricaretur, ſubinde dicebat, aut frugi hominem eſſe oportere, aut Cæſarem. 7 *Profuſio.*

In auctione Apronius quidam vir prætorius dormitans capitis motu nutabat. Id animaduertens Caligula, præconem admonuit, ne illum ſibi nutantem præteriret: nec hoc monere deſiit, donec ignoranti tredecim gladiatores ſeſtertium nonagies addicerentur. 8 *Locus inſanus.*

CLAVDIVS CÆSAR.

Græculus quidam cãm agens apud Claudium Cæſarem, inter altercandum per calorem hanc vocem in illum emiſit, καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός, id eſt, & tu ſenex es & ſtultus. Vſque eo ſumma poteſtas ob ſtultitiam & paſſim & propalam euiluerat, vt hæc in os dixerit, non ſenator, ſed ignotus Græculus, & dixerit impune. 9 *Liberè.*

Quum Cenſor equites recognoſceret, & in his reperiſſet iuuenem probris coopertum, ſed quem pater probiſſimum affirmabat, ſine ignominia dimiſit. Id amicis mirantibus: Habet, inquit, Cenſorem ſuum. Autoritatem ſuam in parentem tranſtulit. 10 *Pater index.*

Alium

11 *Lenitas praua.* Alium corruptelis adulteriisque famosum nihil aliud quàm monuit, vt aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certè cautius: addiditque, Quare enim ego scio, quam habeas amicam? O censorem grauem.

12 *Peculatus dissimulatus.* Narcissum ab epistolis, & Pallãtem à rationibus sic adamauit, vt eos non solùm amplissimis præmiis, verum etiam quæstorijs prætorijsq; ornamentis decreto Senatus ornari libenter passus sit: ad hęc, tantum rapere & acquirere, vt illi queréti de fisci exiguitate quidam non absurdè dixerit, abundaturum fiscum, si à duobus libertis in consortium reciperetur.

13 *Infamia nõ deletur.* Quum cuidam notam appositam, deprecantibus familiaribus ademisset: Litura tñ, inquit, extat: Sentiens etiam remissa culpa, manere tamen infamiæ prioris vestigium, Alludẽs ad scripturam, quæ licet spongia deleatur, aut graphio radatur, relinquitur tamẽ lituræ rasuræq; vestigium.

14 *Ebrietas lo quax.* Hic temulentus aliquando dixit, sibi fatale esse, vt coniugum flagitia ferret, deinde puniret, Ea vox terrorem nõ mediocrem iniecit Agrippinæ.

SEXTVS NERO.

1 *Iocus ex nomine.* In Cn. Domitium Sexti Neronis atauum, cui cognomen fuit Ænobarbo, L. Crassus orator dicebat, non esse mirandum, quòd æneã haberet barbam, cui os ferreum, cor plumbeũ esset: Os ferreum obiiciens propter summam impudentiãm, cor plumbeum ob ingenii stuporem. Quidam illum pro Nerone Ænobarbum appellarunt, atque hoc erat vnum è duobus conuitiis, quæ indignissimè tulit. Alterum erat, quòd increpitus esset malus citharœdus.

Quum

Quum ex more cuiusdam capite damnati causæ subscripturus esset Sextus Nero: Vtinã, inquit, literas nescirem: Vox parsimoniam humani sanguinis promittens, si ex animo prodisset. 2 *Clemẽter.*

Puerum Sporum exectis testibus, in muliebrem naturam transfigurare conatus est. Addita dos, additum flammeum, addita celeberrima nuptiarum solemnitas. Quid multis? palàm pro vxore habuit. Hinc fertur cuiusdã non insciti iocus, Bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius Neronis pater talẽ habuisset vxorem: Sentiens exitio totius orbis natum Neronem. Is nunquam fuisset natus, si pater Spori simílem habuisset vice cõiugis. 3

Nunquam cuiquam officium delegauit, ni si hæc adiiceret, Scis quibus mihi est opus, & hoc agamus, ne quis quid habeat. Vox prædone quam principe dignior. 4 *Rapacitas*

Quodam in colloquio proferente Græcum versiculum. 5 *Crudeliter.*

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. id est,
Me mortuo, terra misceatur incendio.

Subiecit, imò ἐμοῦ καὶ ζῶντος, id est, me etiã viuo Quibus portentis aliquando committitur Respublica?

Quum nihil flagitiorum sibi non permitteret, elatus tanto rerum successu, dicebat neminem principum ante ipsum scisse, quid sibi liceret. Verum qui hoc dixit, sensit tandem quid vicissim liceat populo in malum principem. 6 *Licentia principis.*

Quum incendisset vrbem, spectabat, dicens se flammæ pulchritudine delectari, atque interim suam canebat Halosin, hoc est,

Troianæ vrbis excidium, quod descripserat.

Liberè. 8 Isidorus Cynicus transeuntem in publico clara voce corripuit, q̃ Naupli mala bene cantaret, sua bona malè disponeret. Nauplus erat Palamedis pater, qui filij præter meritũ damnati necem magno Græcorum exitio est vltus: Solet autem Nero tragœdias cantare.

Liberè. 9 Notatus est & à Dato Atellanarum histrione, qui recitans canticum quoddam, ὑγιαίνῃ πάτερ, ὑγιαίνῃ μῆτερ, ita demonstrauit, vt bibenteṁ, natantemq̃; faceret, exitium C. Claudij, & Agrippinæ significans. Namq̃ Nero C. Claudium veneno sustulit, Agrippinam naufragio. Et in clausula cantici recitans, Orcus vobis ducit pedes, gestu Senatum notauit histrio. Subindicans illis à Nerone imminere perniciem.

10 Amathematicis audierat fore, vt aliquando deiiceretur imperio, eóque Græcum Iambicum dimetrum identidem vsurpabat, τὸ τέχνιον πᾶσα γῆ τρέφει: id est, Terra quæuis artem alit: Putans se tantum profecisse in arte canendi, vt etiam si exigeretur, in quauis regione ob musices peritiã posset haberi in pretio. Quumq; imminẽtibus q illũ sequebant, de salute desperans, cogitaret sibi vim adferre, subinde dicebat, Quantus artifex pereo?

Scenicus princeps. 11 Quõdam theatro cãm illatus, Scenico cuidam populo placenti inuidit, eíque nuntium misit, qui diceret illum abuti Cæsaris occupationibus.

Monopolia fœda. 12 Qm̃ ex annonæ caritate quidam ditescebant aulici, multum & hinc inuidiæ Neroni conflatũ est: quum fortè accidisset, vt in publica fame diceretur Alexandrina nauis appulisse, iactatum est illam aduexisse puluerem lucratoribus aulicis. Quo dicto simul notatum est in Cæsare rerum scenicarum studium, & monopolia quorundam per Cæsaris fauorem publico damno lucrantium.

Statuæ eius à vertice, currus appositus est 13
eum inscriptione Græca, Nunc demum agon *Princeps*
est trahe tandẽ. Notatum est in Cæsare auri- *auriga.*
gandi studiũ, simulq̃; denunciatũ periculũ.

Alteri cuidã statuæ & ascoperta alligata est 14
eum hoc titulo, Ego quid potui? Sed tu cul- *Parricidiũ*
leũ meruisti. Solent olim parricidæ culleo in- *exprobatũ.*
sui, & Nero matrẽ occiderat. Culleus itaq; sese excusans dicit, Ego quid potui? paratus si quis te insuat: sed siue insuaris, siue non, tu tamen culleum meruisti. Potest hoc & ad reipub. personam accommodari.

Columnis statuarum illud ascriptum est, 15
Galli te cantando excitarunt. Indignissimè tu *Falsè.*
lerat Galliarum defectionem: proinde decreuerat Gallos oẽs Romæ agentes contrucidare, prouinciamq̃; exercitui diripiendã tradere. 16

Noctu quidam simulabant se fœuire in ser- *Falsè.*
uos, Petebantq̃; vindicem. Vindex autem erat defectionis in Neronem dux. Et hoc ioco notabatur iam non ferenda Cæsaris tyrannis.

Quum ex oratione Neronis, qua in Vindi- 17
cem perorabat, recitaretur in senatu, daturos *Ambigue*
pœnas sceleratos, ac breui dignum exitium fa- *dictum.*
cturos, exclamatum est ab vniuersis, Tu facies Auguste, Quæ vox bifariam potest accipi, Tu facies vt dent pœnas: aut tu dabis pœnas.

In Oedipode fabula, quam Nero nouissi- 18
mam recitauit, in hoc versu decidisse legi- *Omen exitij.*
tur.

Θανέειν μ' ἔτυξε, σύγαμος, μητὴρ πατήρ. i.
Iussit mori me, mater, vxor, & pater.

Nam & Oedipus patrem occiderat insciens, matrem vxorẽ duxerat. Ita Nero sciens Claudium patrem occiderat, matrem comstupratam interfecerat, & Octauiam vxorem indignis tractarat modis.

19 *Destitutus undiq;.*

Desperatis rebus noctu adiit hospitia singulorum de fuga consulturus, quum fores omnium occlusas reperisset, reuersus in cubiculum cõperit & custodes diffugisse direptis ẽt stragulis, & amota veneni pyxide, quam in extremum casum parauerat: mox mirmillonem nomine spiculum requisiuit, vel aliũ quem libet, cuius manu periret: ac nemine reperto. Ergo ego, inquit, nec amicum habeo, nec inimicum? Decretum erat eam belluam publico orbis odio immolare.

20 *Sepultura viui.*

In fuga quum Phaon libertus hortaretur, vt in specum egesta arena conderetur, negauit se viuum sub terram iturum.

21 *Delitiæ versæ in amatorẽ.*

Aquam è lacuna villæ cuidam subiecta potaturus manu hausit: Et hic est inquiens, Neronis decocta. Nam reperierat, vt aqua decocta gratiam haberet crudæ, immissa in poculum niue.

22

Vbi sensit equites appropinquare, quibus mandatum erat, vt illum viuum attraherẽt, versum Homericum protulit:

Ἵππων ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος ὄυατα βάλλει.
Simulq; ferrum iugulo adegit. (λετ.

23 *Neronis extremæ voces.*

Ingressus Centurio, quum semianimem reperisset, & penula ad vulnus apposita simularet se venisse in auxilium, nihil aliud respondit, quàm, sero, & hæc est fides. Sermo ambiguus est: potest intelligi sero venisse, qui iam ad morientem venerat: & sero venit, qui in hoc venit vt viuum attraheret. Item hæc

hæc est fides, potest esse expostulantis de fide amicorum. At Nero sensit se nihil illius verbis credere, eiusque rei argumentum esse vulnus in iugulo letale.

Quũ genethliaci Chaldæi Agrippinæ matri Neronis respondissent, imperaturum quidẽ filium, sed occisurum matrem: Occidat, inquit, modò imperet. Tam impotens erat in fœmina dominandi sitis, & habuit, quod optauit. 24 *Ambitio.*

Eadem quum iussu Neronis occideretur, ac Centurio ferrum in mortem destringeret, ventrem ostendens clamabat: Hunc percute, hic est ferro fodiendus, qui portentum illud genuit. 25

Nero in magna erat inuidia, quòd Burrũ principem virum crederetur occidisse, veneno faucibus illito, quasi remedium adhiberetur. Ad hunc quum Nero visendi gratia venisset, auersatus est illum Burrus, cui scelus iam erat intellectum: multaq; percontanti nihil aliud respondit, quam, Ego bene me habeo. Mira etiam in moriente lenitas. 26 *Fortiter.*

Idem in Claudij stultitiam subinde iocabatur productione syllabæ, quum diceret, postea quam desiit inter viuos morari prima syllaba producta. Moros enim Græcè fatuum sonat, inde finxit morari, pro stultum agere, quemadmodum nos à poeta poetari, à iuuene iuuenari. 27 *Iocus in mortuum.*

Sunt qui putent hoc clàm & inscio etiam Seneca fuisse decretum, vt occiso Nerone occideretur & Piso, mox imperium Senecæ deferretur. Interea vulgabantur verba Flauij, qui dixerat, ad dedecus nihil referre, si citharœdus dimoueretur, & tragœdus succederet. Nero citharam, Piso tragico ornatu canebat. 28 *Salsè.*

Sensit vtrunque pariter indignum imperio.

19 *Liberè.* Quum de coniuratis agerentur quæstiones Subrius Flauius Tribunus interrogatus à Nerone, quibus causis adductus ad obliuionẽ sacramenti processisset: Oderam te, inquit, nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti: odisse cœpi, postquàm parricida matris & vxoris, auriga, & histrio, & incendiarius extitisti. Negant in ea coniuratione quicquã accidisse Neroni grauius, qui vt ad patranda facinora promptus erat, ita audiendi, quæ patraret, insolens.

30 *Liberè.* Eodem tempore Sulpitius Asper Centurio, percontanti Neroni, cur in eẽdem suam conspirasset: Non aliter, inquit, tot flagitiis tuis subueniri poterat.

31 *Locus crudelis.* Vestinus consul, quum eodem die omnia munia consularia obisset, è conuiuio, repente ad mortem raptus est. Cõuiuæ nihil aliud, q̃ exitium expectabãt. Horũ pauorem irridẽs Nero, dixit illos satis supplicij luisse pro epulis consularibus. Dicas hoc à clemente dictũ, si cætera Neronis facinora spectes.

32 Nero matrem occiderat, vnde Africanus quidam ita consolatus est hominem, Orant te Cæsar Galliæ tuæ, vt felicitatem tuam fortiter feras.

OTHO.

1 *Omen exitij.* Otho Syluius Imperator quum augurando tempestas esset orta, atq; ipse grauiter prolapsus, idẽtidem obmurmurasse dicitur. τίμαι καὶ μακροῖς ἀυλοῖς, i. quid mihi cum longis tibijs? Sentiens se frustra sacrificiis & piaculis conari placare manes Galbæ.

2 *Mors destituta.* Idem vbi iam mori destinasset, sensit eos qui ab ipso deficere & abire cœptabant, pro desertoribus corripi ac detineri; vetuit, ne

ne cuiquam fieret iniuria, dicens, Adiiciamus vitę & hanc noctem: & in profundam vesperam vsque patente cubiculo, si quis adire vellet, potestatem sui conueniendi fecit.

3 *Fides in milite.* Multis Othonem rogantibus ne deposito imperio exercitum ac rempub. desereret, quidam è gregarijs militibus sublato ense dixit, Scito Cęsar sic pro te omnes animatos esse, moxq; seipsum iugulauit.

4 *Moderate.* Otho iam destinata morte Cocceiũ fratris filium ad se vocatum sic adhortatus est extremis verbis, O fili, habuisse te patruum Cęsarẽ, nec prorsus obliuiscaris, nec admodum memineris. Noluit illũ prorsus obliuisci, ne deseretur curã suorum: rursum noluit valde meminisse, ne mortem patrui vlciscereturꝰ.

VESPASIANVS PATER.

1 *Vnguentũ.* Flauio Vespasiano quum adolescens quidã gratias ageret pro impetrata prefectura, qm̃ vnguento fragrabat, & nutu contemptus est, & grauiter increpitus: Mallem, inquit Vespasianus, allium oboluisses: mox & literas concessas reuocauit.

2 *Venia laxitudo.* De iurgio quodã inter senatorem & equitem Romanum, ita pronunciauit, vt diceret non oportere maledici senatoribus, remaledici ciuile fasque esse. Prærogatiuam. n. dignitatis ipse sibi ademit, qui lacessiuit.

3 *Leniter.* Idem de Licinio Mutiano notę impudicitię viro, clàm apud communem amicum cõquerens, addit clausulę, Ego tamen vir sum; Notans obtrectatorem esse parum virum. Simile est illud Maronis:

Tarcins itta viris tamen obijcienda memento.

4 *Leniter.* Saluius Liberalis, quũ in defensione diuitis rei obliquè mordens dixisset, Quid ad

Cæsarē, si Hipparchus sestertium milites possidet? Notans Vespasianum velut inhiantem rei facultatibus: Cæsar non offensus est, verū etiam dictum approbauit, quasi simpliciter prolatum.

5 Qm̄ rapacissimum quemq; promouere solet, vt mox ditatos condemnaret vulgò dictus est officiarios suos habere pro spongijs: q̄ veluti spongias & siccos madefaceret, & humētes exprimeret. *Rapacitas.*

6 Rusticus quidam qm̄ gratuitam libertatē suppliciter petens à Cæsare, repulsus est, non veritus est clarè dicere, Vulpes pilos mutat, nō mores: exprobrans illi naturæ rapacitatem, quasi mercede data concessurus fuisset, q̄ gratuito negabat. *Auaritia in principe.*

7 A consulari viro Menestruo Floro monitus plaustra potius q̄ plostra dicenda, postridie illū p̄ Floro Flaurum salutauit, ciuiliter alludens ad illius curiosam admonitionem. Veteres in quibusdam pro diphthongo sonabant, o, vt Clodius pro Claudius. *Lepidè.*

8 Mulier quædam dixerat se deperire amore Vespasiani: ei perductæ quum pro concubitu sestertia quadraginta donasset, roganti dispensatori, quo titulo vellet eam summam rationibus inferri, dixit: Vespasiano adamato. *Festiuè.*

9 In quendam proceræ staturæ, sed improbius natum, torsit illud carmen Homericū:

Μακρὰ βιβὰς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος.
Longam hastam quatiens, diductis passibus ibat. *Iocus ex Homero.*

10 In Cerylum libertum, sed prædiuitem, qui vt aliquando subterfugeret ius fisci imperialis, cœpit se pro ingenuo ferre, eoque mutato nomine pro Cerylo dici voluit Laches, torsit *Lepidè.*

torsit versiculos ex fabula quapiam, vt opinor.

ὦ Λάχης Λάχης,
Ἐπ' ἂν ἀποθάνῃς αὖθις ἔσῃ κέρυλος. id est.
O Laches Laches.
Vbi mortem obieris, rursum eris tum Cerylus.

Significans illi nihil profuturum immutatum nomen.

Quidam è charis Vespasiani ministris apud ipsum pro quodam, quem fratrē suum esse simulabat, intercedebat, vt illi procuratio cōmitteretur: id sentiens Cæsar, candidatū solū ad se vocauit, exegitq; pecuniā, quam ille suffragatori suo pepigerat, ea accepta mox ordinauit. Huius rei ignarus minister, rursus interpellauit pro fratre. Cui Vespasianus: Aliū, inquit, tibi fratrem quære: hic quem tuū putas, meus est. 11 *Auarè.*

In itinere quodam mulio desiliit, quasi calceaturus mulas, sed re vera, vt adeundi litigatori spatium morāq; p̄beret. At Cæsar dolū suspicatus, interrogauit mulionē, quanti calceasset pactusq; est lucri partē: Hoc si fecit, vt suos corrigeret, ciuilitas fuit: sin vt eo emolumento fieret ditior, sordidum erat. 12 *Sordidè.*

Instituerat vectigal è lotio. Super hoc à filio monitus, dissimulauit, donec prima pensio esset soluta. Eam pecuniā admouit ad filijnares, sciscitans nū odore offenderetur. Negāte illo: Atqui hæc, inquit, è lotio est. 13 *Sordidè.*

Legatis nunciantibus decretam illi publicè non mediocris summę statuā, iussit vt eā cōtinuò ponerent, & cauam ostendens manū: Ecce, inquit, parata basis: Significans, vt eam pecuniam, quam in statuam decreuissent impendere mortuo, viuo darent in manum. 14 *Auarè.*

Quum

15 *Ostentorũ interpretatio.*

Quum Cæsarum Mausoleum repentè patuisset, tum stella crinita apparuisset, aliis interpretantibus Cæsaris interitum portendi, ille facete interpretatus est, prius ostentum ad Iuliam Caluinam pertinere, & ea esset de gente Augusti, posterius ad Parthorum, siue, vt Aurelius Victor tradit, Persarum Regem, qui capillatus esset.

16 *Iocus in morte.*

Quum morbus ingrauescereret, dixit: Puto, deus fio: significans se moriturum: Solent. n. extincti Cæsares publicis ceremonijs in deorum cœtum referri.

17 *Stantẽ mori.*

Quum vehementer angeretur vitiatis intestinis, nihilo secius imperatoriis muneribus fungebatur, adeò vt lecto decumbens audiret legationes, & amicis hortantibus vt sibi parceret, respondit. Imperatorem stantem moti oportere.

VESPASIANVS FILIVS.

1 *Cæsarii affabilitas.*

Vespasianus filius quum admoneretur ab amicis, & plura polliceretur interpellantibus, quàm præstare posset, respondit: Non oportet quenquam à Cæsaris colloquio tristem discedere.

2 *Benignitas.*

Super cœnam aliquando recordatus, & eo die nemini quicquam præstitisset, memorandam illam meritoq; laudatam vocem edidit Amici diem perdidi.

3 *Dexteritas.*

Idem dicere solet se maximum falsarium esse potuisse, & omnium chirographa quę vidisset, facillimè imitaretur.

4 *Cæsar innocens.*

Quum febre correptus lectica à loco in quo tum erat, transferretur, dimotis plagulis cœlum suspexit, questusq; est sibi immerenti vitam eripi, quum nullum per omnem vitam extaret factum cuius pœniteret, vno duntaxat excepto. Id cuiusmodi fuerit, nec ipse prodidit, nec quisquam coniectare potuit. O Cæsarem longissima vita dignum.

DOMITIANVS.

5 *Lepidè.*

Domitianus Cæsar initio principatus quotidie sibi secretum horarium sumere consueuit, nec interim aliud q̃ muscas captare, easq̃ stylo prȩacuto configere: vt cuidã interrogãti, esset ne quis intus cũ Cęsare, Vibius Crispus lepidè responderit, Ne musca quidem.

6 *Mina in principem.*

Iusserat edicto excidi vineas, & studio colẽdi vineta, negligerentur arua. Hoc edictũ reuocauit ob sparsos libellos, in quibus habebantur hi versiculi:

Κἂν μὲ φάλης ἐπὶ ῥιζὰν ὅμως ἔτι καρπωφο
Οσσὸν ἐπισπεῖσαι καίσαρι θυομένῳ (ῥήσω.

Hoc epigramma fertur in hircum arrodentẽ vitem. Hircus aũt Baccho immolabatur, & admorsu lædat vineam. Ad cæsarẽ accommodaruut, pro σοὶ πράγε mutantes καίσαρι.

7 *Lepidè.*

Notans Metium quendam sibi immodice placentem, dicere solitus est, Vellem tam formosus esse, quàm Metius sibi videtur.

NERVÆ COCCEI.

8 *Princeps in lulgens.*

Quoniam sub Nerua Cocceio bono Cæsare, multorum nomina falsò deferebãtur, Frõto consul palàm dixisse fertur: maluni esse eũ imperare, sub quo nemini quicquam conceditur: sed longè peius sub eo viuere, sub quo maxima sit licẽtia quibuslibet. Inhumanitatis est, si princeps nihil indulgeat amicis ac familiaribus, sed pernicioſum est illis licere quicquid libet.

TRAIANVS.

9 *Vnus existimi.*

Traianus aliquando in conuiuio proposuit amicis, vt decem nominarent, quibus crederent rerum summam rectè delegari posse.

Quum

Quum illi silerent: Decé, inquit, à vobis posco, ego vnicum habeo Seuerianum: Solum illum imperio dignum iudicans.

ADRIANVS CÆSAR.

1 Moriens dixit illud vulgatum, Turba medicorum Cæsarem perdidit. Arbitror illū hue detorsisse Græcum prouerbium, πολλοὶ ἰατροὶ τὸν βασιλῆ ἀπώλεσαν. Quanq̃ hodie verum est turbam medicorum multis cãm esse mortis. *Medicorũ turba.*

2 In senatu frequenter dicere solet se sic gesturum principatum, vt sciret rem populi eé, non suam priuatam. Nimirum attigit hoc; quod vnum distinguit regem à tyranno. *Princeps.*

3 Imperator creatus, adeò contempsit inimicos, vt vni, quem habuerat capitalem forte obuio, dixerit: Euasisti, principibus in priuatis offensis debet esse satis, potuisse vlcisci. *Clemẽtia.*

4 In colloquiis etiam humiliorum mire ciuilis erat, eosq; detestari solebat, qui hanc humanitatis voluptatem ipsi inuiderent hoc pretextu, quod dicerent principis maiestatẽ vbique seruandam. *Affabilitas.*

5 Dionysius Milesius sophista insignis, in Heliodorum, quem Adrianus Cæsar vnicè amabat, torsit hoc dictum; Cæsar potest honorem ac pecunias largiri, rhetorem facere non potest. Cæsar enim Heliodorum studio verius quàm iudicio, fecerat magistrum epistolarum. *Animi bona.*

6 Romæ quum in spectaculo populus clamore flagitaret, vt aurigam qui placuerat, liberum esse iuberet, per tabellam respondit, iniquum esse quod peterent: si enim seruum alienum libertate donaret, fieret iniuria domino. Dicas hunc abhorruisse ab omni violentia. *Iussè.*

7 Seuerianum & Fuscum huius nepotem, eo quòd moleste ferre viderentur Commodum Lucium imperij successorem designatum, iussit occidi: quorum ille nonagenarius erat, hic annos natus decem & octo. Senex autem quũ esset iugulandus, poscit ignem, incensoq; ture, dixit: Vos dij testor, me nihil sceleris commisisse, nec aliud imprecor Adriano, nisi vt quum volet mori, non possit. Idq; euenit, adeo vt barbarus conductus, qui ferro mortem pro beneficio daret, aufugerit. *Vota mea rientis.*

8 Quidam canescens ab eo quiddam petierat, & repulsus est. Is quum aliquanto post idẽ peteret, sed capillitio nigro (nam id tinctura fecerat) Cæsar agnoscens faciem: Iam isthuc, inquit, negaui patri tuo *Lepidè.*

9 Quodam tempore quum seruum suum videret inter duos senatores ambulantem, misit, qui illi colaphum impingeret diceretq; Noli inter eos ambulare, quorum adhuc potes esse seruus: simul senatoriæ dignitati cõsulens, & serui castigans insolentiam, quam de Cæsare hero sumpserat. *Serui principis elati.*

10 Commodum Aelium Verum iterum consulem fecerat, eumq; imperio destinauerat: quem quum cerneret nec animo, nec corpore satis validum, dicere solet, In caducum parietem nos inclinauimus, ac perdidimus quater millies HS. quod populo ac militibus pro adoptione dedimus. Verè præsensit Commodum inutilem imperio, sed serò. *Impar prīcipatui.*

11 Florus hos versiculos scripserat in Cæsarem,

Ego nolo Cæsar esse.
Ambulare per Britannos.
Scythi

Honesti labores.

Scythicas pati prunas.

Cui Cæsar respondit:

Ego nolo Florus esse,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.

Sentiens se honestas occupationes præferre inutili turpique ocio.

12 Dicere solitus sibi molestum esse, si quem videret tristem, quum tamen omnes doctos vexaret quæstiunculis, sed vexatos donauit aliquo munere. *Princeps nulli molestus.*

Cuidam vxor sua per literas exprobrarat, 13 quod lauacris ac voluptatibus detentus ad se redire nollet. Id per frumentarios resciuerat imperator. Itaque commeatum petenti, exprobrauit lauacra & voluptates. Tum ille, Num & tibi ò Cæsar scripsit vxor mea, quod mihi? Notans curiositatem principe indignam. *Curiositas*

14 Sub mortem his versibus lusisse dicitur. *Animula, vagula, blandula,*
Hospes comesq; corporis,
Quæ nunc abibis in loca?
Pallidula, rigida, nudula.
Nec vt solet, dabis iocos. *Lusus in morte.*

Aiunt illum ex Matheseos peritia præscisse futura, ac Verum non fore longæuum Vergiliano carmine prædixisse: 14 *Præscientia.*

Ostendent terris hunc tantum fata, neque vltrà Esse sinent.

15 Cuidam illos Vergilij versus ad Verum accommodanti. *Breuis ani*

Manibus date lilia plenis, &c.

Cum irrisione respondit, Ego mihi diuum adoptaui, non filium. Huc alludens, quòd Imperatores referri soleant in numerum diuorũ, sed à rogo.

Ad

Ad alterum ipsum consolari volenté, hoc argumento, quod diceret, genesim Veri non esse rectè collectam, eoque spem esse illũ diu victurum, Isthuc, inquit, tu facilè dicis, qui patrimonij tui, non reipu. quæris hæredem: Sentiens magni referre, vt bonus princeps quàm diutissimè viuat. 16 *Principis de lectus.*

Transeuntem mulier quædã appellauit, Audi me Cæsar. Is quũ respõdisset, non est ociũ: Illa clamauit, Noli ergo imperare. Ad hanc vocem restitit, & audiuit mulierẽ. Hoc & alij tribuitur, neque quicquam vetat, idem à pluribus vel dici vel fieri. 17 *Liberè.*

COMMODVS ÆLIVS VERVS.

Ælius quũ esset peregrinis voluptatibus deditus, vxori conquerenti dixit: Patere me per alias exercere cupiditates meas. Vxor. n. dignitatis nomen est, non voluptatis. 1 *Vxoris verentia.*

Quum morbo grauaretur, sæpe dicere solet, principem sanum mori debere, non debilem, quòd superiores Imperatores plerique; vi violenta morte perissent. Eamq; mortem vt breuem simul & inexpectatam C. Cæsar optauit, & obtinuit. 2 *Mors principis.*

ANTONIVS PIVS.

Adamabat illam Scipionis celebratissimam sententiam subinde dicens, se malle vnũ seruare ciuem, quàm mille hostes occidere, pacẽ videlicet bello præferens, & in ipso bello sentiens hanc oportere, primam esse ducis curã, vt quàm minima ciuium iactura paretur victoria. 3

Quum Apollonius rhetor è Calcide accitus ad Tiberinam domum, in qua tum Cæsar habitabat, à Cæsare vocatus vt illi M. Antonium traderet instituendum, dixisset: Non magister ad discipulum, sed discipulus 4 *Magni interest risa.*

pulus ad magistrum venire debet: risit hominis magniloquentiam, dicens: Facilius fuit Apollonio e Chalcide venire Romam, quàm ex ædibus suis in palatium. Merces Apollonium attraxerat Romam, non reipublicæ studium.

Humane. 3 Quum M. Antoninus fleret educatorē suū mortuum, & adolescens ab aulicis ministris reuocaretur à declaratione pietatis erga nutricium. Permittite, inquit Antoninus, prius illi vt homo sit: neque enim vel philosophia vel imperium tollit affectus.

Liberè. 6 Quondam quum Omuli visens domum, ac miratus columnas porphyreticas, quę fissæt, vnde eas haberet, Omulus ei respondit, Quum ędes alienas veneris, & surdus & mutus esto: Sentiens eum in alieno priuato non oportere esse curiosum. Hoc tam libero ioco non est offensus Imperator.

Dat regnū 7 M. Antonini vxor Faustina malè audiebat vulgò. Itaque hortantibus amicis, vt eam repudiaret, si nollet occidere, respondit: Si vxorem, inquit, dimittimus, reddamus & dotem. Dotis nomine signans imperium, quod ab socero volente Adriano adoptatus acceperat.

Consilium multorum. 8 Nihil solitus est agere nec in bellicis negotiis, nec in ciuilibus, de quo non prius conferret cum grauibus viris, dicens: AEquius est vt ego tot talium amicorum consiliū sequar, ą vt tot tales amici meam vnius sequantur voluntatem, multum abhorrens à quorundam ingenio, qui consulto pileo suo, dicunt: Vos sedulò cōsulitis, sed aliud mihi suadet pileum meum.

Clementer 9 Cassiū senatoriū virū, occidi passus est, non iussit occidi, post ēt extinctū doluit, dicēs, voluisse se sine senatorio sanguine imperiū trā-

figere. Mira clementia in affectatorē imperij.

Filius fola tiū mortis 10 Biduo priusquam moreretur, admissis amicis aperuit sententiam suam de filio, eandem quam Philippus de Alexandro, dicens se æquo animo mori, quum filio relinqueret.

Mors pere grinatio. 11 Alio quodam die dixit amicis, Quid me fletis, ac non magis de communi morte pestilentiaque cogitatis? Philosophia docuerat hominem & mortem contemnere, & res humanas ridere. Parantibus autem ambire, dixit: Si iam me dimititis, vale vobis dico, vos præcedens: Facetè perijt ab amicis discedendi veniam, ac veluti peregre profecturus iussit illos valere, submonens interim fore, vt illi præcedentem sequerentur.

Modestè. 12 Rogatus cui filium commendaret: Vobis inquit, si promeretur & dijs immortalibus. Fauorem noluit suæ autoritati tribui, sed filij meritis.

SEVERVS IMPERATOR.

Natura va ria. 1 De Seuero sic iudicauit Senatus, illum aut nasci non debuisse, aut non debuisse mori: ą quum crudelis esset, tamen reipublicæ videretur admodum vtilis ob alias virtutes.

Autoritas. 2 Quum milites Bassianum Seueri filium, Augustum consalutassent, eò quòd pater pedibus æger bellum moraretur, iussit se deferri ad tribunal, simulque adesse omnes tribunos, centuriones, duces, & cohortes, quibus autoribus hoc acciderat, sisti deinde & filium qui Augusti nomen non recusarat. Hic quum in omnes eius facti autores iussisset animaduerti, excepto filio, omnesque ante tribunal prostrati rogarent veniam, Seuerus manu caput contingens: Tandem, inquit, sentitis caput imperare non pedes.

3 Celebratur & hoc illius dictum. Omnia fui, sed nihil expedit: Sentiens sese ex humili, per literarum ac militiæ officia plurimis gradibus fauore fortunæ ad imperij fastigium fuisse per ductū, sed nihil feliciter cessisse, aut nulla in re sibi placuisse.

...ia experta.

4 Vltima verba dicuntur hæc fuisse, Turbatam rempubl. vbique accepi, pacatam etiam Britannis relinquo, Senex & pedibus æger, firmum imperium Antoninis meis relinquens, si boni erunt: imbecillum, si mali.

Virtus Principis.

5 Symbolum tribuno dari iussit, Laboremus. Pertinax ad imperium ascitus, dederat, Militemus. Illi placuit belli omen, huic pacis. Sublato nanque bello redit ur ad agricolationem & opificia. Ocium in pace, delitias alit, & omne flagitiorum genus.

Industria.

6 Epigramma, quod in laudem Pescenninl Nigri fuerat ascriptum illius statuæ ad viuum effictæ, quum præfecti suaderent eradendum, Seuerus noluit, dicens: si talis fuit, sciant omnes qualem vicerimus: si talis non fuit, putent nos omnes talem vicisse.

Moderatè

PESCENNINVS NIGER.

1 Pescenninus Niger consiliarijs addidit salaria, ne grauarent eos, quibus assidebant, dicens iudicem nec dare debere, nec accipere.

Integrè.

2 In Ægypto, quum Limitanei milites vinum ab imperatore peterēt: Nilum, inquit, habetis, & vinum quæritis? Aiunt enim aquam Nilitā tæ esse dulcedinis, vt accolæ vina nō desiderēt.

Aqua pro vino.

3 Quum milites qui à Saracenis victi fuerant, dicerent, Vinum non accepimus, pugnare non possumus: Erubescite, inquit Cæsar, illi q̄ vos vincunt, aquam bibunt. Nam Saracenis etiā hodie gustare vinum nefas est.

Seuerè.

Palæsti-

Palæstinis rogantibus, vt ipsorum censitio 4 leuaretur, eò q̄ regio esset grauata, satis incle- *Durè.*
menter respōdit. Vos terras vestras leuare vultis, ego etiam aerem vestrum censere cuperē.

Imperatori creato, quum quidam ei pane- 5
gyricum in ipsius laudem conscriptum reci- *vini docen*
tare vellet, dixit: Scribe Marij laudes vel Anni *di non lau-*
balis, aut alterius ducis egregij vita functi, vt *dandi.*
eum nos imitemur. Nam viuos laudare irrisio est, præsertim imperatores, à quibus speratur, qui timentur, qui possunt necare, qui possunt proscribere. Adiecit illud, Se viuum placere velle, mortuum etiam laudari.

Rogatus quid sentiret de Scipionibus, respō 6
dit, illos sibi videri felices magis, quàm fortes *Grauiter.*
quòd vterque domi iuuentutem parum sanctè transegerat: Sentiens Imperatorem p omnem vitam in reipub. negotijs versari debere, nec à domesticijs delitijs ad imperiū accersi.

ANTONINVS CARACALLVS.

Quum Antoninus Caracallus ambitiosè si- 7
bi multa cognomina assereret, Germanici, *Salsè.*
Parthici, Arabici, & Alemanici nomen ascriberet, Heluius Pertinax filius Pertinacis bellè iocatus fertur, Adde etiam, inquit, si placeet, Geticus Maximus, quòd Getam fratrem occidisset.

Bassianus præfectus suadebat Caracallo, vt 8
ad mitigandam inuidiam parricidij. fratrē *Impiè.*
Getam appellaret diuum. Sit, inquit, diuus, dū non fit viuus: & fratrem in diuos retulit. Nescit pietatis iura regnandi cupiditas.

ANTONINVS GETA.

Quum Antonini Getæ pater Seuerus de- 9
stinasset omnes diuersarum partium occi- *Prudenter*

dere, inter suos dicere solitus est, Hostes vobis eripio, adeò consentiente Bassiano, vt liberos etiam illorum suaderet necari. Geta puer interrogauit, quantus esset occidédorum numerus. Eum quum pater edidisset, rogauit num isti haberent parentes ac propinquos: quum responsum esset habere, & quidem multos: Plures ergo, inquit, in ciuitate tristes futuri sunt, quàm læti, quòd vicimus. Valuisset cordatum pueri dictum, nisi quorundam crudelitas obstitisset.

10 Bassiano tum ioco, tum serio dicenti, omnes cum liberis occidendos, Geta puer dixit: Tu qui nulli parcis, potes etiam fratrem occidere. Id dictum tunc contemptum est, post cognitum est fuisse vaticinium. Nam parricidiū posteà commisit. *Liberè.*

ANTONINVS HELIOGABALVS.

11 Senatum adeò contempsit, vt eos interdum appellarit togata mancipia, veluti qui pristinæ dignitatis præter togas nihil retinerent. *Tyrannice*

12 Amabat sibi pretia rerum quæ mēsæ apparabantur, maiora dici, quàm essent, hanc esse dicens conuiuio orexim, ꝙ magis illa iuuant, quæ pluris emuntur, vt ait Satyricus. *Chara.*

13 Huic priuato quum quidem luxum illius admirans diceret, Non times ne fias pauper? Quid, inquit, melius, quàm vt ipse mihi hæres sim & vxori meæ? *Profusio.*

ALEXANDER SEVERVS.

1 Et vrbem, & prouincias, & aulam suam, put gauit hominibus non necessarijs, dicens malum pupillum esse Imperatorem, qui ex viscere bus prouincialium homines non necessarios, nec reipublicæ vtiles aleret. *Superuacua officia*

In

In templis argenti minimum, auri ne guttulam quidem, aut bracteolam posuit, subinde repetens illud Persianum. 2 *Aurum in templis.*

Dicite pontifices, in sanctis quid facit aurum?

Negabat se passurum, vt ipsius dispositiones ab aulicis suis venderentur, id quod solent aliorum principum liberti & eunuchi. Eoque nunquàm illum fefellit, quod proposuerat. 3 *Constanter.*

Assessoribus designauit sua salaria, quanquàm dicebat illos potissimum promouendos, qui per se rempub gerere possent, non per assessores. Vnumquenque hoc agere debere, quod nosset. Prudentissimus iuuenis sensit hoc esse præcipuum hulcus omnium rerum publicarum, quòd omnia munia per vicarios administrantur, interdum alteros ac tertios. Præfectus vrbis habet vicarium, & is vicarius rursus alterum vicarium, & hic rursus alium. Ac frequenter is qui & honore, & salario fruitur, minimè omnium idoneus est ad functionem obeundam. Annotent hoc priuicipes, qui subinde coguntur exactionibus grauare populum. 4 *Vicariygra ues.*

Descriptum habebat, quid cui præstitisset: qui nihil aut minimum petissent, eos appellabat, dicens: Quid est quur nihil petis? An me tibi vis fieri debitorē? pete, ne priuatus de me quæraris. Agnoscebat principem debere rectè suo fungentibus officiū, nec æquū iudicabat, vt prope suo defunctus officio priuatus egeret. 5 *Benignè.*

Militibus diligenter prospexit de commeatu, dicens se magis seruare milites, quàm seip sum, ꝙ in his sita publica salus esset. Facilius est enim inuenire nouum Imperatorem, quā nouum & exercitatum militem. 6 *Militum cura.*

7 Quinius Camillus antiquæ familiæ senator homo delicatissimus, rebellionem moliebatur, tyrannidem affectans. Id quum Alexãdro renuntiatum esset, statimque probatum, ad palatium eum rogauit, eique gratias egit, quòd reipubl. curam, quæ bonis viris recusantibus imponi solet, sponte reciperet. Mox ad senatũ processit, ac tanti sceleris conscientia trepidum, consortem imperij appellauit, in palatium recepit, ornamentis imperialibus, & melioribus quàm vtebatur ipse, decorauit. Profectionis comitem adhibuit. Quumque imperator ipse pedibus iter faceret, inuitauit & Quinium delitijs assuetum ad laborem, quẽ post quinque milia passuum cunctãtem equo sede re iussit. Quumque post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc quoque respuentem, ac imperium tædio laborum recusantem, denique & mori paratum dimisit, ac militibus à quibus Cæsar præcipue diligebatur commendatum ad villas suas tutò abire iussit. Sic illi commonstrauit, quid esset gerere imperium.

Clementer.

8 Honores iuris & gladij nonnunquam vendi passus est, dicens, Qui emit, & vendat necesse est. Hoc ethnicus & iuuenis, quid iam decet principes Christianos?

Sanctè.

9 Quum Christiani locum quendam qui publicatus fuerat, occupassent, contrà propinarij dicerent enim sibi deberi, rescripsit, melius esse, vt quomodocunque illic Deus coleretur, quàm propinariis dederetur.

Piè.

10 In expeditionibus si quis de via in alicuius possessionem deflexisset, pro qualitate loci fustibus, aut virgis cœdebatur, aut alioqui condemnabatur. Si dignitas personæ tales pœnas non recipiebat, grauissimis contumelijs assi-

Milet inoxius.

cieba-

ciebatur, quum diceret, Vellesne hoc in agro tuo fieri, qđ facis in alieno? Clamabat sæpius quod à Christianis audierat, idque per præconẽ quoties aliquem emendabat, dici iubebat, Qđ tibi fieri nolis, alteri ne feceris.

11 Vigilanter prouidit, ne tribuni ducesve quicquam fraudarent de stipendijs militum, dicens: Miles non timet, nisi vestitus, armatus, calceatus, & satur, & habens aliquid in zonula: Sentiens militem quuum aliquid habet, metuere, ne perdat, sed mendicitas ad omnem desperationem vocat armatum.

Militum cura.

12 Quum Antiochiam venisset, ac milites qui lauacris ac mulierebribus delitijs vacauerant, in vincula duci iussisset, orta seditione ab ea legione cuius socij erant in vinculis, tribunal ascendit, ac vinctis omnibus ad tribunal adductis, circunstantibus militibus & quidẽ armatis grauiter illos admonuit, vt meminissent Romanæ disciplinæ. Quum loquentem milites tumultu interpellarent, nihil conterritus, iussit, vt tales, voces ederent aduersus hostes, non aduersus imperatorẽ, minatus exautorationem, nisi quiescerent. Ad hæc quum vehementius etiam fremerent, ac ferro quoque minarentur, Deponite, inquit, dextras, contra hostem erigendas, si fortes estis: me ista non terrent. Quum non desinerent fremere, exclamauit, Quirites, discedite atque arma deponite. Mox omnes non armis tantum, sed & sagulis militaribus depositis recesserunt, nõ in castra, sed in varia diuersoria. Post tamen eius legionis militibus fidissimis vsus est.

Seuerè.

13 Furti suspitione infames nec intueri sustinebat, adeò vt quum Septimius Arabinus, qui famosus crimine furtorum, sub Helio-

Odium furum.

gabalo fuerat liberatus, inter senatores principem salutatum venisset, exclamarit, O numina, ò Iupiter, ò dij immortales Arabinus non solùm viuit, sed etiam in senatum venit: Fortassis de me sperat, tam futurum, tam stultum me esse iudicat.

14 *Corruptela* Dicere solet, solos fures de paupertate conqueri, dum ista student scelera vitæ suæ tegere. Iactabat & sententiam notam furibus.

Ὁ πολλὰ κλέψας ὀλίγα δὲς ἐκφεύξεται idest, *Qui multa tulerit, pauca dederit, effugit.*

Notans quosdam, qui tantum furantur, vt sit, quo corrumpant iudicem aut actorem.

15 *Regni stabilitas.* Quum Mammea mater, vxorque Memmia obijcerent, q̃ nimia ciuilitate redderet potestatem molliorem respondit, sed securiorem atque diuturniorem: Significans malum diutur nitatis custodem esse metum.

16 *Fumi venditor.* Vetronium Thutinum familiarem, quòd his qui petebant aliquid à Cæsare vendidisset suum patrocinium, mentiens interim multa, conuincendum curauit, & conuictum damnatumque in stipite alligari iussit: suppositò igni ex humida materia, præcone clamante, Fumo punitur, qui fumos vendidit.

17 *Cultus Augustarum.* Gemmas omnes quas reperit in palatio, vendidit, & aurum in ærarium contulit, dicens viris gemmas vsui non esse, matronas autem regias contentas esse debere vno reticulo atque in auribus, & baccato monili, & corona in qua sacrificarent, & vnico pallio auro spar so, & cyclade, quæ plus sex vncijs auri non haberet. Hic cultus hodie vix sufficit negotiatorum vxoribus.

18 Cutsore nunquàm vtebatur nisi seruo suo ingenuum currere nisi in sacro certamine non

non debere: cocos item, piscatores, fullones, & balneatores non habuit nisi seruos suos, nolens quenquam ingenuum sordidis ministerijs dehonestare. *Dignitas.* 19

Amicos & cognatos, si malos cõperisset puniebat. Id si vetus amicitia, aut necessitudo nõ patiebatur à se dimittebat, dicens: His charior est mihi tota resp. Significans priuatos affectus vtilitati publicæ posthabendos. *Reipub. prima cura.*

MAXIMINVS.

Maximinus accepta legione, nullum laborem defugere solet, dum milites exercet seisque prospicit. Quum autem tribuni quidam eum reprehenderent, dicerentque, Quid tanto pere laboras, quum eius loci iam sis, vt ducatum possis accipere? Ego verò, inquit, quò maior fuero, hoc magis laborabo. *Industria.* 1

Exercebat lucta milites suos multos ad terram prosternens, Itaque cunctis inuidentibus, tribunus quidam vasti corporis, notæque virtutis, atque ob id ferocior, dixit: Quid magni facis, si tribunus tuos milites vincis? Tum Maximinus, Visne congrediamur. Qui prodisset, palma pectori impacta supinum reiecit, continuoque dixit: Date alium, sed tribunum. *Robur corporis.* 2

Quum nimium fideret corporis viribus, q̃dam in theatro ipso præsente Græcos versus recitauit, quorum hæc est sententia: *Liberè* 3

Elephas grandis est, & occiditur.
Leo fortis est, & occiditur.
Tigris fortis est, & occiditur.
Cane multos, si singulos non times.
Qui ab vno nõ potest occidi, à multis occiditur.

Maximinus senior nunquam ad oscula pedum

Modestè. pedum quenquam admisit, dicens: Dij prohibeant, quisquam ingenuorum pedibus meis oscula figat.

GALIENVS.

1 Galienus prouinciarum defectionem, quasi *Reipublicæ neglectis.* leuissimarum rerum iacturam ioco solet eludere. Quum enim nuntiatum esset Ægyptum defecisse: Quid, inquit, sine lino Ægyptio esse non possumus? Quum vastatam Asiam Scytharum incursionibus accepisset: Quid, inquit, sine aphronitris esse non possumus? Perdita Gallia, artisit, dixitque, 'Non sine trabeatis sagis tuta respublica est? Pessimi principis voces, cui quicquam charius est Republ. Aphronitrum autem est spuma nitri, quod in Asia laudatissimum concrescebat.

Iunior patris mortem inultam reliquit. Ita 2 que quum rex Persarum quasi captiuus per *Libertas exitiabilis.* pompam duceretur, quidam scurræ miscuerunt se Persis, dilignissimè scrutãtes, oĩa, & cuiusq; vultum mira inhiatione contemplãtes. Qui interrogati quid agerẽt, Patrẽ, inqt, principis quærimus, notantes à Galieno neglectum fuisse. Id vbi delatum est ad principẽ, scurras viuos exuri iussit. Exemplum impietatis in Cęsare, periculosæ libertatis in scurris.

3 Quum taurum ingentem in arenam misisset, prodissetque ad eum feriendum venator, *Lepidè.* neque productum decies potuisset occidere, Cæsar coronam venatori misit: Mussitantibus cunctis quid rei esset, quòd homo ignauissimus coronaretur, Galienus per curionem dici iussit, Taurum toties non ferire difficile est: Ludẽs significauit graue discrimen toties tauro occurrere, etiam si non ferias.

4 Quidam huius vxori gemmas vitreas pro veris

veris vendiderat: re comperta mulier flagitauit vindictam. Cæsar iussit hominem corripi, quasi leoni obiecturus. Dein in caueam, dum *Pœna ridi-* impostor & populus expectat terribilem leo- *culæ.* nem, profilijt caput. Cunctis rem tam ridiculam mirantibus, per curionem dici iussit, impostura feci, & passus est. Eadem opera fefellit impostorem, & irrisit vxorem.

Quum patrem Valerianum audisset extinctum, vocem laudatissimam sine laude vsur- *Impiè.* pauit, dicens, Sciebam patrem meum esse mortalem.

MARIVS.

De Mario tyrannorum septimo dictum est, 1 quòd vno die factus est Imperator, altero visus *Imperium* est imperare tertio interemptus est à milite, q *breue.* percussurus illum dixerit, Hic est gladius, quẽ ipse fecisti. Fuerat enim opifex ferrarius. Allusit autem interemptor ad illud prouerbium, Tuo te gladio iugulo.

SATVRNINVS.

Saturninus tyrannorum XX I. quum mili- 2 tes illi peplũ imperiale imposuissent, aduoca- *Ingenua.* ta cõcione de seipso dixit, Cõmilitones, bonũ ducem perdidistis, & malum principem fecistis. Antè fuerat dux egregius, sed quoniam in imperio fuerat seuerior, ab ijsdem à quib. imperator factus fuerat, interemptus est. Nõ quiuis ad quoduis munus idoneus est.

ZENOBIA.

Zenobia XXVIII. mulier varijs nomi- 3 nibus meritò laudata, quum ab Aureliano ca- *Animosè.* pta in conspectum illius adducta fuisset, isque dixisset, Quid ò Zenobia, ausa es nobis insultare Romanis Imperatoribus? Imperatorem, inquit, te agnosco, qui vicceris, Galienum,

Aureo-

Aureolum, reliquosq; principes non putaui.

AVRELIANVS.

4 Quum Tyanam veniſſet, eamque occluſam reperiſſet, iratus dixit, Canem in hoc oppido non relinquam. Hac voce milites erecti ſunt in ſpem prædæ, & Heradamnon Tyanenſis, metu ne cum cæteris occideretur, prodidit ci
Clementer. uitatem. Qua capta, Aurelianus Heradamoné patriæ proditorem occidit. Militibus ex Cæſaris promiſſo direptionem oppidi flagitãtibus reſpondit, Agitè, canem me negaui relicturum canes omnes occidite. Hoc pacto & proditori mercedem rependit, & militum auaritiã eluſit. Videtur autem hic ſermonis color ſumptus ab Hebræis, in quorum literis reges, qui minantur internecionem, negant ſe quenquã relicturos, vſque ad mingentem ad parietem, canem hac periphraſi ſignificantes.

DIOCLETIANVS.

5 Diocletianus adhuc priuatus dicere ſolet,
Imperare difficile. nihil eſſe difficilius, quàm bene imperare. Id Flauius Vopiſcus in Aureliano tradit ſe audiuiſſe à patre ſuo, & addũt cauſam. Colligunt, inquit, ſe quatuor aut quinque ſimul conſilium ad decipiendum Imperatorem capiunt. Dicunt, quid probandum ſit. Imperator q domi clauſus eſt, vera non nouit. Cogitur hoc tã tùm ſcire, quod illi loquuntur. Facit iudices, quos fieri non oportet. Amouet à republ. quos debebat retinere. Ita vt dixit Diocletianus, bonus, cautus, optimus venditur Imperator. At vulgus ad Imperatoris titulũ ſatis eſſe putat naſci, aut eligi: naſci vtcunq;, eligi emptis ſuffragijs, ac ſolennibus ceremonijs confirmari.

TACITVS.

6 Tacitus Imperator fratri petierat conſulatum,

latum, nec impetrauit. Ea repulſa adeò non *Leniter.*
fuit offenſus vt vehementer etiam lætatus ſit, dicens: Scit Senatus, quem principem fecerit.

PROBVS.

Probus quum multa barbarorum loca pur- 7
gaſſet latrocinijs, vbi peruenisſet ad Iſauros, di *Sanctè.*
xit ab illis locis facilius arceri latrocinia, quã tolli: ſentiens eſſe dandam operam, ne latronibus illuc eſſet aditus, neue iuuenes latrocinari diſcerent. Itaque loca omnia, quæ anguſtum haberent aditum, veteranis conceſſit, adiecit, vt eorum filij ab anno decimo militiam mitterentur, ne antè latrocinari diſcerent, quã militare. Hoc tum rectè Probus, quum multum intereſſet inter militiam & latrocinium, nunc friuolum eſt.

Non patiebatur militem eſſe otioſum, ſed 8
multa opera militari manu perfecit, dicens: *Milet otio*
Annonam gratuitam militem comedere nõ *ſuo.*
debere.

Idem dixiſſe fertur, breui milites neceſſa- 9
rios non habebimus. Sperabat tantam pacẽ, vt nihil opus eſſet exercitu. Hanc mentem vtinam Deus immittat omnibus noſtri ſeculi principibus

FIRMVS.

Firmus Imperator vini patientiſſimus fuiſſe 10
legitur, citra ebrietatem. Quondã à Barbaro ve- *Vini pa-*
xillario prouocatus ad bibẽdũ, duas vini ſitu- *tiens.*
las hauſit, & poſteà toto cõuiuio ſobrius fuit. Quũ verò Barbarus diceret, Quur non & fecẽ ebibiſti? Stulte, inquit, terra non bibitur.

BONOSVS.

Bonoſus Imperator prodigioſè bibax fuiſſe 11
legitur, de quo Aurelianus ſæpe dicere ſolet, Non vt viuat natus eſt, ſed vt bibat. Sobrietas in primis decet principem.

APO-

APOPHTHEGMATA VARIE MIXTA.

Dextre.

1 Milites aliquot Tarentini inter cœnandum multa liberius dixerant in Pyrrhum Regem. Res ad eum delata est, acciti sunt iuuenes, ac periclitabantur omnes, quum factum nec negari posset, nec defendi: tum vnus illorum dexterioris ingenij: Imò, inquit, rex, & ista diximus, & longè acerbiora dicturi fueramus, nisi nos lagena defeciſſet, linguæ petulantiam intemulentiam reiiciens. Ac mox ira principis in risum versa dimissi sunt. Quis neget hoc dictum fuisse bene collocatum?

Retortum.

2 Longus Sulpitius, insigniter ipse fœdus, cum contra quem in iudicio liberali aderat, dixit, ne faciem quidem habere liberi hominis. Cui respondens Domitius Afer. Næ tu ex animi mei sententia Longe. Qui malam faciē habet, liber non est. Si ideo liber non erat, cuius agebatur causa, quòd deformis esset, nec ipse Sulpitius habendus erat pro libero, quum esset fœdissimus.

Albus asinus.

3 Iunium Bassum hominem cum primis dicacem, vulgus asinum album appellabat, & feliciter esset stupidus ac ridiculus. Alba enim veteres felicia vocabant.

Maleolus.

4 Philippus orator in maleolentem. Video, inquit, me à te circumueniri. Sentiens se malo odore vndique oppleri, quum circumuenire dicatur, qui dolo fallit.

Lapide.

5 Cesellius consultori dicenti, nauim diuidere uolo, Perdes, inqt. Ille de pretio nauis, mercibusque consulebat, hic aliud respondit. Nā ipsam diuidere nauim est nauim perdere. Macrob ita refert, Si dimidis, nec tu, nec socius habebitis. Erat autem duorum negociatorum communis nauis.

Periculum præsisum.

6 Vectius Valens quum Claudio Cæsari imminueret periculum, atque interim Silius cum Messalina domi vindemiæ simulachrum omnium lasciuiarum genere celebrarent, conscendit prælatum arborem, & in ea prospectantis specie stabat: interrogantibus quid aspiceret, respondit, tempestatem ab ostia atrocem. Id si ue ioco dixit, siue fortè lapsa vox est, in præsagium vertit. Mox adsunt à Cæsare nuntij, qui vindictam parant.

Obsoletorū affectatio.

7 Fauorinus philosophus in adolescentem priscarum & iam obsoletarum vocum affectatorem: Curius, inquit, & Fabritius diluculè cum suis fabulati sunt. neque Auruncorum, Sicanorum, aut Pelasgorum, qui primi Italiam incoluisse leguntur, sed ætatis suæ verbis locuti sunt. Tu verò perinde quasi cum matre Euandri nunc loquaris, verbis iam olim desitis vteris. Quòd si intelligi non vis, quæ loqueris, non hoc abunde consequeris tacens?

Risus intempestiuus.

8 Ficus Philemoni paratas & in cōspectu eius positas asellus comedebat. Puer inclamatus, vt asinum abigeret, serò venit. Itaque consumptis omnibus, Quoniam, inquit, tam tardus fuisti, da nunc merum asello. Interim risus obortus hominem senem præfocauit.

9 C. Iulius Helio mancipi sæpius obstrepenti sibi dixit, Etiam ostendam qualis sis: & Helio instanti, vt ostenderet qualis esset, Iulius digito demonstrabat Gallum in Mariano seu to Cimbrico depictum, nodis distortum, eiecta lingua, buccis fluentibus, cui manceps tum simillimus est visus. Taberna autem erat apud forum, ac scutum illud signi gratia positum. Ingens omnium risus consequutus est.

Lapi-

Expectarant enim vt aliquid in mores illius obijceret.

10 *Iocosè.* Iuba quærenti quòd ab illius equo esset aspersus: Quid tu, inquit, an me hippocentaurum putas? Deridens eum, qui quod equus commiserat, domino sessori imputaret, quasi idem animal esset equus & sessor, quales finguntur hippocentauri.

11 *Miles sine gladio.* C. Crassus militem videns sine gladio currentem: Heus, inquit, commilito pugno bene vteris: festiuiter taxans inermem militè, cui pro gladio pugno sit vtendum.

12 *Inuidia.* Publius videns Pubtium Mutium hominem maleolum & inuidum, solito tristiorem: Aut Mutio, inquit, aliquid accidit mali, aut alteri cuipiam aliquid boni: Sentiens illum non minus alienis commodis quàm suis incommodis vti.

13 *Hydropis.* Publius natione Syrus, quum herus ipsius seruum hydropicum in area iacentem increpans interrogaret, quid illic ageret, lepidè pro seruo respondit, Aquam calefacit.

14 *Otium molestum.* Idem quum super cœnam esset orta iocosa quæstio, quodnam esset molestum otium & alius aliud opinaretur, respondit podagrici pedes. Otium vt rem suauissimam expetunt omnes, sed otium podagrici cum summo cruciatu coniunctum est.

15 *Iocus ex nomine.* Faustus Syllæ filius, in sororem, quæ eodem tempore cum duobus adulteris haberet consuetudinem, Fuluio fullonis filio, & Pompeio cognomine Macula, facetissimè lusit: Miror, inquit, sororem meam habere maculam, quū fullonem habeat.

16 *Pingere, sinere.* Seruilius Geminus cœnans apud Lucium Mallium, qui Romæ pictor insignis habebatur, quum videret filios illius deformes: Haud simi-

similiter, inquit, Malli fingis ac pingis. Et Mallius: Non mirum, inquit, in tenebris enim fingo, luce pingo.

17 *Breuis potestas.* M. Votacillus Pitholaus in C. Seruilium, qui vno tantùm die consul fuit, ita lusit, Antè Flamines, nunc consules diales fiunt. Abusus est voce, diales, quasi à die deducta sit, ac non magis à Ioue, cui Flamines instituebantur.

18 *Nux pinea.* Lapidatus à populo Vatinius gladiatorum munus editurus, impetrarat ab ædilibus edictum, ne quis quid in arenam mitteret, nisi pomum. Per id tempus fortè Cæselius consultus à quodam, num nux pinea pomum esset: Si in Vatinium, inquit, missurus es, pomū est. Nam ea nux, & dura & grauis pro lapide esse poterat. Martialis pineam nucem appellat pomum hoc distichо.

Poma sumus Cybeles, procul hinc discede viator.
Ne cadat in miserum nostra ruina caput.

19 *Morsus tetus.* Quum Publius Clodius diceretur iratus Decimo Valerio, q. ipsi mutuum petenti non dedisset: Quid, inquit, mihi amplius facturus es, nisi vt Dyrrhachium eam, ac redeam? Exprobrans illi Ciceronis exilium, ab ipso procuratum, quod tamen populi, ac bonorum virorū studio breuius fuit, quàm volebat Clodius.

20 *Profusio.* Quum Brutus iunior fundos ædesque paternas luxu prodegisset, & in his etiam balneas, & in sermone quodam diceret se frustra sudare: Non mirum, inquit Crassus: nuper enim existi è balneis. Lusit ex ambiguo, exit è balneo, qui lauit, & exit, qui vendit, alterique cedit.

21 Idem Brutus quum in accusatione C. Planci duos lectores excitasset, & alteri de Colonia Narbonensi Lucij Crassi, qui reo Bruti

aderat, orationem legendam dedisset, alteri de lege Seruilia, ex his demonstrans illum sibi pugnantia scribere: Crassus vicissim tres Bruti patris de iure ciuili libros tribus legendos dedit. In quorum primo erat, Forte euenit, vt in Priuernate essemus. Hic Crassus: Audis Brute, pater testificatur se tibi fundum Priuernatem reliquisse. In secundo libro scriptum erat, In Albano eramus ego & Marcus filius. Hic rursum Crassus, Norat hunc gurgitem, metuebat, ne quum is nihil haberet, nihil esse ei relictum putaretur. Tum ex tertio recitatum est, Quum in Tiburti assedimus ego & Marcus filius. Tum Crassus, Vbi sunt hi fundi Brute, quos tibi pater publicis commentarijs consignatos reliquit? Quod nisi puberem te iam haberet, quartum librum cõposuisset, & se etiam in balneis lotum cum filio scriptum reliquisset. Ita Crassus duos lectores aduersum se à Bruto excitatos, tribus aduersus ipsum productis vltus est. Hoc vrbanitatis exemplum refert M. Tullius, quod non astringitur paucis verbis, sed per orationem fusum est.

22 Philippus causam agens, quum pusillus testis prodisset, Licèt ne, inquit, rogare? quum quæstor properans dixisset, licet, modo breuiter: Hic Philippus, Non accusabis, per pusillũ rogabo. Primum in testem risus obortus est, sed mox in iudicem Lucium Aurificem conuersus, qui sedebat ipso teste breuior. *Iocus ex ambiguo.*

23 Vargula cum eum candidatus A. Sempronius cum Marco fratre suo complexus esset: Puer, inquit, abige muscas, leuitatem ac molestiam complectentium significans, sed ridicule magis quam vrbanè. *Muscas abigere.*

24 Nero quidam in seruum furacem ita iocatus

tus est, vt diceret, solum esse, cui domi nihil sit nec signatum, nec occlusum. Id si de frugi seruo dicas, laus est: si de furaci, iocus. Intelligimus enim illi nec seras, nec signa obstare, quominus furetur. Serinia claudimus, holim & cadi lagœnæque solent obsignari. *Furax.*

25 Spurio Carnilio grauiter claudicanti ex vulnere ob Rempublicam accepto, & ob claudicationis vitium in publicum prodire verecũdanti, mater dixit, Quin prodis mi Spuri, & quotiensçunque gradum facis, toties tibi tuarum virtutum venit in mentem. *Claudicatio honesta.*

26 De Caluino Glaucia claudicante dixit quidam, Non claudicat, sed clodicat. Veteres Clodium dixere pro Claudio. Hinc iocus in eum qui Clodio fauebat. *Clodicare.*

27 Publius Blessus Iunium hominem nigrum macilentum & repandum, fibulam ferream appellauit, ob coloris duriciem, & incuruati corporis similitudinem. *Resupini.*

28 Vatinius reus à Caluo accusatore in inuidiam vocatus, quòd candido sudario frontem tergeret: Quanquam, inquit, sum reus, tamen & panem candidum edo: ita crimen diluens, vt duplicaret. Solent autem rei prodire squalidi. *Delicatus reus.*

29 Quum in triumpho C Cæsaris oppida eburnea fuissent circumlata, ac paucis post diebus in triumpho Fabij Maximi lignea deportarentur, Chrysippus ludens dixit eas esse thecas oppidorum Cæsaris: Solent enim res pretiosæ ligneis thecis muniri.

30 Empedocles quum in arena Mirmillonem Retiarius sequeretur, nec ferret: Viuum, inquit, capere vult. Sic in venatu, qui cupit animal viuum, cauet, ne vulneret.

31 Augustus videns equitẽ in spectaculis biben-

tem, misit, qui illi suis verbis diceret, Ego si prandere volo, domum eo. Respondit eques: Tu enim non times, ne perdas locum. Augustus sensit indecorum esse illic in publico bibere. Eques per iocum sic interpretatus est, Cæsarem sine damno posse discedere è theatro, q locus ipsi seruetur, non item equiti. *Liberè.* 31

Manius Curtius Campatium de theatro exeuntem interrogauit, num spectasset: Campatius stultitiam hominis sic irrisit: Nō, inquens, sed in orchestra pila lusi. Quid aliud fecisset in theatro, nisi vt spectaret? Quasi quis è balneo exiens rogetur an lauisset. Sed multò absurdus est in orchestra pila ludere. *Iocus ab absurdo.* 32

Iunius Bassus Domitiæ Passanii querenti, q ei sordes obiiciens dixisset illum veteres calceos vendere: Nunquam mehercule, inquit, istuc, dixi, sed dixi emere solere. Atque multò sordidius est emere quàm vendere veteres calceos. Sic irrisit mulierem, vt pro eo quod obijciebatur, subiceret aliud illo molestius. *Conuicium mutatū in in peius.* 33

Eques Romanus obijcienti Augusto, q patrimonium deuorasset, Meum, inquit, putaui. Simulans errore factum quod criminabatur, ac sentiens interim non esse crimen, si quis sua suo profundat arbitrio. *Liberè.* 34

Cassius Seuerus quum obiurgaretur à prætore, q eius aduocati Lucio Varo Epicureo Cæsaris amico conuiuium fecissent: Nescio inqt qui conuiciati sint, & puto Stoicos fuisse. huc alludens, q inter Epicureos, & Stoicos maximum dissidium est. Nam Epicurei felicitatem hominis voluptate metiuntur, Stoici præter honestum nihil ducunt in bonis. 35

Idem cuidam obijcienti, quòd Proculeius ei domo interdixisset, Nunquid, inquit, ego illuc accedo? Elusit obiectionem: nam in ius voca- *Salsè.* 36

Vocari solent, qui contra prætoris interdictum adeunt locum, non is qui paret interdicto. Simul innuens se nequaquam teneri domus illius desiderio.

Trachalus Suellio cuidam inter argumentandum dicenti, Si hoc ita est, is in exilium: per iocum subiecit, Si non est, redis. *Irrisio.* 37

Catulus Philippo oratori dicenti, Quid latas? respondit, Furem video: conuitium latrandi in ipsum retorquens, notans hominis rapacitatem. *Retortum dictum.* 38

Catulus quum orator quidam malus, qui in epilogo se putabat mouisse misericordiā, postquàm assedit, rogaret hunc, videretur ne mouisse misericordiam, Ac magnam quidem, inquit: Neminem enim esse puto tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit. *Depraua-tum.* 39

Theodotus regis Ægypti præceptor aliis censentibus esse recipiendum Pompeium, aliis nō recipiendum, neutris assentiens dixit, recipiendum, sed occidēdum, addens iocum, mortuos non mordere. Atque huius sententia vicit, tuta suadens magis, quàm honesta. *Mortui nō mordent.* 40

Scipio in Neuium quendam: Quid hoc, inquit, Neuio ignauius? Lusit è contrario mutata literula. *Iocus ex nomine.* 41

M. Scipio Maluginensis ex sua centuria renunciarat Acidinum consulem, quumque præco dixisset, Die de L. Manlio: Ego, inquit Scipio, virum bonum, egregiumque ciuem esse arbitror. Præco expectabat suffragium pro Manlio: Scipio respondit, quasi de moribus illius interrogatus. Nescio an hic Acidinus, nomine & prænomine dictus sit L. Manlius. quumque Scipio postremum ad nomen tantum respexisset, Præco admonuit, & illa addēda, Hinc Scipio iocandi occasiōnem arripuit. 42

43 *Turmales.* Scipio maior Corinthijs pollicentibus se illi statuam posituros eo loco, quo erant aliorum imperatorum, respondit sibi displicere turmales: Sentiens in turba occultari, quod additur. Turma proprie equitum est in bello. Id transtulit ad statuas armatas.

44 *Contumelioſè.* Scipio apud Numantiam iratus C. Metello, dixit, si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parturam. Tarditatem mentis, ac deformitatem corporis illi, fratribusque eius exprobrans.

45 *Excuſatio in peius.* Scipio quum ei M. Flaccus multis probris obiectis P. Mutium iudicem tulisset: Eiero, inquit, iniquus est Huic voci quũ esset ad murmuratum: Ah, inquit, patres conscripti non ego mihi illum iniquum eiero, sed omnibus. Expectabatur, vt purgaret, quod dixerat, sed aggrauauit. Licèt reijcere iudicem reo inimicum seu iniquum, hoc est, male volentem, sed multo magis eum qui nulli æquus est.

46 *Apta.* Quum Africano illi maior corona sæpius in conuiuio imposita rumperetur, Licinius Varus accommodanti dixit, Noli mirari, si non conuenit, caput enim magnum est: Sentiens hominem esse præpotentem, cui non quiuis corona congrueret.

47 *Agere ſatagere.* Domitius Afer Manlium Suram, multum in agendo discursante, salientẽ, manus iactantem, rogam deijcientem, ac reponentem, non agere dixit, sed satagere. Actio n. oratoris est. Satagit aũt, qui frustra, miserẽque conatur.

48 *Ironia.* Afer Didio Gallo, qui prouinciam ambitiosissimè petierat, mox impetrata ea, quærebatur quasi coactus esset: Agè, inquit, aliquid & p repub. elabora. Iocus est ab ironia, simulque allusum illuc est, quòd magistratum magno studio ambisset.

Afer

Afer orator egerat causam aduersus libertum Claudij Cæsaris. Quidam ex aduerso conditionis eiusdem, cuius erat litigator, cui aduersabatur Afer, exclamauit. Itane tu semper in libertos Cæsaris dicis: videlicet illi metum injcere cupiens ex nomine Cæsaris: subiecit Afer, Nec mehercule quicquam proficio. Notans illum post alios libertos existere, contra quem dicere cogeretur. 49 *Saltè.*

Idem in quendam patronum imperitum, sed splendido vestitu se venditantem litigatoribus, lepidè dixit, Homo in agendis causis bene vestitus. Lusit ab inexpectato. Nam auditor pro vestitus expectabat instructus, aut exercitatus. 50 *Ab inexpectato.*

Idem quum qui diuersam partem agebant subinde repeterent, Celsinam hoc dicere, quũ probè nouisset fœminam præpotentem, tamẽ simulans se credere, Celsinam virum esse, rogauit quis esset ille Celsina: obiter notans illorum ineptiam, qui tantum autoritatis, opũ gratia, tribuerant fœminæ, vt illius dicta toties citarent pro testimonijs. 51 *Diſſimulãter.*

Domitius Afer quum haberet ingratum litigatorem, ipsius conspectum vitanti, ne cogeretur agnoscere patroni beneficium, in foro per nomenclatorem dixit illi, Amasne me, qđ te non vidi? Rectè exprobrans ingratitudinẽ, cui gratum esset non videri à bene merito, ne cogeretur illi gratias agere. 52 *Ingratitudo.*

Idem dispensatori, qui quum ad reliqua non responderet, dicebat subinde: Panem nõ comedi, & aquam bibo: Pasce, inquit, & redde, quod debes. Non agebatur, quid edisset, aut bibisset, sed quid deberet. Permisit igitur vt se quomodo vellet, pasceret, modo solueret, quod debebat. 53 *Aliena à cauſa.*

54 *Cõfessio per ironiam.*

Idem candidato dicenti, semper domum tuam colui: Credo, inquit, & verum est, quum posset palàm negare. Candidatus enim hoc ad gratiam fingebat.

55 *Ex ambiguo.*

L. Galba scurra cuidam pilam negligenter petenti: Petis, inquit, tanquam Cæsaris candidatus. Huius competitores negligentius ambiebant, vel quia metuebant Cæsarem repulsę impatientem, vel quia desperabant se assequuturos tali competitore, vel quia sic illi blandiebantur. Iocus est ex ambiguo, petitur pila, quæ repercutitur, & petitur magistratus.

56 *Ex absurdo.*

Idem cui cœnaculum perpluebat, cuidam commodato rogante penulam, dixit, Non possum commodare, nam domi manco. Significans domi maximè opus esse penula. Solent alij secus excusari, non posse commodare penulam, ipse exeo.

57 *Excusatio.*

Item alteri roganti vsum penulæ: Si non pluit, inquit, nõ est tibi opus: si pluit, ipse vtar. Dilemmate excusauit officium.

58 *Dissimulatio.*

Idem Meccœnatem acceperat conuiuio, quumque sentiret illum velle ad ipsius vxorem ludere, simulauit se dormire, quò magis liceret Meccœnati, quod libebat. Interea quum accessisset aliquis volens quædam è mẽsa tollere, ibi Galba: Infelix, inquit, huic dormio, non tibi.

39 *A mẽdacio manifesto.*

Galba quodam iactante, quòd in Sicilia Murænam quinque pedes longam emisset victoriato: Nihil, inquit, mirum: nam ibi tam longæ nascuntur, vt his piscatores pro restibus cingantur. Mendacium euidentiore mendacio desijt.

60 *Deformis ingeniosus*

In Galbam oratorem eloquentia clarum, sed gibbo deformem, ita lusit M. Lælius, vt diceret ingenium Galbæ malè habitare. Nam animi

animi domicilium est corpus.

In eundem acerbius etiam. Orbilius gram- 61
maticus, qui prodierat testis contra reum, cui *Retortum.*
Galba aderat. Hunc vt Galba confunderet, finxit se nescire, quòd grammaticus esset, & conuitio locum captans interrogauit, Quid artium facis; In Sole, inquit, Orbilius, fricare gibbos soleo.

Quidam humiliori liberius aduersus ip- 62
sum multa loquenti: Colaphum, inquit, tibi *Ridiculè.*
dicam, & formulam scribo, quòd caput durũ habeas: prò diem tibi dicam dixit, colaphum tibi dicam: & in capite duro lusit amphibologia. Siquidem durum caput habet peruicax, & durum caput habet, qui offendit manum percutiens. Allusit autem ad morem eorum, qui quempiam in ius vocant, quorum est & diem reo præscribere, & quut in ius vocetur misso libello exprimere.

Quidam interrogatus, quid sentiret de eo, 63
qui fuerat in adulterio deprehensus, Tardus, *Ab inexpe*
inquit, mihi fuisse videtur. Ludens ab inex- *ctato.*
pectato, significansque quod non fugisset in tempore.

Quidam deploranti, quòd vxor sua se de 64
ficu suspendisset: Rogo, inquit, des mihi sur- *Vxor mole*
culum ex illa arbore, vt inseram: per suspitio *sta.*
nem ludens, quum vellet intelligi sibi molestam esse vxorem.

Quidam mirantibus, q̃ humile candela- 65
brum emisset: Pransorium erit, inquit, eludẽs iocoso mendacio, ne parcus videretur. In conuiuijs vtimur humilioribus candelabris, vt ex actius peruideamus, quæ sunt appositа.

Dignus erat nominari, qui de quodam il- 66
laudato veluti laudans dixit: Quid huic abẽ, *Exceptio*
nisi res & virtus? Similis iocus hodie apud *in cosa.*

Gal-

Gallos vulgatissimus fertur quum aiunt, Sum totus tuus, excepto corpore & bonis.

67 Sybarita quispiam iter faciens per agros, quum videret quosdam fodientes, dixit se spectando illos fodientes rupturam capere. Ad hanc vocem auditam, quidam ita respondit, At mihi te audienti latus dolet. Tanta erat Sybaritarum mollicies, vt nullum opificium in ciuitatem admitteretur, quod cum strepitu exerceretur, quod genus sunt fabrorum ferrariorum, & lignariorum. Atque adeò ne gallum quidem gallinaceum in ciuitate phas erat alere, ne quid esset, quod illis somnum interrumperet. Locus autem in hoc erat, quòd agricola probabilius dixit sibi ex tam stulta voce dolere latera quàm Sybarita dixerat, se ex fossorũ ligone sentire rupturam. Latera dolent loquenti, non audienti: & rupturam patitur graiter laborans, non spectator. Commemorat hoc Athenæus in duodecimo.

68 *Salsè.* Quum testis qui se dicebat à reo vulneratũ interrogaretur, an cicatrices haberet, ingentẽ in femore cicatricem ostendit: tum aduersarius: Latus, inquit, erat opportunus. Significans illum vulnere letaliore dignum.

69 *Patronus malus.* Siculo cuidam Scipio prætor patronum cauſæ dederat hospitem suum, hominem nobilem, sed egregiè stultum. Sic Siculus: Quæso, inquit, prætor aduersario meo da hunc patronum, deinde mihi neminem dederis: Sentiẽs illum tam insigniter stultum, vt illo diuersam partem adiuuante, posset etiam nullo patrocinante vincere.

70 *Obsequiũ humile.* Quidam videns Fauonium, quum nulli adessent famuli, Pompeio per omnia inseruientem, vsque ad pedum lotionem, pronuntiauit Græcum versiculum.

θεῦ τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἅπαν καλόν. id est, *Claris viris vt est decorum quidlibet.*

Qui Scipionis gloriæ inuidebant, dicere so- 71
lent, illum esse egregiorum facinorum histrionem, Lælium verò collegam illius gestorem. Alludentes huc, q. alius est actor fabulæ, alius autor: Sentiebant Scipionem præclaras res gerere, sed Lelij consilijs. *Cõsiliarius*

In Metiochum nimiis in Repub. sedulum, 72
nihilque non agentem illa iactata sunt. *Ardelio.*

Μητίοχος μεγὶ στρατηγεῖ, μητίοχος δὲ πᾶς ὁδοὺς,
Μητίοχος δ' ἄρτυς ἐποπτᾶ, μητίοχος δὲ τ' ἄλφιτα,
Μητίοχος δὲ πάντα κεῖται, μητίοχος δ' οἰμώξεται. id est,
Metiochus dux est, at idem
Metiochus curat vias,
Metiochus molit farinas,
Metiochus panes coquit.
Metiochus sit cuncta solus,
Metiochus plorauerit.

Est aliquid pauca bene agere. Notat Martialis quendam ardelionem, qui nihil non faciebat bellè, quum nihil faceret bene.

Quidam Athenienſis indiſertus, ſed factis 72
ſtrenuus, & artis peritior, quum alius oratione facunda, meditataque, multa præclara pollicerẽtur: Viri, inquit, Athenienſes, quæ iſte magnificè diſſeruit, ego re efficiam. *Facere præſtatus quã dicere.*

Sylla quum Prænestę oppidum armis cepiſ- 73
ſet, decreuiſſetque quicquid erat ciuiũ trucidare, hoſpitem ſuum iuſſit excipi, hoc beneficio penſare volens hoſpitij cõcati gratiam. At ille contrà liberè: Nolo, inquit, patriæ meæ extinctoti debere vitam, ſimulq; turbæ ciuiũ ſeſe admiſcuit, & cum illis trucidatus eſt. *Patriachæ ritas.*

Seruus

74 Seruus quidam ab hero Chio negociatore profugerat. Rogatus cur fugisset: Quoniam, inquit, quum adsint bona, mala quærit. Solet enim herus ille vinum mustum primæq; suauitatis vendere, ipse interim non bibens nisi subacidum, ac vapescens

Parsimonia sordida.

75 Seruus quidam interrogatus quid ageret dominus: Expectat, inquit, donec vinum fiat acidum. Habebat herum perparcum, qui non prius sinebat bibi vinum, quàm acuisset. Ita fiebat, vt familia semper acidis ac vapidis vinis vteretur.

Parsimonia sordida.

76 Quidam seruum fugitiuum insequens, quũ ille in pistrinum se proripuisset: Vbi, inquit, alibi te reperire maluissem? Serui maximè oderunt pistrinum, eóque detruduntur, ob grauissima peccata.

77 Thessalus quidam interrogatus, quinam essent Thessalorum deterrimi: Qui, inquit, à bellicis negotijs ocium agunt. Barbari nesciunt vti pace.

Ocium.

78 Equiso quidam interrogatus, quid maximè saginaret equum: Oculus, inquit, regis: Sentiens equum optimè curari, si dominus frequenter adsit. Idem vult illud celebre, Frons occipitio prior est.

Domini præsentia.

79 Nestor apud Sophoclem ad Aiacem se conuitijs incessentem ita loquitur.

Vitia pensata.

Σὺ μέμφομαί σε. σῶν γὰρ εὖ κακῶς λέγεις.

De te queror nil, malè loquens, facis bene.

Aliquid concedendum est viris fortibus, deq; repub. bene meritis, & bene pensat linguæ vitium, qui factis egregius est.

80 Olim in diuitum epulis apud Ægyptios, vnus quispiam cadauer ligneum, sed quã pro ximè

ximè ad verum effictum, ostendit singulis, di *Mortis me*
cens: In hunc intuens pota & oblecta te, talis *moria.*
post mortem futurus: Dubites quo animo id
fecerint, vtrum vt moderatius fruerentur voluptatibus, conditionis suæ memores, an auidiùs, vtpote mox abituri.

Puer quidam apud Platonem educatus, 81
quum ad patrem ex interuallo rediisset, eum- *Assue scen*
que vidisset effusius ridentem, admiratus di- *dum optimis.*
xit, se tale nihil vnquam apud Platonem vidisse. Tanta res est iam inde à teneris, virtuti assuescere.

Rhodius quidam ministro Romani Impe- 82
ratoris multa vociferanti ferociter: Non cu- *Mina inanes.*
ro, inquit, quid tu dicas, sed quid ille taceat. Loquacitas caret effectu, taciturnitas habet certiora consilia.

Ægyptius baiulus gestans quiddam velis 83
opertum, cuidam scisciranti quid portaret: *Curiositas*
Ideo, inquit, obuelatum est, ne scires: tu verò cur curiosè vestigas, quod occultarum est? Solent vectigalium redemptores explorare sarcinas. Ægyptij autem dicti sunt ἀχθοφόροι.

Byzantius quidam quum mœchum in vxo 84
re deformi deprehendisset: Miser, inquit, quid *Adulterium*
opus erat Sapragoræ dote? Significans fœminæ tam deformi non futurum fuisse, qui cumberet, nisi dote conductum. Nunc quum illa nacta esset gratis adulterum, quid opus erat Sapragoræ marito dare dotem, quum esset, qui gratis hoc faceret?

Quidam somniarat se videre ouum ex lecti 85
cubicularis fascia pendens illigatum. Id somnium retulit ad coniectorem. Is iussit, vt eo *Nihil de*
loco foderet, defossum enim esse thesaurum. *vitello.*
Fodit & inuenit, & argenti paululum detulit

ad

ad coniectorem, de auro dissimulans. Tum cõiector, Quid? nihil, ne de vitello? Somniator iuerat aurum argento circundatum in oui speciem. nec id latuit coniectorem.

Lucri auiditas.

16 Philosophus quidam Pythagoricus à sutore emerat phecassia, calceamenti genus, non præsentibus nummis. Paucis post diebus redit ad tabernam rediturus pretium: quumq; clausam diu pulsaret ianuã, fuit, qui diceret, Quid perdis operam tuam? Sutor ille quem quæris, elatus combustus est, & addidit iocum in Pythagoricum: Id nobis quidem molestum est, qui in æternum nostros amittimus, tibi minimè, qui scis futurum, vt renascatur. His auditis Pythagoricus treis denarios non inuita manu domum retulit, subinde manu concutiẽs, velut de lucro gestiẽs. Post quum hunc animi affectum reprehendisset, redit ad tabernam, & ait sibi: Ille tibi viuit, tu redde, quod debes. simulque per clostrum, quà se commissura laxauerat, treis denarios in tabernam immisit, pœnas à seipso exigens improbe cupiditatis, ne assueseceret alieno. Prudenter ille quidem, qui morbo suppullulanti statim occurrit.

Bonorum paucitas.

87 Vopiscus in D. Aurelio refert apophthegmata scurræ cuiusdam, qui dixerit, in vno anulo bonos principes omnes sculpi posse. Sentiens esse magnum imperatorum numerum, sed in his perpaucos bonos.

Principatus solicitæ res.

88 Rex quidam, cuius nomen supprimitur, nominari alioqui dignissimus, quum ipsi porrigeretur diadema, tenuit aliquandiu manu, dixitque, O nobilem magis quàm felicem pannum, quem si quis penitus cognoscat, quã multis periculis, solicitudinibus, ac miseriis sit refertus, ne humi quidem iacentem tollere dignetur.

Pro-

Retortus cus.

Proconsul quidam Romanus in Sicilia cõspicatus quendam adolescentem admodum 89
sui similem, rogauit similitudinis causam, quum pater suus nunquam adisset Siciliam: At meus, inquit, Romam frequenter accessit. Iocum retorsit Siculus, nihil veritus secures ac virgas proconsulis. Simillimum huic dictum in Augusto.

Largitio.

Quidam dixit eum, qui primus populo Romano dedit epulum & congiarium, exitij causam illi fuisse. Vnde Cæsar Augustus cogitauit aliquando de tollendis huiusmodi largitionibus. Infyncerus fauor est, qui donis emitur. Quæ si minuas, ingens murmur: si tollas, sedition grauis oritur. 90

Auro pugnare.

Philippus Macedonum rex, quoniam pleraque dando perfecit potius, quàm bellando, 91
iactatum est in illum, non Philippum, sed Philippi aurum subegisse Græciam. Ita Plutarchus in vita P. Æmilij.

Sobrietas.

Romulus primus vrbis Romanæ conditor legitur vini fuisse parcissimus. Is ad cœnam 92
vocatus, quum ibi minimum bibisset, eò q; postridie negotium haberet, dicunt illi familiares: Si ad istum modum bibant omnes homines, vinum esset vilius. Ille respondit, Imò verò charius, si quãtum quisque volet, bibat: nam ego bibi quantum volui.

Clementer

Porsena demiratus egregium animum Mutij Scæuolæ, qui iratus dextræ suæ, q; in stri- 93
gendo ferro erraslet, foculo impositam eam exuri passus est, dixit illi: Reuertere ad tuos Muti. eisque refer, te quum vitam meam petieris à me vita donatum.

Tarquinius Superbus iam exul factus, dixisse fertur, se tum demique cognouisse quos 94
habuisset amicos fidos, quos infidos, cùm neutris

neutris gratiam referre posset. Qui commodi gratia sunt amici, sublata commodi spe desciscunt amicitiam. Sed amicos secundæ res parant, aduersæ probant.

95 *Amor gloria.* Horatius rediens ad suos, trium Curiatiorũ fratrum quos occiderat, sponsa gestabat, quorum vni desponsa fuerat Horatii soror virgo. illa agnoscens sponsi paludamentum quod ipsa manibus suis confecerat, soluit crines, ac fletu sponsum mortuum inclamat. Horatius sororem gladio transfigit, dicens: Abi hunc cũ tuo præpropero amore, oblita fratrum mortuorum, viuiq́ue, oblita patriæ. Tantum valuit amor laudis, & patriæ gloria.

96 *Pudicitia coniugalia* Quum Collatinus cum paucis familiaribus ad Lucretiam veniſſet à Sexto Tarquinio vistupratam, quærenti vtro ex more, satin salue? Minimè, inquit Lucretia, quid enim saluo mulieri amissa pudicitia? Vestigia alieni Collatine in lecto sunt tuo. Sed corpus tantũ violatum est, animus insons est mors testis erit: his dictis cultrum, quem abditum habebat, in cor infixit, & collapsa est moribunda.

97 *Libertè.* C. Plautius consul de Priuernatibus, qui à Romanis desciuerant, ad senatum retulit; ac variantibus sententijs, quidam Priuernatum legatos percontatus est, quam pœnam viderẽtur meruisse: Eam, inquit, è legatis vnus, quam merentur, qui se libertate dignos censent. Hic consul: Quid, inquit, si vobis pœnam remittimus, qualem vobiscum pacem habituri sumus? Si bonam dederitis, inquit, & fidelem & perpetuam: si malam, haud diuturnam.

98 *Seuerè.* A Papitio Cursore viro impigro equites ausi sunt petere, vt pro re bene gesta relaxaret aliquid laboris. Quibus ille: Ne nihil, inquit, remissum dicatis, remitto, ne vtique dor-

sum demulceatis, quum ex equis descenderitis. Hoc non erat remittere laborem, sed equo curando aliquid adimere.

Appius Populo Romano exprobrabat, sibi 99
acceptum ferri debere, quòd ex muto, & elin- *Facta dictis potiora.*
gui facundum haberet consulem, de L. Volumnio collega sentiens. Ibi L. Volumnius: Quàm mallem, inquit, tu à me strenue facere, quàm ego abs te scitè loqui didicissem.

Romani dicebant, prima Gallorum prælia 110
plusquam virorum esse, postrema minus q̃ fœminarum, q̃ primo impetu feroces eẽnt, mox demitterent animos. *Prima cotio.*

Quum exercitus Romanus terga daret Sã- 1
nitibus, M. Attilius consul equo præuectus ad portam castrorũ edixit, vt quicunq; miles ad vallum tenderet, siue Samnis esset, siue Romanus, pro hoste haberetur: Quò pergis, inquit, miles? Hic arma & viros inuenies, nec viuo consule tuo, nisi victor castra intrabis. Proinde elige, cum ciue, an cum hoste pugnare malis. *Seueri.*

Sagunto à Pœnis contra fœdus oppugnato, 2
Romani legatos misere Carthaginem, in quibus erat Q. Fabius, exploraturos, an id publico consilio factum esset. Ad id quum quidam Carthaginiensiũ princeps ferocius respondisset, Romanus sinu ex toga facto: En, inquit, vobis bellum & pacem apportamus, vtrum placet sumite: quum Pœni ferocius reclamarent, daret vtrum vellet; Romanus effuso sinu: Bellum, inquit, damus. Responderunt Pœni se accipere, eoq́ue animo gesturos quo ille daret. *Animos.*

Martius Coriolanus in bello aduersus Vol- 3
scos, quũ rogaret, vt labore ac vulnerib. eger

Victoria dulcis.

sese in castra reciperet: Non est, inquit, victoris laborare, moxque hostem fugientem insectatus est. Victoriæ dulcedo excutiebat omnē molestiæ sensum.

4 *Honor potior mercede.*

Quum ob bene nauatam operā ante prædæ diuisionem singulis rebus, equis & captiuis, denos sibi eligere iuberetur, insuper & equo pulcherrimo donatus à consule: Lætor, inquit à consule laudari, equumq; fortitudinis præmium lubens accipio, cæterō non tam decora quàm mercedem non accipiā: fuitq; communi reliquorum sorte contentus. Nec aliud extra ordinem petiit, quàm vt Volscus quidam vir probus & equus, quo hospite, & amico fuerat vsus Coriolanus, non venderetur captiuus, sed suæ libertati relinqueretur. Huic animo contemptori pecuniæ, & hospitis memori, magis applausum est, quàm victoriæ.

5 *Pietas.*

Quum Coriolanus meritò iratus ingrato Populo Romano exitium vrbi moliretur, nec à legatis, nec à sacerdotibus exorari posset, Veturia mater vnà cum vxore filij ac liberis in castra venit, in cuius complexum quum accurreret Coriolanus: Sine, inquit, illa prius sciam, vtrum ad hostem an ad filium veneris, & vtrum captiua, an mater in castris tuis sim. Hæc aliaque cum dixisset, matrem complexus. Expugnasti, inquit, & vicisti irā meā. Patria te mihi quamuis meritò inuisam, huius precibus dono.

6 *Salubritas iuncta fœcunditati.*

Attilius Regulus, qui fuit bello Punico bis consul, aiebat, neque fœcundissimis locis agrum insalubrem parandum, neque effœcunditis saluberrimum. Frustra salubris est locus, vbi peritur fame. Et frustra fertilis est, vbi non licet viuere.

Man-

Manlius consulatum magno consensu recusauit, excusans aduersam valetudinem oculorum: sed instantibus cunctis: Alium, inquit, Quirites quærite, cui mandetis istum honorē. Nam si me suscipere coegeritis, nec ego mores vestros ferre, nec vos meum imperium perpeti poteritis. 7 *Seuerè.*

C. Figulus in petitione cōsulatus repulsam passus est. Id ergo grauius tulit, quòd patrē haberet bis consulem. Ad hunc cum postridie comitiorum complures venissent consulendi gratia, nam erat iuris ciuilis peritissimus, omnes dimisit, ita præfatus, Oēs consulere scitis, consulem facere nescitis. 8 *Iugratitudo.*

M. Drusus tribunus plebis non contentus L. Philippum consulem præcipitasse in carcerem, quòd se loquentem ausus esset interpellare, quum senatus ad eum misisset, vt veniret in curiam: Quur non potius, inquit, senatus ad me venit in Hostiliam rostris propinquam? Quid consequutum? Tribunus senatus autoritatem despexit, senatus tribuni verbis paruit 9 *Arrogātia fœlix.*

C. Fimbria procurarat vt Scævola in funere C. Marij iugularetur, quem vt cognouit ex vulnere recreatum, apud populū deferre instituit. Rogantibus quid optimo, innocentissimoque viro esset obiecturus: Obiiciam, inquit, quòd parcius corpore telum recepit, quasi hoc ipsum crimen esset non perisse. 10 *(rudeliter.*

Quum M. Tullius in Senatu dixisset incendium à Catilina excitatum: Sentio, inquit Catilina, idque si aqua non potuero, ruina extinguam. Vox non hominis, sed furiæ. 11 *Improbitas.*

Mālius torquatus quū è Macedonia venissent legati, graues querelas deferentes de filio

Seueritas. eius Decio Syllano, qui eam prouinciam obtinuerat, à Senatu petiit, ne qd ea de re statuerent prius, quàm ipse causam cognou sset. Quum Senatus illi cognitionem detulisset, domi sedit, solusq; vtrique parti per totum biduum vacauit: tertio die pronuntiauit in hanc formam: Quũ Syllanum filiũ pecunias à socijs accepisse, probatũ sit, & repu. eũ & domo mea indignum iudico, protinusq; è conspectu meo abire iubeo.

13 *Seueritas patris.* Aulus Fuluius filium ingenio, literis & forma florentem, qm in Catilinæ castra properabat, ex itinere retractum occidit, dicens: Ego te non Catilinæ aduersus patriam, sed patriç aduersus Catilinam genui.

14 *Fiducia senectutis.* M. Castritius Placentiæ magistratum gerés Cn. Carboni consuli iubenti decretum fieri, quo sibi obsides à Placentinis redderentur, nõ paruit: Atq; adeò minitanti, dicentiq;, multos habeo gladios: respondit, & ego annos: declarans se senectutis præsidio fretum, non metuere gladios.

15 *Fiducia ætatis & orbitas.* Cesellius quum nec triumuiris obtemperaret, & multa liberè de C. Cæsaris temporibus loqueretur, admonentibus amicis, vt sibi caueret: Duæ, inquit, res sunt, quæ cæteros reddunt formidolosos: mihi maximam suppeditant fiduciam, senectus & orbitas. Senex citò periturus est, etiamsi nemo occidat. Et orbus nec habet, quos curet, nec habet, quibus timeat. Solet enim vltio in liberos propagari.

16 *Animosè.* Quum nauis qua Granius prætorius quæstor vehebatur, in Scipionis potestatem venisset, Scipioq; cæteris direptis quæstori salutem pollicereturtur, quæstor ita respondit. Cæsaris milites salutem dare, non accipere solẽt. Tantum

Tantum loquutus pugione sese confodit. Hos animos Cæsar inspirauerat.

Granius prœco patrono malo quum dicẽdo vocem obtudisset, suasit, vt simul ac domum rediisset, frigidum mulsum biberet: quum is respondisset, Perdam vocem, si id fecero: Melius est, inquit Granius, perdere vocem, q̃ reum. 17 *Patronus malus.*

M. Lucullum q̃ Bruti & Cassij partes sequutus fuerat, M. Antonius occidit. Huius mortẽ quum Volumnius, qui vinum familiariter coluerat, sine fine deploraret, ad Antonium pertractus ait: Iube me protinus ad Luculli corpus ductum occidi. Neque enim illi extincto superesse debeo, quum ei infelicis militiæ autor extiterim. 18 *Amicè.*

C. Furius Cresinus è seruitute liberatus: quũ è paruo admodũ agello largiores multò fructus perciperet, q̃ ex amplissimi vicini. in magna inuidia erat, quasi fructus pelliceret veneficiis. Quamobrem illi dicta dies est à Sp. Albino Curuli. Reus metuens damnationẽ, quum in suffragium oporteret ire tribunus, omnia instrumenta rustica in forum attulit, adduxit & filiam validam, bene curatam, ac vestitam, ferramenta egregiè facta, graues ligones, vomeres ponderosos, boues saturos: postea dixit, Veneficia mea, Quirites, hæc sunt, nec possum vobis ostendere, aut in forum producere lucubrationes, viligiasq;, & sudores. Omnium sententijs absolutus est. 19 *Industria lucrosa.*

Q. Flauius apud populum reus actus accusante C. Valerio, quum quatnordecim tribunũ suffragiis damnatus esset, proclamauit se innocentẽ opprimi: cui Valerius æquè clata voce respondit, nihil sua referre nocens, 20 *Ira impotens.*

an innocens periret. Ea vox tam violenta reliquas tribus reo conciliauit: itaque reus, quem proſtratum credebat, abſolutus eſt.

Tranquillitas.

21 Pomponius Atticus in funere matris, quã extulit nonagenariam, ipſe natus anno ſexaginta ſeptem, gloriatus eſt, q̃ nunquam cum matre in gratiam rediiſſet, nunquam cum ſorore fuiſſet in ſimultate, quàm propè æqualem habuit. Hanc vocem ſe ab ipſo audiſſe ſcripſit Cornelius Nepos. Plus autem eſt non rediſſe in gratiam, quàm non fuiſſe in ſimultate. Matrem nunquam offenderat, inter ipſum & ſororem etiamſi quid incidit offenſarum, nunquam exierunt in ſimultatem, quæ tamen inter fratres & ſorores frequenter acerrimæ ſolent exiſtere.

Fides hoſtiũ legatis ſeruata.

22 Amiſſa claſſe circa Siciliam, Pœni de pace cum Romanis ineunda conſultabant. Amilcar negabat ſe audere ire ad conſules, ne idẽ accideret ipſi à Romanis, quod Pœni fecerant Cornelio Aſinæ cõſuli, cui legato catenę ſunt iniectę. Hanno melius ſentiens de fide Romana, profectus eſt. Cui liberius exponenti cauſam tribunus militum minitans, dixit: & illi poſſe accidere, quod accidiſſet Cornelio conſuli. Hic vterque conſul tribuno ſilere iuſſo? Iſto, inquit, metu Hanno, te fides noſtræ ciuitatis liberat.

Hoſtis aut perdendus, aut demerendus.

23 Samnitibus conſultantibus quid de legionibus Romanis apud furcas Caudinas incluſis fieri deberet, Herennius Pontius ſuaſit, vt inuiolatę dimitterentur. Poſtero die eadem de re conſultus, reſpondit ad vnum vſq; delẽdas: Sentiens aut clementer magno beneficio demerendos hoſtes, aut irreparabili iactura vires illorum comminuẽdas. Neutrum ſecutus eſt exercitus, ſed ſub iugum miſſos con-

contumelia magis illos in ſe prouocauit.

Moderatè.

M. Bibulus in Syria duos egregiæ indolis filios amiſit à Gabinianis militibus Ægypti occiſos. Horum interfectores Cleopatra ad illũ vinctos miſit, vt ſi eos, pro arbitratu ſuo animaduerteret: at ille eos, primus intactos ad Cleopatram reduci iuſſit, dicens eius vindictæ poteſtatem non ſuam, ſed Senatus eſſe debere.

Seueritas in vxorem

C. Sulpitius Gallus vxorem repudiauit, q̃ 25 aperto capite fuiſſet foris: Lex, inquiens, tibi meos vnius præfinit oculos, quibus formã tuam approbes; his ornamento comparato, his eſto ſpecioſa: aliis vel videri formoſam, in ſuſpicione & in crimine hęreat neceſſe eſt.

Adulans libertas.

Tiberio Senatum ingrediente, ſurgens adulator quidam exclamauit, eſſe liberè loquendum, nec reticenda, quæ ad rempub. attinerent. Erectis ad hanc vocem omnibus, ipſo etiam Tiberio attento: Audi, inquit Cæſar, in quo te reprehendimus omnes, licèt nullius audeat palàm fateri. Impendis teipſum nobis, corpus tuum diurnis, nocturniſque laboribus & curis pro republ. conficiens. Huiuſmodi multa quum diceret, ſub libertatis prætextu turpiter adulans, C. Seuerus ſubiecisſe, fertur. Iſta tanta libertas hunc hominẽ dabit exitio.

Decorum perſonæ.

Quum in Senatu variantibus ſententiis, 27 Cato cenſeret perpetuam dictaturam, vt tyrannicam potentiam è repub. tollendam. Bibulus quum eſſet Pompeio inimicus primus in Senatu rogationem tulit, vt vnicus conſul Pompeius decerneretur: Aut enim, inquit, reſpub. ab imminente procella per illũ liberabitur, aut optimo parendum erit. Egregius animus, qui priuatam ſimultatem poſt habuit reipubl. commodis. Eam ſententiam

Cato dixit se ab alio dictam comprobare, licèt ab ipso non debuerit proficisci.

28 Rutilius quũ aliqñ Romę adisset Musoniũ, rogauit. Dic mihi Musoni, Iupiter Seruator quem tu imitaris, num fœneratur? Notãs illius inopiam, qui cogeretur interdum accipere mutuũ. Ad hoc atridens Musonius, At ne fœnerat quidem Rutili. Turpius est ad fœnus dare, quàm accipere. At Rutilius, quũ ipse faceret, quod grauius est, obiecit illi, qđ erat lenius.

29 Valerio Publicolæ, Iouis ædem dicanti, iãq; *Fortiter.* ex more postem tenenti, Marcus illius frater, de repente funestũ nuntiũ ingessit, dicens: O consul, filius tuus morbo periit in castris. Ob eum nuntiũ mœstis omnibus, Publicola nihil cõmotus: Cadauer, inquit, quolibet abiicite, simulq; dedicationem solemni ritu peregit. Nec tñ verum erat periisse filiũ, sed data opera factum est, vt à dedicatione reuocaretur, atque is honos ad alium transiret.

Cęsetius eques Romanus, quum à Cæsare fi
30 lium abdicare iuberetur, q̃ is trib. pl. cum Ma *Pietas in*
rullo collega ei inuidiam mouisset regni affe- *filium.*
ctati: Citius inquit, Cæsar tu mihi omnes filios meos accipies, quam ego ex his vnum nota pellam mea.

Titus Labienus equiti strenuo de pręda Gal
31 lica aurum donauit. Id videns Scipio, dixit *Honor præ-*
equiti: Habebis donum viri diuitis. Hac vo- *mio prior.*
ce audita eques aurũ ad pedes Labieni abiecit. Idem quũ audiret Scipionem dicentẽ, Imperator te armillis argenteis donat, alacer gaudio abiit Miles aurum contempsit, honorem amplexus est.

32 Q. Fabius Minutius, hortante filio vt lo- *Vitam*
cum idoneum paucorum iactura caperet: Visne,

Visne, inquit, tu ex illis paucis esse? Admonens *nemo con-*
non esse boni ducis, vllius militis incolumi- *temnit.*
tatem contemnere.

Fabricius Cineæ Epirotarum legato, magnã 33
auri vim dono offerenti, recusauit accipere, *Auri con-*
dicens se malle imperare aurum habẽtibus, *temptus.*
q̃ habere aurum.

M. Liuius fuso Hasdrubale, nonnullis suadentibus, vt hostes ad internecionem insequeretur: Aliqui, inquit, & superfint, qui de victoria nostra nuncium hostibus perferant. 34 *Clemẽter.*

Varro Pauli collega, qñ ex Cannẽsi pugna, 35
quæ Romanis fuit infelicissima, superfuit, honores à populo delatos recusauit, dicens felicioribus magistratib. opus esse reip. Quũ ani- *Virtus in-*
mum gereret inculpatum, fortunæ suæ reipu. *felix.*
vltro pœnas dare voluit, vir ob hoc ipsum summis dignus honoribus.

Acturius deuictis Sabinis cum ex senatusco 36
sulto ei ampliaretur agri modus, quem consummati milites accipere solent, recusauit, & *Æqualitas.*
gregalium portione contentus fuit, dicens esse malum ciuem, cui non esset satis, id quod cæteris esset satis.

Hortensius orator ob cultũ mundiorem, ac 37
gesticulationes in dicendo molliores, crebro *Affabilitas.*
male audiebat in ipsis etiã iudiciis. Sed quũ Lucius Torquatus, homo subagrestibus & infestiuis moribus, quum apud concilium de causa Syllæ quæreretur, non iam histrionẽ illum diceret sed gesticulatricem, Dionysiamq; notissimæ saltatriculæ nũmine compellaret: tum voce molli, demissaq; Hortensius: Dionysia, inquit Dionysia malim equidẽ esse, quàm qđ tu Torquate ἄμυστος, ἀγροδίαιτος, ἀπρόσιτος, id est, inelegans, agrestis, aditu difficilis. Periculose maledicit alteri, cui vel

idem,

idem vel simile, vel diuersum, sed deterius vitium potest obiici.

38 *Prolongi.* L. Crassus orator de Menenio homine prę- longo dixit, ꝙ quoties in forum descenderet, caput ad Fabij fornicem offenderet. Iocus est ab hyperbole. Nam arcus Romæ tam alti sunt, vt vix hasta passis contingeret curuaturæ summum.

39 *Retortum* Idem Censor Cn. Domitio collegæ exprobranti quòd ob murænam in viuario mortuam lachrymasset: At tu, inquit quum vxores tres extuleris, nullam emisisti lachrymã. Scitè retorsit conuitium. Notauit illum quasi curasset vxorum mortem. Et alioqui turpius est, in vxoris funere non flere, quàm ob murę nam emittere lachrymas.

40 *Crimen retortum.* Idem Cn. Domitius L. Crasso exprobrauit, quòd censor tanti habitaret, eò ꝙ in porticu domus haberet columnas hymettias, pro domo eius millia nummum identidem promittens. Crassus, vt erat festiuo ingenio, rogauit collegam quanti ipse domum suam æstimaret. Is respondit, Sexagies sestertio. Rursum Crassus: Quanto igitur, inquit, eam minoris æstimas, si decem arbusculas succidero? Eæ fuerunt loti patula ramorum opacitate lasciuæ. quum Domitius respondisset, tricies sestertio: Vter, inquit Crassus, nostrum luxuriosior, egone, qui decem columnas centum milibus nummum emi, an tu qui decem arbuscularum vmbram tricies sestertium æstimas? Ita est ingenium hominum, ad aliena vitia perspicax, ad sua cæcum.

41 *Potestas spreta.* Lucius Philippus consul L. Crasso summæ dignitatis, & eloquentiæ viro, manum iniici iusserat, eò quòd vocem illius indignè ferret,

ferret, qua dixerat, sibi alio senatu opus esse. At Crassus reiecto lictore: Non es inquit, mihi tu Philippe consul, quando ego tibi non sum senator.

42 *Ex nomine iocus.* L. Crassus Mummium cognomento diuisorem, dixit ita sibi nomen inuenisse in campo Martio, quemadmodum Neoptolemus inuenerat ad Troiam.

43 *Festiuiter* L. Crassus cuidam roganti num molestus esset illi futurus, si bene mane ante lucem ad eum veniret, cum respondisset, Non eris molestus: & ille subiecisset, Iubebis igitur te suscitari? Crassus, At tu certè negaras te fore molestum. Venire non erat molestum, sed suscitari molestum. At percontator hoc ipsum ꝙrebat, an si manè veniret consulturus, futurus esset molestus. Crassus per iocum sic interpretatus est, vt si veniret manè, ne molestus esset.

44 *Irrisio.* Idem apud Perpennam iudicem defendebat Aculeonem, quem accusabat L. Ælius Lamia homo deformis. Is quum interpellaret odiosè: Audiamus, inquit Crassus, pulchellum puerum. Huic dicto quum esset arrisum: Ingenium, inquit AElius, ipse mihi fingere potui, formam non potui. Tum Crassus: Audiamus igitur, inquit, disertum. Multò arrisum est vehementius.

45 *Iocus inter pestiuus.* L. Porcius Nasica quum ex more conceptis verbis à Catone Censore rogaretur, Habesne vxorem ex animi tui sententia? Habeo, inquit, at Hercle non ex animi tui sententia. Verum ob eum iocum intempestiuum, mulcta illi dicta est.

46 *Lepidè.* Scipio Nasica quum ad poetam Ennium venisset, eiq; ab ostio quærenti Ennium, anilla dixisset eum domi non esse, Nasica sen-

sit

sit illam hoc domini iussu dicere, & illum in tus esse. Ac tum quidem dissimulans abiit At paucis post diebus quũ ad Naficam veniſſet Ennius, eumq; à ianua quæreret, exclamat ipse Nasica se domi non esse, Tũ Ennius. Quid? Ego, inquit, non agnosco vocem tuam? Hic Nasica, Næ tu homo es impudens: ego quũ te quærerem, ancillæ tuæ credidi, tu mihi non credis ipsi?

47 *Ocium inutile.*

Idem Nasica quibusdam dicentibus res Romanas iam in tuto esse, extinctis Carthaginiẽsibus, & Græcis in seruitutem redactis: Imò, inquit, nunc demum summo in periculo sumus, posteaquam nulli supersunt, quos vel timeamus, vel reuereamur. Sensit inimicos per occasionem vtiles esse nobis, per quos non licet impunè, secureq; negligentes esse.

48 *Iocus intẽpestiuus.*

Idem cum ædilitatem curulem adoleſcens peteret, ac vt candidati solent, manũ cuiusdam opere duratam prensaret, rogauit hominem num manibus ambularet. Hoc dicto rusticanæ tribus suspicantes sibi exprobratã paupertatem, effecerunt, vt repulsam ferret. Tantum obfuit iocus intempestiuus.

49 *Impudicitia.*

In Gallico triumpho, milites hos versiculos iactabant in Cęsarem.

Vrbani seruate uxores, mœchũ caluũ adducimus.
Auro in Gallia stuprũ emisti, hic sũpsisti mutuũ.

Notabant, ꝙ in prouincia agens alienas vxores auro corruperit, Romæ non emerit, sed mutuũ sumpserit, quòd vxor ipsius malè audiret de Clodio. Nisi fortè quiddam obscœnius intelligi voluerunt. Nam Suetonius aliquanto post commemorat, ꝙ Curio pater in oratione quadam appellat illum, omniũ mulierum virum, & omnium virorum mulierem.

C. Gra-

C. Gracchus ad quendam Corneliæ matri obtrectantem: Tu, inquit, Corneliam vitupe- *Pietas in*
rare audes, quæ Tiberium peperit? Et adiecit, *matrem.*
Qua fronte te Corneliæ comparas, an tu pepe
risti vt illa? Atqui nemo ciuis ignorat, diu-
tius illam sine viro fuisse, q̃ te virum. Is in
quem hæc dicebantur, malè audebat de mol
licie.

Populus Romanus Carbone pollicente qp- 51
piam & addente iusiurandum cum execratio- *Diffiden-*
ne, populus vicissim iurauit se illi non cre- *tia.*
dere. Probis viris & iniuratis habenda fides,
leuibus ne iuratis quidem. Refertur ad id ver-
sus Menandricus:

Τρόπος ἰσθ' ὁ πείθων τῶν λόγοντος, ἐ λόγος.
Suadet loquentu vita, non oratio.

Silenus senex, à Mida captus, rogatus est, 52
quid esset homini optimum: diu silentium *Vita mise*
tenuit, tandem adductus vt diceret, respondit, *ra.*
optimum esse nunquam nasci, proximum q̃
ocyssimè aboleri, atque hoc precio dimissus
est.

Iulij Drusi ædes Publicolæ pluribus ex par 53
tibus patebant vicinorum prospectui, Hoc *Vita pura*
incommodum faber se quinque talentis cor-
recturum pollicebatur, effecturumque, ne
pars aliqua esset obnoxia prospectui. Tũ Dru-
sus, Decem, inquit, dabo, si talem reddas do-
mum meam, vt vndequaque pateat omnium
oculis, quo non vicini tantùm, sed omnes ci-
ues perspicere possint quomodo domi meæ,
viuatur.

M. Seruilius dissuasurus legem quam fe- 54
rebat M. Pinarius: dic mihi M. Pinari, in- *Maledi-*
quit, si contra te dixero, num mihi maledictu *cus male*
rus es, vt cęteris soles? Vt sementem, inquit *audiuit.*

Pinarius

Tinarius, feceris, ita & metes, per allegoriam minitans illum male auditurum, si malediceret.

55 Libo cum Seruilio Galbæ dixisset, quando tandem Galba exibis de triclinio tuo? mox audiit, quum tu de cubiculo alieno. Libo notauit Galbam, quòd L. Scribonio trib. plebis iudices ferret familiares suos, & conuiuiis corruptos, Galba viciſſim illum notauit adulterij.

Retortũ conuicium.

56 Celebratur & Glauciæ dictum in Metellũ, Villam habes in Tiburte, cortem in palatio. At cors villæ solet esse contigua. Notauit autem illum, quòd multos sibi cibo largitionibusque deuinciret, quòd idem alijs verbis Libo obiecit Galbæ, In corte aluntur animalia domestica.

57 Quum Sextus Titius se Cassandram esse diceret, ob coniecturam opinor, qp illa esset fatidica: Multos, inquit, Antonius, posses Aiaces tuos Oileos nominare: notans illius impudicitiam. Nam Aiax Cassandram de templo Palladis raptam vi constupravit.

Iocus è fabula.

58 Quum Gallus qui testimonium ferebat cõtra Pisonem dixisset innumerabilem pecuniã Magio præfecto datam, idq; Scaurus tenuitate Magij redargueret: Erras, inquit, Scaure, ego enim Magium non conseruasse dico, sed tanquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulisse. Correxit sermonem suum Gallus, sed ita vt crimini corruptelę crimen adderet luxus.

Correctum in peius.

59 M. Cicero, M. Tullij pater dicebat Italos similes esse Syrorum venalium, quorum vt quisque scitet optime Græcè, ita esse nequissimum. Sentiens vnà cum literis Græcorum mores ad Latinos demigrare. Vnde qp M. Tul-

Græcorum mores.

M. Tullius fuit iniquior Græcæ nationi, propemodum videri possit illi fuisse hæreditarium.

Testio Penario mos erat in dicendo mentum intorquere. Is quum aduersarium vrgeret, vt diceret si quid vellet: Dicam, inquit, si nucem fregeris. 60

Ridicule.

Huic simillimum est quod de Vaspasiano patre narrat Suetonius, quum scurram multa in alios iacientem, prouocasset vt in se quoque diceret aliquid: Dicam, inquit, vbi ventrem exonerare desieris: alludens ad formam Cæsaris, qui faciem habebat nitentis. In cuiusmodi hominem iocus extat Martialis: 61

Iocus ex specie corporis.

Vtere lactucis, ac mollibus vtere maluis,
Nam facium durum Phœbe cacantis habes.

C. Fabricius P. Cornelium hominem vt putabatur auarum & furacem, sed egregie forté ac bonum Imperatorem, suo suffragio fecerat Consulem. Huic quum Cornelius ex more gratias ageret, quòd immemor simultatis ipsum fecisset Consulem, bello præsertim magno & graui: Nihil est, inquit, quòd mihi gratias agas, si malui compilari quàm venire. Compilamur furto, veneunt bello capti. Proinde inimico fauit, cuius dexteritate sperabat fore, ne Romani venirent in manus hostium. 62

Compilari venire.

Scæuola Septumuleio Anagnino, cui pro capite C. Gracchi aurum erat repensum, roganti vt se in Asiam præfectum duceret: Quid tibi vis, inquit, insane? tanta malorum est multitudo ciuium, vt tibi hoc confirmem, si Romæ manseris te paucis annis ad maximas pecunias esse peruenturum. Notauit auaritiam hominis, præfecturam non ob aliud 63

Furax magistratus.

ambientis, nisi vt spoliaret prouinciales, ac ludens finxit, id citius cõsequuturũ Romę, hoc dictum Fannius in Annalibus adscribit Africano Aemiliano, qui dictus fuerit Iron.

64 Q. Scæuola Publij filius, quum postulasset vt fundus, cuius emptor erat, sibi semel indicaretur, idque fecisset venditor, dixit se pluris æstimare, & adiecit pretio centum millia. *Iustè.* Exemplum integritatis vix hoc seculo credibile.

65 C. Publicius solitus est dicere P. Mummiũ, cuiuis tempori hominem esse. Sentiens illum dexteritate facilitateque ad omnem vitæ statum esse accommodum. Eodem sensu Pollionem Asinũ omniũ horatũ hominem legimus. Et Tiberius Cæsar duos familiarius ab ipso dilectos omnium horatum amicos vocare solet.

66 Africanus censor tribu mouebat Centurionem, qui in Pauli pugna non adfuerat: ille, quũ diceret se custodiæ cã in castris remansisse, rogaretq; quur ab eo notaretur: Nõ amo, inquit Africanus, nimiũ diligentem. Dissimulauit Centurionis ignauiam, & accusauit nimiũ diligentem custodiam. *Salsè.*

67 Liuius Salinator quum Tarentũ amisisset, arcem tamen retinuit, multaq; prælia præclarè gessit. Quum aũt post aliquot annos Fabius Max. id oppidũ recepisset, rogauit eũ Salinator, vt meminisset se opera ipsius Tarentũ recepisse. Quid ni, inquit Max. meminerim? Nunquam enim ego recepissem, nisi tu perdidisses. Iocus hinc est, quod Maximus diuersum ex alterius verbis excepit, quàm ille volebat. *Ex verbis aliter excepti.*

68 Idem quum bellum aduersus Asdrubalem gesturus vrbem egrederetur, monitus est à Fabio *Vltio.*

Fabio Maximo, ne prius cum hoste consereret, quàm vires animumq; illius cognosceret. Is respondit se primam quandoque occasionem pugnę arrepturum. Percontantibus quid ita properaret, vt quàm celerrimè, inqt, aut gloriam ex hostibus victis, aut ex ciuibus prostratis gaudium capiam. Virtus & ira sermonem hominis inter se partitæ sunt, illa trium phi auida, hæc iniustę damnationis memor. 69

Mancia quum audisset Antonium censorem, cui male volebat, à M. Duronio de ambitu postulatum: Aliquando, inquit, tibi tuum negotium agere licebit. Censores in aliorum mores inquirunt, at qui reus est, habet ex se quod agat. *Salsè.*

Q. Opimius consularis quum esset adolescentulus, male audiuit. Is Egilio homini festiuo, qui videbatur mollior, nec erat, sic exprobrauit molliciem. Quid tu Ægilia mea, quando ad me venies cum tua lana & colu? lepidè retorsit Ægilius: Non pol, inquit, audeo: nam me ad famosas vetuit mater accedere. Alter simulabat orationem velut ad fœminã, alter accepta persona simulationem vertit in irrisionem. 70 *Ab imitatione portenta.*

Inter falsa commemorat & illud M. Tull. ex Neuio, apud quem filius dicit patri, Quid ploras pater? isq; respondet, Mirum ni cantem, cõdemnatus sum. Indignatur senex submorosus rogari, quur ploret, quasi damnatus magis cantare debuisset. Perinde quasi si quis interroget ægrotum: quur suspiras, aut quur decumbis? 71 *Submorosus iocus.*

Scaurus accusabat Rutilium ambitus, quũ ipse consul esset factus, ille repulsam tulisset, & in tabulis eius ostendebat literas A. F. P. R. easque sic interpretabatur, Actum fide tio. 72 *Literarũ interpreta-*

P. Ruttilij. Contrà Rutilius dicebat illis significari, Antè factum, post relatum. Tum C. Caninius eques, qui Rutilio aderat, exclamabat, neutrum illis literis declarari. Quum Scaurus dixisset, quid igitur? festiuiter in ipsū torsit, Æmilius fecit, plectitur Rutilius. Probabilius enim erat illum ambitum commisisse, qui obtinuerat, q̄ qui repulsus erat. Simile quiddam memoratur de Beda, quem Venerabilem dicunt. Huic Romam profecto, quum ostēdissent has literas saxo isculptas. S.P.Q.R. quibus significari volunt, Senatus populusq; Romanus, ac velut hospes rogaretur, quid sibi vellent illæ litteræ, dissimulans dixit, Stultus populus quærit Romam.

Autoritas persona.

73 M. Scaurus quū pro rostris accusaretur, q̄ à rege Mithridate ad prodendam rempu. pecuniam accepisset, ita causam suam egit: Iniquum est, Quirites, quum inter alios vixerim, apud alios me rationem vitæ reddere. Sed tamen audebo vos interrogare, Varius Sucronēsis ait M. Æmilium Scaurum mercede corruptum P. R. prodidisse, M. Æmilius Scaurus huic culpæ se affinem esse negat, vtri creditis? Nominato tantum actore & reo, populus accusationem repulit.

Haredipeta.

74 C. Memmius quum accusaret Bestiam reū, cui patronus erat Scaurus, ac fortè funus quoddam duceretur: Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor: notans Scaurum, qui malè audiebat, quòd Phrygionis Pompeij bona sine testamento possideret.

Ab inexpectata.

75 Quum Silus testis læsisset Pisonem reum, cui Crassius aderat, prolato crimine, quod se in eum dictum audisse dicebat: Potest fieri, Sile, inquit Ceassus, vt is, vnde te audisse dicis, iratus

iratus dixerit. Annuit Silus: Potest etiam, inquit, fieri, vt tu non rectè intellexeris: quum id quoque toto capite annuisset Silus, vt se Crasso daret, subiecit Crassus, Potest etiā fieri, vt omnino quod te audisse dicis, nunquā audieris. Hoc adeò præter expectationem, vt Silum testem omnium risus obrueret.

Ex iisdem verbis retortum.

C. Lelius cuidam malo genere nato, obiicienti sibi, q̄ indignus esset suis maioribus: At hercle, inquit, tu tuis dignus es. Id si dicas bono viro ex bonis prognato, laus est: sin malo ex malis prognato, graue conuiuium est. 76

Irrisio retorta.

M. Cincius quo die legem de donis ac muneribus tulit, C. Centoni prodeunti, ac satis cō tumeliosè interroganti, Quid fers Cincinole? Vt emas, inquit, si vti velis: notans illum q̄ donatis & commodatitiis rebus vti gauderet. Allusit autem ad illud decantatum in primis, emere malo quàm rogare. Ad hæc, amphibologia est in verbo ferre: fert enim qui promulgat legem, & fert, qui portat aliquid venale. 77

Ab impossibili.

M. Lepidus quum in campo sese exercentibus ipse in herba recubuisset: Vellem, inquit, hoc esset laborare. Huius generis est Terentianum illud, Quàm vellem mos esset amicis etiam noctu operam dare. Optat enim adolescens, quod fieri non potest. 78

Saltè.

Quum M. Lepidus censor M. Antistio Pyrgensi equum ignominiæ causa ademisset, & amici vociferantes quærerent, quid ille patri suo responsurus esset, quur ademptum sibi equum diceret, quū optimus colonus, parcissimus, modestissimus ac frugalissimus esset: Dicat, inquit, me nihil horum credere. In simili argumento lusit Augustus, sed ciuilius, Dic me tibi displicuisse. 79

80 Pomponius vir insignis multis vulneribus in bello acceptis quum ad Mithridatem adductus ab eo quæreretur, an si curaret eũ, vellet sibi esse amicus: Si tu, inquit, Romanis amicus fueris, me quoque amicum habebis.
Fides erga patriam.

81 Spurina aruspex admonuit C. Cæsarem, caueret discrimen ingens, & vltra Calend. Mart. non proferretur. Eo die quum iret in Senatũ, Spurinæ fortè obuio: Quid ais, inquit, nonne venere Calendę Martiæ? Venere, inquit, sed nondum præterierere. Nam eadem die cæsus est Cæsar.
Diuinatio

83 Spartaco in Crassum oēs mouenti copias, quidam equum dono obtulit Attille. Si vicero, inquit, plurimos ex hoste eques habiturus sum. Si victus fuero, nec hic mihi futurus est vsui: simulq; cum dicto equum gladio transuerberatum interemit.
Barbaries.

83 Quum Pompeius graui laboraret inuidia propter immodicam potentiam, & ob vulnus fascia linea tibiam vinctam haberet, dixit aliquis, Quid refert vbi gestet diadema, in capite an in erure? Nam candidum amiculum olim erat insigne regum.
Potentia inuidiosa.

84 Quoniam Fabius cunctando eludebat hostẽ, cum Marcellus viribus vrgeret Annibalem, ille dictus est clypeus Romanorum, hic ensis, & præcipuum studium fuit, ne quid cladis acciperent Romani, alteri vt hostem perimeret.
Clypeus. Gladius.

DIVERSORVM
Græcorum Apophthegmata.

85 Anytus amicorum Alcibiadis vnus, eum ad cœnam rogarat: ille recusauit, sed domi bene potus cum famulis comessabũdus irrupit, stansq; ad ostium cœnaculi iussit famulos vasa diripere, & ad suas ædes deferre, qui ferè dimidium asportarunt: aliis conuiuis Alcibiadis violentam superbiam criminatibus, Anytus dixit illum humaniter egisse, cui quũ totum auferre licuerit, dimidium ipsi reliquisset.
Amicitiæ fiducia.

86 Hippomachus Aliptes quum aliquando videret adolescentes, quos exercebat, è foro carnes efferẽtes, dicebat se procul agnoscere suos eẽ discipulos, quod institutio reluceat in omnibus dictis ac factis hominis.
Institutio.

87 Quibusdam laude vehẽtibus procerũ quẽpiam, ac prælongis manibus hominem: tanquam ad pugilum certamen idoneum: Sane, inquit, si pendens in alto corona esset detrahenda.

88 Demades orator vita defuncto Alexandro dixit se videre exercitũ Macedonum principe orbatũ, Cyclopi similem: Sentiens turbam mi litum, nisi adsit dux cordatus ac vigilãs, nulli esse vsui, Quemadmodum Polyphemus adẽpto oculo, frustra vastum corpus ac vires habebat immanes.
Turba sine duce.

89 Idem quæstor, populo huc persuaso vt ijs qui ab Alexandro desciuerant, triremes auxiliares mitterent, iubentique vt ilico pecunias deprometeret: Paratæ sunt, inquit, pecuniæ, ô viri Athenienses, quas in congios
Alte tractata pluma.

depoſueram, vt ſinguli minæ dimidium acciperetis. Verùm ſi has mauultis in hûc vſum erogari, per me quidem vt veſtris ſicuti lubet vtamini licèt. Hoc ſermone fregit impetum populi nolentis illa diſtributione ſpoliari. Sic interdû vt indomitæ belluæ, arte ad meliora conſilia auocandus eſt populus.

90 *Sobrietas.* Prandens apud Phocionem, quû apparatû admodû tenuem videret: Demiror, inquit, ô Phocion, te rempubl. adminiſtrare quû poſſis ad iſtum prandere modum. Bis errans, & q̃ lucri tantum cauſa putaret adeundam rempub. & q̃ luxum probaret in eo, cui maximè conueniebat ſobrietas. Sed Demades alios è ſuis moribus æſtimabat. Erat n. & pecuniarû auidus & luxui deditus.

91 *Libera monitio.* Quum vidiſſet Philippum largius potum cum amicis ſaltaſſe per mediam captiuorum turbam, eiſq; petulanter exprobraſſe ſuam calamitatem, liberè dixit, Quû ô rex fortuna tibi Agamemnonis perſonam impoſuerit, non pudet te factis agere Therſitem? Ea vox totum regem in diuerſum vitæ genus immutauit.

92 *Liberè.* Quum Athenienſes nollent Alexandro diuinos honores decernere: Videte, inquit, ne dû cœlum cuſtoditis, terram amittatis. Alexãder enim ambiebat monarchiam. Abſurdum autem erat eos ſic alium donare cęlo, vt ipſi terra ſua pellerentur.

93 *Lepidè.* Iocari ſolet in Demoſthenem, quòd cęteri quidem oratores dicerent ad aquam, ipſe verò & ſcriberet, taxans eum q̃ nunquam niſi de ſcripto diceret, tum eſſet ἀδροπότης. Contrà. Demades, vt largius bibebat, ita valebat ex temporali dictione. Rhetores olim dicebãt ad clepſydram.

Ono-

Onomademus Chius poſteaquàm aduerſâ factionem ſuperaſſet, quibuſdam cenſentibus 94
oẽs diuerſæ factionis vrbe pellendos, negauit *Inimici vtiles.*
expedire, dicens ſe vereri, ne omnibus inimicis ad vnum eiectis, inter amicos exiſterent diſſidia: Sentiens ſic eſſe multorum ingeniû, vt ſi deſint inimici, in quos naturæ malitiâ exerceant, amicos impetant.

Simonides Pauſaniæ Lacedęmoniorum regi ſubinde de rebus à ſe geſtis gloriantí, tan- 95
dem & Simonidem per irriſionem hortanti, *Libera ad monitio.*
vt aliquid ſapienter ipſum admoneret: Moneo, inquit, vt te memineris hominem eſſe.

Idem reprehendentibus, q̃ ad quæſtû ſcriberet, iocari ſolet, ſibi duas arcas eſſe domi, 96
alteram pecuniæ, alteram gratiarum: prio- *Mercedis amor.*
rem ſe reperire plenam, alteram ſemper vacuam.

Idem quum cæteros laudando venaretur, 97
vt aliquid darent, interrogatus quur non & *Stupidè.*
Theſſalos captaret: Stupidiores ſunt, inquit, q̃ vt à me falli poſſint. Qui quærunt cui imponant, ad ſtupidos eunt. At qui tam erant ſtupidi, vt non ſentirent ingenium poematum illius, nec tangerentur amore nominis in poſteros tranſmittendi, non poterant ab illo falli.

Idem interrogatus quam ob rem, quum eſ- 98
ſet extremę ſenectutis, tamen attentus eſſet ad *Callidè.*
rem: qm̃, inquit, malim moriens inimicis relinquere, q̃ vnius carere amicis: taxens inſtabiles hominum amicitias, qui conſequuti qđ volunt, negligunt amicum: ijdem dum ſperant, obſeruiunt.

Lycurgus orator obiiciente, quodam, quòd 99
ſe pecunia redemiſſet à calumnia, non eſt in- *Integritas*
ficiatus, ſed clariſſima voce populum appellans: Bene habet, inquit, vir Athenienſes,

quandoquidem tot annos in repub versatum dediſſe me, non acceꝑiſſe pecuniam criminatur obtrectatores.

100 *Eloquētiæ certamen.* Thucydides ab Archidamo Lacedęmonio-rum rege interrogatus, vter eſſet in palæſtra ſuperior, ipſe an Pericles: Poſteaquam, inquit, ego hominem pugnādo deiecīſſe, ille ſe negat cecidiſſe, itaq; vincit, & ſpectatores à ſua ſententia deiicit: Sentiens ſe bonis rationibus eſſe ſuperiorem, ſed Periclem eloquentia vincere, & quocunq; vellet, agere multitudinem. Nam Thucydides vir præpotens diu in adminiſtranda republ. aduerſatus eſt Pericli. Eam contentionem Archidamus palæſtram appellauit.

1 *Pietas in parentes.* Dario totius regni viribus ſubinde impetū faciente, Scythæ paulatim cedentes, ad vltimas ſolitudines peruenerant. Interrogati tandem ab eo, quem fugiendi finem eſſent facturi, reſponderunt ſe nec agros, nec villas, nec vrbes, pro quibus dimicarent, habere, cæterū quū ad parentū ſuorum monumenta peruentum eſſet, tum deniq; ſcripturum Dariū, quō Scythæ ſoleant prœliari.

2 *Ingeniosè.* Alexander ſtatuerat Lampſacum diruere. Ad id tendenti quū Anaximenes Alexandri p̄ceptor veniret obuiam extra muros, deprecaturus ſuę ciuitatis pernicīem, Alexāder ſuſpicans quid eſſet petiturus: Iuro, inquit, me nō facturum quod petet Anaximenes: Peto, inqt, vt Lampſacum diruas. Captus erat Alexāder, & iureiurando compulſus eſt ſeruare, quos demoliri ſtatuerat.

3 *Solerter.* Alexander conſulto oracūlo monitus eſt, vt eum qui ſibi portam egreſſo primus occurriſſet interfici iuberet: occurrit agaſo, iuſſus eſt arripi. Roganti quid commeruiſſet, reſponſum eſt ita iuſſiſſe deum: Si ita eſt, inquit, ò rex, alium deſignauit oraculum. Nā aſinus tibi prior occurrit. Agaſo. n. ſequitur aſinum, vt impellat, alioqui non ſequuturum. Alexander delectatus hoc commento, aſinū pro homine occidit.

Amaſis Ægypti rex ab amicis admonitus, 4
q̄ perfunctūrus negotiis forenſibus, potaret, omniq; voluptatum genere ſolueretur, reſpōdit: Qui arcus habent, eos non intendere, niſi quum opus eſt: quos ſi ſemper intendāt, rūpendos eſſe, ac ne tum quidem fore vſui, quū exigit vſus: ita qui nulla relaxatione curas ſuas ſolvūt, aut mente captos, aut corpore male affectos euadere. *Relaxādus animus.*

Conſpiciens quendam amiſſo filio lugentem: Si tunc, inquit, quū nondum eſſet, nō dolebas, nec nūc quidem doleas, quum non eſt. 5

Pſammenitus Ægyptiorum rex ā Cambyſe regno pulſus eſt. Eius filiam ancillari veſte indutam cum aliquot nobilium virginibus Cambyſes mitti iuſſerat ad hauriendam aquam, vt hoc ſpectaculo parentum captiuorum animos diſcruciaret. Cęteris indigne ferentibus ſolus Pſammenitus demiſit oculos. Mox iuſſit duci filium illius, cū aliis plurimis eiuſdē ætatis, vinctis ceruicibus & ore frænatos. Ne hoc quidem ſpectaculo ſolus Pſammenitus ad lacrymas commotus eſt. Idem quum vidiſſet familiarem quendā exutū opibus mendicantem obambulare, hoc ſpectaculo adeò commotus eſt, vt ingenti fletu hominem amicum cōpellans, caput ſuum barbari eo more cæderet. Ea re cognita quum Cambyſes per nuntiū cauſam ſciſcitaretur, quur in liberorum calamitate tacitus, vnius ſeniculi calamitatem tam impotenter ferret, reſpōdit, 6 *Fortiter. Amanter.*

Fili

Fili Cyri, domestica mala grauiora sunt, q̃ vt lacrymas recipiant. at amicus deplorandus erat, qui è multis opibus ad summam inopiã redactus est, idque in extremo senectutis limine.

7 Crœsus Lydorum rex à Cyro captus, hoc argumento pacem bello prætulit, q̃ pacis tempore filij sepelirent patres, in bello contrà, patres sepelirent liberos. *Pax bello potior.*

8 Idem quum videret Cyri milites per vrbẽ captam discurrentes, percontatus est Cyrum, quid agerent. Quumq; is respõdisset, Diripiũt vrbem tuam, opesq; tuas populantur. Nequaquam, inquit, ô rex, nihil iam hic meum est, tuum est, quod diripiunt. Ea vox commouit Cyrum, vt suos à direptione reuocaret. *Prudẽter.*

9 Quum Cambyses se cum patre Cyro conferret, amicis illum patre præstantiorem affirmantibus, Crœsus respondit, illum nondum patri æquandum, qui nondũ reliquisset filiũ: Sentiens & hoc esse non infimum erga rempublicam meritum, si non solum ipse te præstiteris egregium virum, sed aliquem tui similem gignas, educesque patriæ. *Tvoles debetur patria.*

10 Megabyzes quũ apud Hellespontios agens audisset, q̃ Chalcedonij decem & septem annis vrbem condidissent ante Byzantios, dixit Chalcedonios id temporis fuisse cæcos, qui quũ adesset locus vrbi condendæ multo commodior, deteriorem elegissent. Hoc dicto scribit Herodotus Megabyzem apud Hellespontios immortalem sui memoriam reliquisse. Quod si verum est, erat tum temporis mira dictorum caritas. *Locus eligendus vrbi.*

11 Simonides interrogatus vtra res esset optabilior, diuitiæ an sapientia: Dubito, inquit, vt qui videam sapientes frequentare diuitũ fores *Diuitiæ.*

fores: innuens Philosophos verbis quidem cõtemnere diuitias, sed re tamen eas captare.

Euripides, quum populus Athenienſis tumultuaretur, offensus sententia quadam in illius tragœdia, quæ tum agebatur, & autorem eſflagitaret, vt eam mutaret; progressus in scenam dixit, se vt populum doceret, non vt ab eo disceret, fabulas solere componere. Eruditio sibi conscia contempsit multitudinis iudicium. 12 *Fiducia artis.*

Idem apud Alcestidem tragœdiarum scriptorem aliquando questus est, q̃ summo tridui labore adnixus non potuisset nisi tres versus absoluere. Contra Alcestidi glorianti q̃ ipse perfacilè centum absoluisset vno die: At tui, inquit, ad triduum modò, mei in omne ævum duraturi sunt. 13 *Fiducia artis.*

Euripides cuidam dicenti, Carmen condidisti, ex modis ad tripudium accommodis, alio dictum hoc ridente, Ni stupidus esset, inquit, non risisset, q̃ res serias Lydijs modis tẽperarim. Lydij modi lasciuiores sunt. Porrò quæ per se tristitia sunt, ea decet arte exhilarare. Refert hoc Plutarchus in libello περὶ τοῦ ἀκούειν. Quum Euripides choream agentibus succinuisset cantionẽ quandam modulatam, vnus illorum risit. Cui poeta, Ni stupidus esses & expers affectuum, haudquam risisses me canente Mixolydium. 14 *Temperantia.*

Alexis poeta Callimedontem rhetorem, vt delitijs deditum taxauit his versibus. 15

Υ' πὲρ πάτρας μὲν πᾶς τις ἀποτείσειν τέλει
Υ' πὲρ δὲ μήτρας, καλλιμέδων ὁ χάραβος.
Pro patria vel quilibet velit mori,
At metra amore, Callimedon solus cupit.

Perit Latinis ioci gratia: nã πάτρα patriã significat,

gnificat μήτρα, non matrem, sed vuluam aut piscem sonat. Pisces olim erant in delitijs.

16 Cuidam videnti ipsum iam senio fessum ęgrè lenteq; incedere, ac roganti quid ageret: Paulatim, inquit, morior, siue pedetentim morior: Significans senes non viuere, sed lentè mori.

16 Menander centũ & quinq; fabulas scripsisse traditur, ex quibus tantũ octo vicit. Itaque quũ à Philemone longè impari, fauore populi sępenumero vinceretur, forte illi factus obuiam dixit: Quęso Philemon bona venia dic mihi, quũ me vincis, non erubescis? Victi solent erubescere, at sic vincere Menander indicabat erubescendum. *Populi iudicia.*

17 Philoxenus poeta quum audisset suos versus à laterarijs perperam recitari, lateres ipsorum comminuit dicens: Vos mea corrumpitis, ego vicissim vestra.

18 Philippides poeta comicus Lysimacho cum primis charus fuit ac familiaris: cui quũ Lysimachus offerret liberalitatem suam, dicereq;, Quid vis tibi impartiam rerum mearum? Quodcunque voles, inquit, modò ne arcani quippiam: Significans esse periculosum nosse magnatum arcana, quorum si quid effutias, actum de capite, quanquãm & alioqui solent odisse conscios eorum, quæ nolint efferri. *Secreta regum.*

19 Actius poeta interrogatus quur non ageret causas, quum in tragœdijs optime tractaret argumenta: Qm, inquit, in tragœdijs ea dicuntur, quæ ipse volo: in foro aduersarij dicerent, quæ minime vellem. Idem fit in dialogis, vbi qui scribit opus, vnicuique tribuit orationem, qualem putat esse commodam. In iudicijs secus fit. *Poetica fictio.*

Anti-

Antigenides Thebanus Ismenię discipulo quũ scite canens populo minus probaretur: Mihi, inquit, cane & musis: admonens prorsus esse contemnendum imperitæ multitudinis iudicium, quum artis abũde magnum præmiũ sit ipsa conscientia. 20 *Fiducia artis.*

Leo Byzantius quũ à ciuibus accusaretur, adhortantibus nonnullis vt ad hostes confugeret, in concionem prodiens: Ego, inquit, a vobis ciues mei, quàm vobiscum interfici malo. 21 *Pietas in patriam.*

Cuidam obiicienti oculorum infirmitatẽ, quum exprobrator esset gibbo deformatus: Humanum, inquit, opprobrasti vitiuum, quũ ipse Nemesim in tergo portes. Nemesim appellauit vitium, quo vicissim ipse possit redargui. 21 *Recrimination.*

Æschylus poeta Tragicus aliquãdo spectãs Isthmia certamina, quũ alter pugilum esset cæsus, totumq; theatrum exclamaret, O Chiũ Iouem fudisti: vide, inquit, cuiusmodi sint hominum mores, cæsus silet, & spectatores vociferantur. Solent icti ob dolorem exclamare. Hic contra qui dolebat silebat, qui læsi non erant, clamabant. 22 *Præposteri mores.*

Pytho retor Byzantius quum esset supra modum obeso corpore, prodisseq; in concionem suasurus concordiam Byzantiis seditione ciuili tumultuantibus, statim populi risus obortus est ex ipso corporis habitu. At ille risum vertit in rem seriam. Ridetis, inquit, ciues? Quum tale corpus habeam, vxorem habeo multò me obesiorem, & tamen concordes quoduis grabatulum capit ambos, discordes ne tota quidem domus. Hoc proœmio vsus ingressus est orationem. 23 *Concordia.*

Pytho Athenienſibus ob res feliciter gestas 24

ipsum

Deo debetur gratia

ipsum admirantibus ac prædicantibus, quòd Cotyn regem interemisset, Diis, inquit habenda est gratia, quibus autoribus hoc facinus præclarè gestum est. Nam ipse nihil aliud q̃ manum & operam meam commodaui. Euētus rei in manu Dei, & huic debetur gratia, si quid feliciter cesserit. Sed interim vult nostrā operam accedere.

25 *Integritas militis.*

Lysander Lacedęmonius militem qui de via deflexerat, castigauit: Ei dicenti ad nullius rei rapinam se ab agmine recessisse: Ne speciem quidem, inquit, rapturi præbeas volo.

26 *Pietas in patriam.*

Thrasibulus quum moliretur exigua manu ciuitatem Athenienſium à triginta tyrannorum dominatu liberare, euidam ex conſciis dicenti, Quantas gratias tibi debebunt Athenæ per te libertatem conſequutæ? Dij faxint, inquit, vt quantas ipse illis debeo, videar retuliſſe: Significans neminem patriæ parē referre gratiam, ēt ſi vitam impendat.

27 *Silentij fides.*

Anaxarchus Abderites philoſophus quum à Cypriorum tyranno Nicocreonte torqueretur, vt conſcios proderet, poſt multa in regem dicta conuitia, tandem per iracundiam, & linguæ amputationem minanti: Non erit, inquit, effœminate adoleſcens, hęc quoq; corporis mei pars tuæ ditionis. Simulq; dentibus abſciſſam & commanducatam linguam, in os eius ira patens expuit.

28 *Pax domeſtica.*

Quum Gorgias ſophiſta recitaret in Olympiacis ludis apud Græcos orationem de concordia, Melanthus quidam: Hic, inquit, de concordia totius Græciæ diſſeruit, qui ſibi, vxori & ancillæ, tribus duntaxat, vt concorditer viuant, nondum perſuaſit.

29

Theodorus Athenienſis cognomento ἄθεος dicere ſolitus eſt, ſe doctrinam auditoribus dex-

dextra porrigere, ſed illos ſiniſtra accipere: Sentiens illos benedicta in malam ꝫcommodare partem.

30 *Voluptas temporaria.*

Stratocles Athenienſis quum de parta victoria nunciū accepiſſet, protinus ad populū retulit, vtque ſupplicatio Diis immortalibus decerneretur perſuaſit. Aliquanto poſt quum certior nuntius adferretur acceptæ cladis, populo indignante ꝙ deluſus eſſet: Equis, inquit, veſtrū quicquā dāni accepit, ꝙ totū hoc triduū mea opera hilares lętiq; fuiſtis.

31 *Fortuna.*

Theramenes vnus ex triginta tyrannorū, domo in qua multi accumbebant ibi cœnantes illapſa, ſolus incolumis euaſit. Hanc ob rem quum ab aliis felix prædicaretur, ille magna exclamans voce: O fortuna, inquit, cui me occaſioni ſeruas? Senſit vir prudens ſe non eſſe ſeruatum, ſed maiori malo reſeruatum. Nam aliquanto poſt interfectus eſt.

32 *Fortiter.*

Idem quum iuſſu tyrannorum porrectam veneni potionem fortiter hauſiſſet, quod ex ea ſuperfuerat, ſic illiſit ſolo, vt clarum ſonum ederet, reddensque ſeruo publico qui eam tradiderat: Critiæ, inquit, propino. Vide igitur vt hoc poculum continuò ad illum perferas. Erat is Critias è triginta tyrannis crudeliſſimus.

33

Celebratum Iaſonis Theſſali dictum, quo ſe purgare ſolet iis, quibus moleſtiā aut vim attuliſſet: Qui magnis in rebus ſe iuſtitiæ cultorem habere velit, eum in paruis interdum illam violare oportet. Velut in bello quo tuta ſit reſp. agri aut ædificia quorundam ciuium interdum perduntur.

34

Cleon poſteaquam reipub. adminiſtrationem capeſſere deſtinaſſet, teſtatus eſt ſe iam omnium amicitiarum vincula velle ſolue-

Triuatus affectus. re, q. amici pleruriq; obstant, ne liceat vbiq; rectum tenere clauum.

Inter Neronem & Thraseam graues inter-
35 cedebant inimicitiæ: verum cuidam multa
Testimonium inimici. criminosè iactanti de Thrasea, dicentiq; causam ab illo perperam esse iudicatam, obstitit Nero, exclamans, Vtinam me tam Thrasea diligat, quàm est iudex rectus & æquus. Hostis hosti testimonium perhibuit, de fama periclitanti: nullum autem grauius testimonium, quam inimici de inimico.

36 Nero sibi comparat aulæum quoddam in-
Mediocritas. signe, tum pretio, tum pulchritudine. Id videns Seneca: Declarasti, inquit, te esse pauperem. Causam rogante Nerone, Quoniam si isthuc amiseris, inquit, non poteris aliud parare simile. Euenit, vt illud aulæum naufragio periret. In hoc autem profecerat Senecæ admonitio, vt Nero iacturam adamatæ rei ferret moderatius. Qui nummum habet vnicum, quo amisso non queat alterum promere, pauper est. Tutissimum igitur esse mediocribus ac parabilibus delectari.

37 Seruus Dolabellæ quum interrogaretur,
Luxus. an dominus eius auctionem proposuisset: Domum, inquit, vendidit. Luxum heri notans, quum id falsum esset. Qui domum vendidit, non opus habet vt seruum exponat auctioni.

38 Plancus quum in causa quadam adesset a-
Arte retortum cõuiuium. mico, velletque testem molestum perturbare, interrogauit, quo se artificio tueret. Sciebat enim illum esse sutorem. At ille lepidè retorquens in Plancum: Gallam, inquit, subigo. Id quidem sutorium habetur instrumentum, sed testè exprobrabat illi adulterium cum

cum Meuia Galla, quo nomine Plancus male audiebat.

Post Mutinensem fugam, percontantibus 39
quid ageret Antonius, quidam è familiaribus *Bibit, & fugit.*
eius respondisse fertur, Id quod canis in Nilo, bibit & fugit. Cõstat enim Ægypto canes è Nilo currentes bibere: nimirum metu crocodilorum eo in flumine regnantium.

Lucius Cæcilius, quum C. Cæsar aliis qui se- 40
cum pila lusitabant, centum sestertia daret, il- *Lepidè.*
li vni eius summæ dimidium: Quid, inquit, num ego vna manu ludo ac non duabus? Si officium erat colludere, non minus præstiterat ille quàm cæteri.

Laberius ex equite Romano factus mimus 41
annos iam natus sexaginta, huc adigente Cæ- *Liberè.*
sare in actione quadam induxit habitum Syri, qui veluti flagris cæsus, ac proripienti se similis exclamabat, Porrò Quirites libertatem perdidimus.

Ac paulò post adiecit.

Necesse est multos timeat, quem multi timent.

Ad has voces populus vniuersus oculos & ora conuertit in Cæsarem, intelligés illius im potentiam his dictis lapidatam. Hoc modo qua licuit, Laberius vltus est sortem suam.

Titius quidam studiosè pila ludere soler, 42
sed idem noctu signa sacra frangere putaba- *Ex ambitiuo testè.*
tur, hunc quum gregales in campo desiderarent, Vespa Terentius hoc colore excusauit, vt diceret illum fregisse brachium. Nam diuorum imagines brachiis gestabant donaria. Huc allusit Vespa.

Pylades histrio Augusti tẽporibus celebris: 43
quum Hylas discipulus quem ad æqualitatis

Rex cogitabundus. contentionem prouexerat, in scena canticum quoddam saltaret, cuius clausula erat τὸν μέγαν Ἀγαμέμνονα, id est, magnum illum Agamemnonem, ac sublimem veluti metiret, è cauea proclamauit σὺ μακρὸν οὐ μέγαν ποιεῖς, id est, tu longum facis, non magnũ. Tunc populus efflagitauit, Pylades idem canticum saltaret iterum. Quumque ad locum venisset, quem reprehenderat, expressit Agamemnonem cogitabundum, nil magno duci magis conuenire ratus, quàm pro omnibus cogitare. Ea res magnum ducem facit, non proceritas corporis.

44 *Imitatio mala.* Idem Hylam negligenter saltantem Oedipodem, hac voce castigauit, σὺ βλέπεις, ideſt, tu vides: quum ille Oedipodem iam cœcum exprimere debuerit.

45 *Decorum.* Idem Pylades quum saltans Herculem furentem nonnullis incessum histrioni conuenientem minus seruare videretur, deposita persona ridentes increpauit dicens, μωροὶ μαίνομενον ὀρχοῦμαι, ideſt, Stulti furentem salto: Significans hoc ipsum quod videbatur indecorum, maximè decorum esse.

Appius homo dicax vsque ad scurrilitatem, Cato Sextio dixit, Cœnabo apud te, nam

46 *Ab inexpectato.* vnì locum esse video: notans illum quòd luscus esset. Cui Sextius ex tempore Manus inquit, lauta & cœna: tectè obiiciens illi impudicitiã, aut certè rapacitatem.

Appius maior quum in senatu ageretur

47 de agris publicis, ac premeretur Lucilius ab his, qui à pecore eius depasci publicos agros dicerent, Non est, inquit, Lucilij pecus illud, erratis, Hactenus defendere videbatur, sed adiecit, Ego liberum puto qua lubet pascitur. locus est ab inexpectato. Expectabatur

tur enim probaret hoc pecus non esse Lucilij, sed alterius cuiuspiam, ac reum subleuaret. Nunc irrisum grauabat.

Ischomachus mimus cum primis celebris, 48
medico percontanti rusticum qui ob ingurgi- *Ridiculè.*
tationem male habebat, num ad vomitum cę
nasset: Nequaquam, inquit, sed in ventrem. Io
cus Græcis festiuior est, quòd εἰς sonat pariter
& in, & vsque ad εἰς ἔμετον, εἰς κοιλίαν:

Item quum mendica quædam ventris tor- 49
mina pateretur, ac medicus percontaretur, nũ *Ab ambi-*
haberet in ventre. Qui potest, inquit, quum tri *guo.*
duo nihil comederit? Et huius dicti festiuitas
iucundior est Græcis, quibus in ventre habere
dicitur quæ fert vterum. Nam id medicus per
contabatur, an esset grauida.

Antiocho cognomen erat ἐπιφανὴς, id est, 50
illustris, Polibius inuertit nomen, appellans il- *Nominis de-*
lum ἐπιμανῆ, id est, insanum, quòd cùm insi- *prauatio.*
mis quibusdam plebeis atque etiam cum hospitibus præter regiam dignitatem voluptatibus indulgeret.

STRATONICVS.

Stratonicus citharœdus natione Athenien- 51
sis, non minus festiuis dictis, quàm arte musi- *Sitim pra-*
ca celebris, ad quietem iturus, assiduè iubebat *uenire.*
puerum sibi infundere vinum, Non quòd sitiam, inquit, sed ne sitiam.

Idem quum se contulisset Corinthum, ani 52
cula quædam diu attentè illum inspexit, nec *Modestè.*
dimouebat ab illo oculos admiranti similis:
quumque ille dixisset, Quod vis mater, & quã
ob causam me sic aspicis? Demiror, inquit, si
te mater decẽ menses ptulit in vtero, quũ hæc
ciuitas vnicum tantũ diem habens te, doleat.

Idem nauigarat in Pontum ad regẽ Berisa- 53
dẽ, vbi diu moratus voluit illinc in Græciam *Facetè.*

aufugere: quum id rex videretur non passurus: Bene, inquit Stratonicus, cogitas ò rex qui statueris hic manere: suam fugam subindicans, ac regis consilium probans, quasi & ille de migrando cogitasset, & ipse non nisi grauibus causis commotus pararet abitum.

54 *Initium bellum.* Idem Bizantii quum citharœdus quispiam belle cecinisset proœmium, cætera minus feliciter, surrexit ac præconis in morem pronuntiauit, quisquis indicarit citharœdum qui bene cecinisset proœmium, drachmas accipiet mille.

55 Item interrogatus, quinam essent in Pamphylia miserrimi, Phaselitæ, inquit, sed addebat, in toto orbe miserrimos esse Sidetas. Vtraque gens est in Pamphylia. Phaselitarum sordes prouerbio notatæ sunt, Phaselitarum sacrificium, quòd falsis piscibus sacrificarent dijs. Miseros dixit parcos.

56 *Barbaries.* Idem interrogatus vtri essent barbariores, Bœoti an Thessali nominauit Elæos: significans hos vtrisque barbariores, cum illi haberentur barbarissimi. Hoc erat lepidius si ab Elæo fuisset proposita quæstio, vt forte fuit.

57 *Ab inexpertato.* Idem aliquando trophæum quum erexisset, huic inscripsit titulum, Aduersus male canentes citharam. Notans tales vbique quamplurimos esse quos ipse vicisset.

58 Idem percontanti quod nauigiorum genus esset tutissimum, longorum an contrà, respondit, ea quæ subducta sunt. Significans nullum vectorem ibi vlla nauí tutum esse, nisi quum nauis protracta est in siccum, quod olim hybernis mensibus fieri solet.

Idem Rhodi quum artis suæ specimen edidisset, neque quisquam plausu alio vegestu signum fauoris dedisset, abscessit illinc dicens, Quum id quod nullo constet impendio non præstetis, qui sperem me à vobis præmiis accepturum?

Applausus.

59 *Decore.* Idem Ptolomæo rege de musica cum ipso contentiosius differente: Aliud est, inquit, ò rex sceptrum, aliud plectrum. Significans non esse regium de musica cum musico disputare.

60 *Alius alio præstat.* Idem inuitatus aliquando, vt audiret citharœdum canentem, posteaquam audierat recitauit illum versiculum Homer.

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πάτηρ, ἕτερον δ' ἀνέγευσεν. id est,

Huic dedit hoc pater altitonans, verum abnuit illud.

Cuidam roganti, quo pacto? exposuit, male citharam canere dedit, bene canere negauit.

61 *Ex vocum affinitate.* Idem quum trabes delapsa quendam è conuiuis occidisset, dixit, ἄνδρες δοκῶ εἰσὶ θεοὶ, ἢ δ' οὐ μὴ εἰσὶ, δοκῶ εἰσὶ. Id latinè reddi non potest: iocus est ex amphilogia: δοκῶ sonat trabi, si subscribas iota, & sine hac sonat opinor. Viri opinor dij sunt, quòd si non sunt, trabi sunt, nisi forte δοκώ legêdum acuto accentu, vt intelligas trabes sunt.

62 *Exilium optabile.* Idem Seriphi agens, hospitem suum percontatus est, ob quam causam illic homines iuberentur vertere solum: quum ille respondisset, flagitiosos apud Seriphios exilio mulctari: Quin tu, quoque, inquit, aliquid flagitij committis, vt ex his locorum angustiis emigeres? Notans regio-

nem esse incommodam, & oppidum frigidum.

14 Idem quum Rhodi ageret, taxans eius gentis luxum deliciasque, dicebat illos ædificare perinde quasi essent immortales, obsonare quasi breui tempus victuros. Auidius enim fruimur his, quæ breui scimus auferenda. *Luxus.*

15 De Phaone malo tibicine dixit, quòd non caneret harmoniam, sed Cadmum. Phaon autem quum se gereret pro tibicine, iactaretque se Megaris habere chorum: Nugaris, inquit Stratonicus, non habes, sed haberis. Significans illum discipulum esse potius quam magistrum, aut chorum ipso doctiorem esse. *Citharœdus malus.*

16 Idem Stratonicus aiebat, se vehementer demirari Satyri sophistæ matrem, quæ illum decem menses tulisset, quem nulla ciuitas decem dies ferre posset. *Molesti.*

17 Idem quum Satyrum accepisset apud Iliũ peregrinari, festiuiter in illum retorsit illud prouerbio iactatum, In Ilio semper mala ludens ex ambiguo vocis. Aliter enim mala dicuntur quæ misera tristiaque sunt, aliter homines mali. *Ilio mala.*

18 Idem Minnaco fabro, vt opinor, secum de musica disceptanti, Non animaduertis, inquit, te supra malleum loqui. Simillimum est huic illud Apellis, Ne sutor vltra crepidam. *Vltra malleum.*

19 Idem quum quendam sibi notum haberet obuium calceis pulchrè extersit, specie laudantis vituperauit, dicens, nunquàm calceos tam belle potuisse abstergi, nisi abtersisset ipse. *Laudando vituperare.*

20 Idem quum forte venisset Miletum, quę tum

tum à conuenis inhabitabatur, vidisseq; omnia sepulchra titulos habere peregrinorum: Abeamus, inquit, hinc puer, nam hic hospites videntur mori. ciuium nullus. *Conuena.*

Idem Zetho de musica differenti: Te vnũ, inquit, nequaquam oportet de musica loqui, qui tibi nomen omnium à Musis alieniſſimum elegeris, teipsum pro Amphione appellans Zethum. Amphion vt est in fabulis, cantu citharæ condidit Thebas, at Zethus frater rusticus fuit. Apparet illum sibi mutasse nomen. 21 *A nomine*

Idem quum doceret Macedonem quendam, nec ille quicquam proficeret, exasperatus in discipulum: In Macedoniam, inquit, propter eo quod alij dicunt εἰς μακαρίαν, si cui precatur exitium. Obiter notauit & Macedonicæ gentis barbariem. 22 *Macedonia.*

Idem quum videret sacellum malo, sordidoque balneo vicinum, anathematibus pulchrè exornatum, posteaquàm balneo exijt male lotus: Non Miror, inquit, hic multas pendere tabulas. Quisquis enim hic lauit, illic suspendit tabulam veluti seruatus. Indicans magnum esse, si quis è tali balneo exisset incolumis. 23 *Balneum sordidum.*

Idem quum egrederetur Heracleam ciuitatem, portas ac mœnia circunspiciebat: percontanti verò cuidam, quid circunspiceret: Pudet, inquit, si videar exire è lupanari: notans corruptos eius ciuitatis mores. Sunt eius nominis ciuitates multæ, sed de Heraclea Thraciæ sensit, opinor. 24 *Ciuitas lupanar.*

Idem in eum, qui quum prius fuisset olitor, posteà factus musicus de arte secum contenderet, pronunciauit Senarium Græcum vnlgò celebrem. 25

Ἀδιοτις ἣν ἑκαστος εἰδῇ τέχνην. id est.
Quam quisque nouit artem, eam canat licet.

Mutato verbo, detorsit ad iocum, quod est in prouerbio ἔριδος τις. &c

Idem quum in Maronia potaret cum quibusdam, dicebat se posse scire, ad quem locũ
76 spectaret ciuitatis, si tecta facie ipsum duceret. *Antuerpia.* Quum duxissent, rogassentque, quò spectaret, ad cauponam, inquit, sentiens totam ciuitatẽ nihil aliud esse, quàm cauponam. Itaque quocunque verteretur tectis oculis, sciebat se spectare cauponam. Maronia Ciconum ciuitas est dedita negationi.

77 Idem quum in Arcadia malam terram, ac salsam aquam balneator exhiberet, iocatus est se terra, mariq́ue obsideri. Apparet in balneis terræ fuisse vsum qui nunc est sulonibus.

78 Idem quum apud Sicyonios vicisset, aduersum se cithara certantes consecrauit in Æsculapii templo trophæum cum hac inscriptione, Stratonicus à malè cithara canentibus. Hoc si idem est cum eo quod paulò antè memorauimus, miror ab eodem autore eodem in loco bis idem referri. Referuntur enim hæc apud Athenæum.

79 Idem quendam qui male cecinerat, rogauit *A nomine.* cuius esset cantio: quum ille respondisset, Cacini: Multò magis, inquit, quàm hominis. Cacinus enim Græcè canerum sonat. Est autem eadem vox cantoris cuiusdam nomen, quem notant Græcorum prouerbia.

80 Idem quum puer illius in balneo cum bal-
Phaselita. neatore litigaret de pecunia: Nam mos erat, vt hospites pluris lauarent, quàm ciues. Scelerate, inquit puero, ob æs me propemodum Phaselitem reddideras, Nam hoc accidit in Phaselide,

lide, de qua gente male sentiebat, tanquam sordida. Proin ministrum obiurgans, notat gentis malitiam.

Idem cuidam laudãti ipsum, vt aliquid ab 81
eo acciperet: Ego, inquit, maior mendicus *Mendicus à mendico.*
sum: Sentiens non esse musicorum dare laudanti, sed accipere à laudatis.

Idem quum doceret in ciuitatula per quàm 82
exigua, iocatus est mutatione literæ, non est *Depraua-*
πόλις, sed μόλις, id est, non est ciuitas, sed vix: *tio nominis*
Sentiens vix dignam nomine ciuitatis.

Idem quum esset Pellæ, & in puteum descẽ- 83
disset, rogauit, num esset aqua potabilis: quum *Res verbis*
dixissent, qui aquam hauriebant, nos istam *contraria.*
bibimus: Non est igitur, inqnit, potabilis, & illos videret pallidos, lutidosq́ue. Nam id interpretabatur male valetudinis argumentum, quam ex aqua contraxerant.

Idem quum audisset nixus matris Timo- 84
thei regis: Si inquit, opificem peperisset, non *Regum na-*
deum, quales emisissent voces? Irridens quorun- *tiuitas.*
dã fœdã adulationem, qui regũ filiis tribuebãt diuinitatẽ, quũ vox parientis regem æquè miserabilis sit, ac parturientis quemlibet plebeiũ. Ipse autem Stratonicus filius erat opificis.

Idem Polyide glorianti, & discipulus ipsius 85
Philopas canẽdo vicisset Timotheum: Miror, *Certare cũ*
inquit, si ignoras, quòd discipulus tuus condit *rege.*
decreta, Timotheus autem leges. Iocum captãs ex ambiguo vocis. Nomos enim Græcis & legem sonat, & modulos cantionis. Itaque periculosum est regem vincere.

Idem psaltæ cuidam molestius obstrepenti, 86
βάλ' ἐς κόρακας dixit, pro βάλλ' ἐς κόρακας. *Ex muta-*
abi ad coruos: ludẽs vnius literæ mutatione. *ta litera.*

Idem quum audisset Propin citharœdum 87
Rhodium corpore quidem magnum, sed arte
pusillum

Magnus fultus. pnsillum, percontantibus qualis videretur, respondit prouerbiali dicto, Nullus, malus, magnus, piscis. Singulis verbis hypostigme separatis, alium efficiens sensum.

88 *Cum dijs.* Idem quum in ludo suo haberet pictas Musas nouem, Apollinem vnum, discipulos autem tantum haberet duos, rogatus à quodam quot habetet discipulos: cum dijs, inquit, XII.

89 *Templa vacua.* Idem versans apud Malissam quũ videret templa multa, homines paucos, stans in medio foro, clamauit, Audite templa.

90 *Præconum barba.* Idem apud Abderitas agens, conspicatus illic singulis ciuium singulos esse præcones, adeò vt propemodum maior esset præconum numerus, quàm ciuium; à cœna cœpit per ciuitatem summis pedum digitis ingredi, demissis in terram oculis. Percontantibus autem Abderitis, quid mali repentè accidisset illius pedibus, ita respondit, Cætera quidem bellè valeo toto corpore, & ad cœnam curro celeriùs ipsis adulatoribus: illud vnum metuo, ne ingredienti præconis pedem offendam: Sentiens illic præconum plena omnia.

91 Idem quum in sacrificio malus quidam tibicen esset cantaturus: Bene ominandum est, inquit, libantes precemur deos: Significans opus esse deorum auxilio, vt bene caneret.

92 *Citharœdus malus.* Citharœdus quidam malus Stratonicum excipiebat conuiuio, atque super cœnam ostentabat illi artem suam. Erat autem apparatus splendidus. Itaque Stratonicus quum illo canente non haberet, qui cum loqueretur, confregit poculum, & poposcit maius. Id quum accepisset cum multis cyathis, soli calicem ostendit, moxque sese vino ingurgitauit, & obdormiit. Quum fortè superueniissent, & aliquot

quot comessabundi cantori, qui conuiuium exhibebat, noti, Stratonicus expergiscens factus est ebrius. At illi quum intellexisset, quòd multum assidueque bibendo fuisset inebriatus, Stratonicus compendio respondit: Hic insidiator & scèleratus cantor, me veluti bouem ad præsepe, dum cœna accipit, occidit. Boues multo cibo saginantur prius, quàm mactentur.

Idem in citharœdum imperitum, cui nomen erat Cleon, sed vulgò dicebatur bos: Olim, inquit, asinus lyræ dictum est, nunc bos est lyræ. 93 *Bos lyræ.*

Idem Rhodios quum videret delitijs dissolutos, & calido potu vtentes, appellauit albos Cyrenæos, & ciuitatem illorum appellauit procorum ciuitatem, quòd colore quidem differrent à Cyrenæis, qui nigri sunt, luxu & voluptatum studio similes. Sic hodie quidam appellant albos Mauros. Eiusdem feruntur & alia liberè, falseque dicta, in quibus dicitur imitatus Simonidem & Philoxenum. Si rogas, quod libertatis præmium tulerit, offenso Nicocle Cypriorum Rege, venenum bibit, & mortuus est. Hic primus fertur auxisse chordarum numerum, & harmonias docuisse, & diagramma reperisse. 94

Phœnicides cùm apponeret pisces in conuiuio, sed his duntaxat, qui dedissent symbolũ, dixit, mare quidem esse commune, sed pisces in eo natos eorum esse qui emissent. 95 *Empta.*

Theocritus Chius, posteaquàm Diocli lurconi perisset vxor, & in funebri cœna quam illi parabat, nihilo secius obsonia voraret, fiens interim: Desine miser, inquit, nihil profeceris, obsoniis indulgens: Sentiens illi semper flendi fore materiam, si pergeret delitiari. 96 *Luxus.*

ri Olim vesci piscibus pro delitijs habebatur, & infami vocabulo dicebantur opsophagi.

97 *Loquacitas.* Idem quum Anaximenes esset dicturus, ita præfatus est: Incipit verborum flumen, mentis gutta: Significans illum esse multiloquum, sed minimè sapientem.

98 *Iocus intempestiuus.* Idem quum duceretur ad Antigonum regem, atque hi qui ducebant, iuberent hominem bono esse animo, fore enim incolumem, simul atque venisset ad oculos regis: Omnem, inquit, spem salutis mihi adimitis: mordens regem quòd luscus esset. Rex audito ioco, iussit hominem agi in crucem.

99 *Ex ambitiuo.* Chirosophus Dionysij adulator, quum videret regem cum aliquot familiaribus ridentem, ipse quanquàm longo abesset intervallo, nec audiret, pariter risit. Rogauit Dionysius, num audiret, quæ dicerentur. Negauit. Quur igitur, inquit, rides? Quoniam persuasum habeo, quicquid isthuc est, quod inter vos agitis, esse aliquid ridiculum. Ridicula Græcis dicuntur interdum non deridenda, sed festiua.

100 Arcadion adulator odio Philippi Macedonis sponte desernit patriam. Euenit autem, vt Philippo Delphis agente adesset. Eum rex accersitum rogauit, Quousque fugies Arcadion? Donec, inquit, peruenero, vbi nemo norit Philippum. Quis non miretur eam libertatem in adulatore? Sed hac libertate delectatus rex, vocauit illum ad cœnam, itaque cum eo in gratiam redijt. Quanquàm libertati sub erat adulatio, subindicans Philippum nusquam non esse celebrem.

1 *Ventrissudiam.* Melanthus Alexandri Phærei parasitus, interrogatus quomodo fuisset interfectus Alexander? Per coxam, inquit, in meū mentrem: Sen-

Sentiens idem vulnus etiam suo inflictum ventri, cui iam erat esuriendum, mortuo, qui consueuerat alere.

2 In Archippum Athenienſium ducem, contractis & incuruis humeris, iecit scommia, dicens eum, ἀπροσχάνει τῆς πόλεως ἀλλὰ κυφέται. Nam iocus Latinis verbis reddi non potest. Quanquam legendum arbitror προκυφέναι, id est, non ante stetisse, sed antecubuisse. Stat enim qui erecto est corpore, προκύπτει qui se ante alium incurvat.

3 *Verborum ampulla.* Interrogatus, quid sentiret de tragœdia Dionysis, negauit se vidisse, quòd esset obtecta verborum inuolucris. Notans ambitiosa verborum copia rem obscurari. Refert Plutarchus περὶ τοῦ ἀκούειν

4 *Libertas adulatrix* Agis Argiuus adulator, videns Alexandrum ingentia munera dedisse cuidam ridiculo, exclamauit, O rem vehementer absurdam, Quum Alexander hac voce excitatus dixisset, Quid tu ais? Fatcor, inquit Agis, me pati non posse, quum videam vos è Ioue prognatos omnes pariter assentatoribus delectari. Si quidem & Iupiter Vulcanum habet pro morione, & Hercules Cercopibus, & Bacchus Silenis delectari consueuit. Tales videmus & apud te magni fieri. Pestilentissimum adulationis genus, sub libertatis imagine blandiri.

5 *Omen.* Seuerus Imperator quum è Britannia rediret, non solùm victor, sed etiam in æternum pace fundata, volens animo quid ominis sibi occurreret. Æthiops quidam è numero militari clare inter scurras famæ, ac iocorū celebrium, eum corona è cupresſu facta ei occurrit. Cæsar & coloris, & coronæ tactus omine, nam cupressus funebris est, iratus iussit hono-

hominem submoueri. At scurra discedens petus omen addidit lingua, dicens: Totum fui sti, totum vicisti, iam deus esto victor. Scurræ locus vaticinium erat. Nam Cæsar aliquanto post perit.

6 Anaxarchus quum Alexandrum se ob Cli- *Adulãter.* ti necem discruciantem videret, Clito, inquit, contigit iustitia quæ dijs assidet: persuadere cupiens quicquid à rege fieret, ius fasque, esse. Nam & Alexander pro deo se haberi sustinebat.

7 Praxaspes Cambaysen Regem admonuit, *Impiut ad ulator.* vt parcius vino indulgeret. Turpem enim esse in Rege ebrietatem, in quem vnum omnium essent coniecti oculi: cui rex: Vt scias, inquit, quàm mihi nunquàm excidam, appropabo etiam post vinum, & oculos & manus in officio esse. Bibit deinde solito largius, iamque vinolentus iubet obiurgatoris filium produci, alleuataque supra caput finistra manu state: tunc in cor adolescentis figit sagittam: nam id dixerat se petiturum, recisoque pectore, iaculum cordi infixum ostendit patri, rogans num satis certam haberet manũ. At ille negauit Apollinem potuisse certius mittere.

8 Nicesias Alexandro abigenti muscas, quòd *Muscæ regum.* ab illis diceret se morderi: Magis, inquit, ab aliis quæ plus tui habent, gustato sanguine. Adulatores notauit, vt omnibus muscis plus sugentes.

9 Clisophus Atheniẽsis adulator, Philippo in- *Petax.* crepãti cur semper aliquid peteret: Obliuiscor inquit, Lepidus iocus, sed pugnans cum laudatissima sententia, Beneficii accepti meminisse, dati obliuisci oportet.

10 Idem à Philippo donatus equo saucio vendidit,

didit, & ab eo post interrogatus, vbi nam esset equus: Ex vulnere, inquit, illo confectus est: Ludens ex ambiguo. Nam πέπρακται, sonat vẽditus est, & confectus est.

Idem Philippo iacienti in ipsum sconima 11 ta, & admodum hilari: Ergo posthac, inquit, *Ex inuer-* te non alam: lepidè inuertens rem. Nam reges *sione,* in hoc alunt parasitos, vt illorum dictis exhilarentur. Quòd si ipsi reges per se norint ludere, & in alios ridicula dicere, nihil opus sit parasitis, quum ipsi norint parasitos agere. Alioqui parasiti magis alunt reges, quàm reges parasitos. Quanquam Plutarchus in Sympo- *Salsè.* siacis, ita refert, ἀκέχρω σε τρίφω, id est, non ego te alo. notans regem, & versa rerum vice, pro rege ageret morionem. Tu me alis, vt ridiculis dictis te exhilarem, non ego te.

Bithys parasitus quum Lysimachus Rex ve- 12 sti ipsius curasset affigendum scorpium ligneũ *Parsimo-* aut, vt, Plutarchus ait, rubetã, pulchrè assimula- *nia expro-* tum vero, perturbatus resiliit. Ridentibus om- *brata.* nibus, vbi dolum sensit: Et ego, inquit, te vicissim terrebo rex. Quum ille dixisset, fac: Da mihi, inquit, talentum: exprobrans regi sordes & parsimoniam.

Philoxenus, cui cognomen Pternocopis, pa- 13 tria Corinthius, orto sermone & turdi magno *Ex nomine* venderentur, quum fortè adesset Corydus, qui malè audiebat, quòd corpus suum ad quæstũ prostituisset: Atqui ego, inquit, memini fuisse tempus, quo Corydus obolo parabatur: ludens ex ambiguo. Nam Corydus etiam auriculæ nomen est.

Idem opinor, dixit eas esse iucũdissimas car- 14 nes, & carnes nõ sunt, & suauissimos pisces, qui *Mediocri-* pisces non sunt. Item dixit amœnissimam es- *tas grata.* se nauigationem iuxta terram, & ambulationem

tionem iuxta aquam.

15 Philoxenus poeta Dionysio recitante sua
Liberè. carmina, quum alii per assentationem laudarent, exclamauit, Abducite me in lapicidinas: Subindicans hoc esse tolerabilius, quam audire, laudare que tam mala poemata. Nam antea rex offensus miserat illum in lapicidinas.

16 Idem interrogatus, quur in tragœdijs induceret mulieres malas, quum Sophocles eas in-
Argutè. duceret bonas, argutissimè respondit. Quoniam, inquit, ille tales inducit, quales esse deberent, ego quales sunt.

17 Idem apud Pythonem prandens, appositis
A carmine Numeri. oleis, quum paulò post inferretur patina piscium, percusso vasculo quod habebat oleas, Homericum hemistichium dixit, μάστιξεν δ' ἐλάᾳ, id est, scutica incitauit, vt traherent. Nam de auriga dictum est. Sensit autem Philoxenus oleas quàm primum auferendas, alludens interim ad Græcam vocem ἐλαιῶν, quæ sonat olearum, & ἐλάᾳ, quod sonat trahere currum aut aliquid simile.

18 Idem vocatus ad conuiuium, quum esset appositus ater panis: Caue, inquit, multos apponas, ne facias tenebras. Nigra enim obscurant, & atras tenebras dicimus, quum color albus plurimum habeat lucis, vnde & oculis noxius.

19 Corydus parasitus compotante ipsi meretricula, cui nomen erat Gnome, quum vinum deficeret, ipse iussit imponi duos supra centum obolos, Gnomen autem conferre quantum populo videretur: notans illam è populo quæstum facere.

20 Idem quum Plyctor citharœdus lentè sorberet, ac lapidem lenti admixtum mandere
signi-

ficans illum dignum, qui ab omnib. lapidaretur, posteaquà lens illi lapidè incussérat.

Idem quum apud Ptolomæum Mattya, cibi 21
laudatissimi genus circumferretur, sed apud *Spectator conuiuij.*
Corydon semper deficeret: Vtrum, inquit, Ptolemeæ sum ebrius, an videor mihi videre ista circumferri? Admonens se nihil aliud, quàm spectatorem esse Mattyæ. Ebrijs autem videntur omnia versari in gyrum.

Idem Chærephonti parasito dicenti, Non 22
possum ferre vinum: Ne id quidem, inquit, qd *Ex ambigno.*
in vinum: Sentiens illi non esse quod impenderet in vinum. Fert autem qui tolerat: & fert qui confert pretium.

Idem quum Chærephon nudus in cõuiuio 23
distenderetur: O Chærephon, inquit, nunc te *Voracitas*
veluti lecythos intueor, quousque plenus sis. In lecythis vitreis apparet, quousque plenæ sunt, si eximantur è thecis: ita incute illius apparebat expletio totius corporis.

Idem quum Demosthenes ab Harpalo pocu 24
lum ingens dono accepisset: Hic, inquit, alios *Munera.*
acrocothonas, hoc est, bibulos appellat, quum ipse magnam pateram attraxerit Cothon cyathus est fictilis. Attrahit, qui accipit donum, & attrahit vinum, qui bibit.

Idem solitus nigros panes inferre in conui- 25
uium, quum alius intulisset nigriores, dixit il- *Vmbra.*
lum non inferre panes, sed panum vmbras, ob immodicam nigredinem.

Pausimachus in parasitum qui ab anicula 26
alebatur, dicebat illi, qui cum ann consuetudi- *Vetula & cubinus.*
nem habebat diuersum quiddam accidere atque ipsi vetulæ. Nam illum semper aliquid ventre concipere, illam nunquàm: Sentiens illum subinde fieri fœcundum, illam manere sterilem.

27 Cineſias videns Alexandrum Magnum à pharmaco quod ſumpſerat, vehementer turbatum. Quid, inquit, nobis faciendum eſt, quū vos dij talia patiamini? Quum Alexander egrè ſuſtuliſſet oculos: Quales, inquit, dij ſumus metuo ne diis inuiſi.

Dij miſeri.

28 Pantalcon in Arſinoen Lyſimachi vxorem vomere ſolitam torſit hunc verſiculum:

Κακῶν κατάρχεις, τὸν δ' ἐμᾶσαν εἰσαγων.
Dominare prauis, qui hanc vomentē induxeris.

Libertas infelix.

Quod vbi reſciuit Lyſimachus, in muſtellæ cauea incluſit hominem, ac tanquam feram circumferri iuſſit, aluitque vſque ad mortem. Huic certè bonum dictum malè ceſſit.

29 Arceſilaus quum Apellem Chium ægrū inuiſens etiam egere ſenſiſſet, poſtridie reuiſit illum decem drachmas ſecum adferens, & proximè aſſidens: Hic nihil eſt, inquit, præter Empedoclis elementa.

Benignè.

Ignem & aquam, terram, atque volubilis æthera orbes.

Ac ne cubas quidem, inquit, ſatis commodè, ſimulque moto ceruicali, furtim ſubiecit pecuniam. Hanc quum anicula, quæ ægrotanti miniſtrabat, reperiſſet, & Apelli narraſſet: ille ridens: Diſpeream, inquit, niſi hoc Arceſilai furtum eſt. κλέμμα à κλέπτω, quod Græcis & cœlo ſignificat & furor.

30 Apelles quum vidiſſet tabulam à Protogene pictam, quam Demetrius in bello ſeruarat deprecantibus Rhodiis, aliquandiu præ ſtupore tacitus eam eſt contemplatus, tandem in hāc vocem erupit: Ingens labor, ac mirandum opus, deſunt tamen Gratiæ, quæ hoc, aliaque eiuſdem auferant, atque in cœlo reponant. Eā tabulam Protogenes nondum abſoluerat.

Opus immortalitate dignū.

31 Quum Megabyzes aliquando in officinam Apellis

Apelliis veniſſet, cœpiſſetque, neſcio quid de pingendi arte loqui, Apelles non ferens regem de his iudicantem, quæ non didicerat: Quandiu, inquit, ſilebas, omnes te ob aurum, purpuram, ac diadema veneranies, magnum virum eſſe putabant: nunc pueri mei, qui colores terunt, ob inſcitiam te rident. Plinius pro Megabyze ponit Alexandrum Magnum.

De arte artifex.

Pictori parum perito de celeritate gloriāti, & oſtenſa tabula dicenti hanc modò pinxi: Etiamſi tacuiſſes, inquit Apelles, res ipſa loquitur, q; eam ex tempore ſubitò pinxeris.

32 *Celeritas inepta.*

Apelles quum Laidem adhuc virginem vidiſſet ex Piræo ferentem aquam, admiratus inſignem formam, duxit illam in conuiuium ſodalium. Cæterum irriſus ab illis, q; pro meretrice virginem adduxiſſet in cōuiuium: Ne miremini, inquit, ego eam alo, vt aliquando fruar. Nam priuſquam totum exceſſerit trientium, eam formoſam reddam.

33 *Spes boni futuri.*

Idem dicere ſolet ſibi cum Protogene omnia eſſe paria, aut illi etiam meliora, vno ſe præſtare, quòd ille manum de tabula neſciret tollere: Sentiens Protogenem peccare nimia diligentia, quam morioſam appellāt, quæ frequenter officit, non pictori tantùm, ſed & oratori. Huic vitio affinis fuit vir eximiè doctus Paul. Æmilius Veronenſis, qui ſibi nunquam ſatisfaciebat, ſed quoties recognoſcebat ſua, mutabat pleraque: dicereq; opus non correctum, ſed aliud: idque ſubinde faciebat. Quæ res in cauſa fuit, vt citius elephanti pariant, quàm ille quicquam edere poſſet. Nam hiſtoriam, quam edidit, pluſquàm triginta annis habuit præ manibus. Et ſuſpicor hoc factum, vt euulgaret.

34 *Morioſa diligentia.*

Nunquam tam occupatus fuit, vt diē præ- 35

Artis exercitatio.

termitteret, in quo nihil omnino pingeret artem exercens. Vnde inducens sese à negotiis dicere solet, Hodie nullam lineam duxi. Quæ vox abiit in prouerbium, de quouis officio prætermisso.

36 *Iudicare de arte aliena.*

Idem tabulas in pergula proponere solet, postque eas latitans quid prætereuntes reprehenderent, auscultabat Sutor quidam reprehendit, q; in crepidis pauciores vna intus fecisset ansas. Tulit hoc tacitus Apelles: postridie quum idem circa crus aliquid notaret. Apelles indignatus prospexit, denuncians illi, ne sutor vltra crepidam iudicaret. Quod & ipsum in prouerbium venit.

37 *Ex linea iudicare.*

Protogenes Rhodi viuebat. Eò Apelles videndi eius gratia profectus est: continuoque petit officinam in qua tabulam magnæ amplitudinis in machina aptatam picturæ, anicula quædam custodiebat. Ea Protogenem negauit esse domi, rogauitque à quo quæsitum diceret reuerso: Ab hoc, inquit Apelles, arreptoque peniculo lineam ex colore duxit, summæ tenuitatis, per tabulam. Reuerso Protogeni quæ gesta erant, anus indicauit. Ac lineam ille contemplatus, continuò dixit, Profecto Apelles Rhodum venit. Nec enim in aliũ cadit tam absolutum opus. Mox induxit alio colore lineam illa subtiliorem, anuique mandauit, vt si rediret hospes, diceret ostensa linea, hic est, quem quæris. Reuersus Apelles & vinci erubescés, tertio colore lineas secuit nullum relinquens amplius subtilitati locum. Protogenes victum se confessus in portum deuolat, hospitem quærit, domumque ducit victus victorem. Ex minimo vestigio artifex agnoscit artificem.

38 Agatharchus pictor sese iactabat de pingendi

gendi celeritate, quum Zeuxis diutius immotaretur operi. At Zeuxis respondit: Ea quæ citò fiunt, citò perire: contrà quæ paulatim exacta cura absoluerentur, ætatem ferre. Iuxta Valerium ita respondit, Diu pingo, quia pingo æternitati. Citò nata, citò pereunt, diu elaborata ferunt ætatem. Beta citò nascitur, buxus paulatim. *Citò nata nõ durant.*

Zeuxis certamen artis exercuit cum Parrha 39
sio. Quum enim Zeuxis tam scite effinxisset vuas, vt in scenam aues aduolarent, Parrhasius detulit linteum pictum, ita veritate representata, vt Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam. Mox intellecto errore: Victus, inquit, Parrhasi. Nam ego aues fefelli, tu artificem. Rari cando ris inter artifices exemplum.

40 *Imitatio.*

Idem postea pinxit puerum vuas ferentem, ad quas cùm aues aduolassent, processit iratus operi. Vuas, inquit, melius pinxi, quàm puerum. Nam si consummassem, aues puerum timere debuerant. Ingenuitatis exemplum. At aues viderunt in puero nullum esse morum, itaque aut mortuum, aut dormientem arbitratæ sunt.

Scopas Thessalus statuarum artifex, demirã 41
ti quid in ædibus suis tantum haberet rerum superuacanearum & inusitatarum: Imò his, inquit, superuacaneis felices sumus ac beati, non illis necessarijs. Quum ea quæ sunt vitæ, necessaria, sint suapte natura pretiosissima, tamen quia quotidiana sunt, multisque cõmunia, contemnuntur. Cæterùm quanti sint pretij, declarat extrema necessitas, quæ si incidat, quilibet libens omnes gemmas, aulæa, & aurũ suum, vno pane commutet: cætera magis ad ostentationem pertinent, quàm ad salutem. *Superuacua.*

42 Polycletus statuarius dicere solet, eorũ opifi-
Philosophia artis. cium esse molestissimum, quibuscunque lutum petueniret ad vngues, fastas opinor ac singulos notans. Admonuit autem eas artes exercendas, vnde non conspurcaretur opifex. Talem nimirum philosophiæ studium.

43 Idem duas statuas eodem argumento fece-
Populi iudicia. rat, alteram ad artis iudicium, alteram, ad opinionem vulgi, & ad cuiusuis præterentis iudicium. Ambabus perfectis admittit turbam. Prior illa quam ex arte fecerat, magnopere laudata est, altera non item. Tum Polycletus: Atqui scitote, inquit, quòd hanc quam tantopere laudatis, ego feci: eam quam vituperatis, vos fecistis. A populo factam dixit, quam ad iudicium populi fecerat. Vicit tamẽ artis species imprudentes. Si monuisset, vtram ad illorum iudicium finxisset, eam prætulissent.

44 Arato destinanti tyrannorum communi
Honos arbis. odio abolere tabulam insignis artificii, quæ Aristratũ in curru victorem habebat, Nealces supplex intercessit, vt opus incolume seruaret, dicens cum tyrannis, non cum tyrannorum imaginibus belligerandum esse.

45 Quum Philippus locum quendam Ithoma
Diuinatio tam non minus munitum, si præsidium imponeretur quàm erat Acrocorinthus, occupasset, & sacrificio peracto per vatem ad ipsum exta essent delata, accepta Arato ac Demetrio Phario demonstrauit, & ipse animi dubius rogabat eos, quid exta portenderent, vtrum Messenijs locum redderet, an retineret. Hic Demetrius arridens. Si aĩum, inquit, vatis geris, locũ dimittes: sin regis, vtroq; cornũ boue retinebis: Peloponnesum bouis ænigmate signans, q̃ facile tueretur, & duas arces præsidio tuere

tur.

tur. Aratus autem rogatus à Philippo suam sententiam dicere, post diutinum silentium, hunc in modum respondit: Permulti sunt ò Philippe Cretensium montes, permulti Bœotiorum, ac Phocensium tumuli terra prominentes. Item plurimi Acarnaniorum, partim in mediterraneis partim in oris maritimis siti, qui natura munitissimi sunt: & tamen quum horum nullum ceperis, omnes tamen ipontè intemperata faciunt, latrones rupes & saxa incolunt, ac præcipitiis se tuentur. Regi autem nihil beneuolentia firmius aut munitius esse potest.

Philippus Arato venenũ dandum curarat, 46
quod non repentè occideret, sed lenta tabe cõ- *Regũ amicitia.*
sumeret. Id vbi sensit Aratus, nec inueniretur remedium, dissimulauit, & ingressus cubiculũ vni tantum ex familiaribus dixit: O Cephale, hæc sunt premia regiæ amicitiæ. Non semper tutum regibus optima dare consilia.

Quum ex Atheniensium sociis quidã con- 47
tumeliæ causa rogasset capitium Laconem, num qui in prælio occubuissent, fuissent strenui viri: Magni profecto, inquit Lacon, faciendum fusum, sagittam sentiens, si strenui, ignauiq́ue discrimen nosset: Significans illic vbi res sagittis aut saxis agitur, nullum esse fortis, & ignaui discrimen: sed vbi cominus res geritur, ibi demum apparet, qui sint viri, qui non.

Turbo Adriani Cæsaris præfectus, admoni- 48
tus ab eo, vt curam haberet suæ valetudinis, *Ocium.*
sibiq́ue daret vacationem à negociis: respondit, non decere Cæsaris præfectos nisi stantes mori.: Ignauum esse sentiens in lecto decumbentem expirare.

Idem quum adhuc nihil aliud esset, q̃ cen- 50

50 turio, & ante præfectos à Cæsare vocaretur in
Modestè. consilium: Turpe est, inquit, ò Cesar exclusis
præfectis cum Centurione agere.

51 Milo Crotoniates athleta, iam senex quum
Animi bo vidisset athletas alios in curriculo sese exer-
na. centes, fertur inspexisse lacertos suos, lacry-
mansque dixisse, At hi iam mortui sunt. Meritò fleuit, qui felicitatem, corporis viribus me tiebatur. Animi vigor serius senescit, si tamen senescit vnquam.

52 Philippides dictus ἀμερὸς δρομος, quòd vno
Nuntius fi die mille quingenta stadia conficiens Lacedæ
delis. monem peruenit. Idem, ni fallor, quum victoriam Atheniensium aduersus Medos in Marathone partam, senatui de pugnæ exitu solicito nunciaret: Μέγα χαίρετε, inquit, νικῶμεν, id est multum valete, vincimus, moxque expirauit.

53 Persæus quum cuidam noto daret pecuniã,
Cautio no- cautionem fecit in foro apud mensarium. Hanc diligentiam quum amicus admirans diceret, Adeone legaliter Persæ? Scilicet, inquit, vt amanter recipiam, nec legaliter reposcam. Fit enim sæpenumero vt qui cum amico bona fide sine testibus ac syngraphis agunt, post cogantur cum eo legibus agere. Dicti nonnulla gratia est in Græcis νομικῶς, & φιλικῶς.

53 Timon Athenienses dictus μισάνθρωπος, in
terrogatus quur omnes homines odio perse queretur: Malos, inquit, meritò odi, cæteros ob id odi, quòd malos non oderint: Sentiens non esse verè probos, qui non detestantur improbos.

54 Eidem adscribunt, quòd dicere solitus sit,
Malorum duo præcipua esse malorum omnium ele-
fons. menta, auaritiam atque ambitionem. Am-

bitio malè profundit, quod male collegit auaritia.

55 *Laus conciliat amicos.*

Alexinus sophista inter ambulandum multa mala dixit in Stilphontem Megarensem: cæterum vbi quispiam eorum qui aderant, dixisset, Atqui ille te nuper laudauit: Per Iouem, inquit: vir enim optimus est, ac præstantissimus. Tam facilè ex obtrectatore factus est laudator, non ob aliud, nisi quòd ab eo laudatus esset.

56 *Senectus virilis.*

Gorgias Leontinus sophista, centesimum septimum agens annum, rogatus quare tandiu vellet in vita manere, Quia nihil, inquit habeo, quod accusem senectutem.

57

Socrates dicitur eum execrari solitus, qui primus vtilitatem à natura seiunxisset: Naturam appellat honesti rationem homini à natura insitam.

58 *Malum dissimulatũ.*

Philotimus medicus cuidam ostendenti digitum exulceratum, quum epar haberet tabidum: id enim ex colore deprehendit: Non est tibi, inquit, ò bone, periculum ab vnguium vitio. Idem ferè fit ab hominibus, vt de leuioribus malis quærantur, graviora dissimulent.

59 *Voluptas.*

Archyta Tarentinus Pythagoricus dixit, nullam pestem capitaliorem hominibus à natura datam, quàm voluptatem. Ex hoc enim fonte prodit, quicquid est in hominum vita scelerũ & calamitatum.

60 *Frugalitas.*

Prodicus dicere solet, optimum condimentum esse ipsum ignem: Sentiens bono stomacho satis esse obsonium esse coctum, etiamsi nihil accedat delitiarum.

61 *Laude iniuriosus.*

Menedemus quum audisset, quòd frequenter ab Alexino laudaretur: At ego, inquit, illum semper vitupero, declarans se non posse

posse corrumpi laudibus, quò minus eum reprehenderet, qui reprehensione dignus erat.

62 *Ab inexpectato.* Cuidam qui in foro Romæ loricatus ambulabat, prætexens id se metu facere, perquàm scitè dixit Vibius Crispus, Quis tibi sic timere permisit? Ludens ex inopinato. Expectabatur enim, vt obiurgaret hominem, quod præter consuetudinem Romanam armatus intercederet. At ille increpuit hominé, quòd sic timeret, quum liceret manere domi, si quid timeret.

63 *Commiseratio in malis.* Quidam decciderat in puteum profundum, Eum quum vidisset quispiam, commiserans hominem dixit, Miser quomodo in puteum decidisti? Tum ille, Quid refert quomodo inciderim? hoc potius agendum, quomodo hinc possim educi. Hoc refertur à Diuo Augustino.

64 Medicus quidam ægrotanti dederat pharmacum, eoque sumpto conualuit ægrotus. Euenit vt aliquantò post idem morbus recurreret: ægrotus quum ad idem pharmacum quo prius conualuerat, confugeret, nec sentiret remedium, accersit medicum, admirans qui factum esset, vt eadem medicina, quæ prius depulisset morbum, postea magis aggrauaret. Huius rei causam sciscitanti medicus facetè respondit, Fateor idem fuisse pharmacum, sed ideo non profuit, quia ego non dedi. Sentiens medicorum esse dare pharmaca, qui norunt quando & quomodo dandum. Quæ prosunt iuueni, nocent seni: & contrà, quæ iuuant cœlo tepido, lædunt frigido. Et hoc refertur ab Augustino.

65 Euclidi cum fratre simultas erat: is quum minitans dixisset, Disperream, ni tevltus fuero:

ro: Euclides contrà, Disperam, inquit, ni tibi persuasero. Hoc dicto soluta est simultas, & rediit in gratiam. *Reconciliatio.*

Aristo dicere solet eos ventos esse nobis molestissimos, qui abstrahunt pallia. Nam his cõtra ventos munimur. Ita grauissimè lædunt amici, qui expiscantur arcana. 66

67 *Ab inexpectato.* Gnathæna parasito quem alebat anus, eratque obeso corpore: Eleganter, inquit, ò adolescens es affectus corpore. At ille, quid igitur futurum putas, si non secundus in lecto dormirem; Fame, inquit Gnathæna, perisses: subnotans illum vetulæ concubitu ali. Iocus est ab inexpectato.

68 *A nomine.* Eadem quum Pausanias quidam nomine Laccus, saltans in cadum incidisset, Laccus, inquit, in cadum incidit. Nam Græci laccum vocant quod nos lacum. Cadus in lacum incidere solet, lacum in cadum incidere absurdum est.

69 *Parsimonia.* Eadem quum quidam vini paulum infudisset in pyctérium, id est vasculi genus refrigerando vino paratum, diceretque: Hoc vinum sedecim annorum est: Pusillum est, inquit, pro tot annorum ætate. Hoc ipsum asseribitur Phrynæ.

70 *Certamen argentarium.* Eadem quum in conuiuio duo adolescentes pro ipsa inter se pugnarent, victum ita consolata est, Bono animo es puer, non enim est certamen coronarium, sed argentarium: Sentiens in aliis certaminibus victorem ferre coronam, hic victori numerandam pecuniam, vt melior sit conditio victi quàm victoris.

71 *Petax meretrix.* Eadem ei qui filiæ ipsius minam dederat, nec postea quicquam adferebat ipsi, nihilominus solito more ad eam ventitans: Heus, inquit, puer, num putas te, quèadmodũ semel data, inam

mina ad Hippomachum pædotribam, ita sem per ad me commeaturum ?

72 Eadem adolescenti qui sua sponte venerat ad conuiuium, præbibit his verbis: Cape, inquit, superbe: quum ille commotior dixisset, Qui superbus? Imò, inquit Gnathæna, quis te superbior, qui nec vocatus venias? locus est ex ancipiti: nec vocatus venit, qui non vocatus venit quod est impudentiæ: & nec vocatus venire dicitur, qui vocatus venire recusat, quod est superbiæ.

Conuiua vitreus.

73 Eadem à duobus conducebatur quorum alter erat miles, alter mastigias seruus. Militem verò per contumeliam illam appellante lacum: An, inquit, quia duo amnes in me influunt, Lycus & Eleutherus? Lycus & Eleutherus fluuiorum nomina sunt, sed illa allusit ad seruum amatorem & liberum. Lupus esurit, liber arrogans est.

74 Nico Meretrix, cui cognomen erat Capra, parasitum quempiam obuium habens à morbo gracilem: Quam macilentus, inquit. Quum is respondisset, Quid me putas triduo comedisse? Aut lecythum, inquit, aut soleas. Parasitus sentiebat se nihil aut minimum edisse, illa respondit quasi de cibi genere interrogata:

Ab inexperato.

75 Callistion cognomento Trochelena, quum à quodam esset conducta seruo, isque quoniã æstiuo tempore nudus accumbebat, ostenderet in corpore notas plagarũ: Vnde, inquit, illa miser? quumq; is dixisset se puerum iure fuisse pfusum: Tum illa, Nimirum vitulino: Sentiens esse flagrorũ vestigia. Ex carnib. vitulinis coq faciunt ius, ex pelle vitulorum fiunt lora.

76 Thais glorioso cuidam amatori, qui cùm multa pocula sumpsisset commodato, diceret se

se velle illa confringere, aliaque parare: Perdes, inquit, quod cuique proprium est. Ambiguò sermone notans esse commodatitia. Poterant autem intelligi, si conflentur, perire quod cuique poculo proprium est.

Ex ambiguo.

77 Laias Corinthia cuidam amatori, qui misso sigillo, iubebat illam venire: Non possum, inquit, lutum est. Olim terræ genere signabant, at illa lutum esse dixit, quasi ob lutum viarum non posset accedere. Luteum sigillũ nihil morabatur, argentum quærebat.

Ex ambiguo.

Eadem Myronem salsissimè repulit, sed præstat hoc Ausonij verbis referre.

Canus rogabat Laidis nolle m Myron,
Tulit repulsam protinus.
Causamq; sensit, & caput fuligine
Fucauit atra candidum.
Idemq; vultu, crine non idem, Myron,
Orabat oratum prius.
Sed illa formam cum capillo comparans,
Similemq; non ipsum rata,
Fortasse & ipsum, sed volens ludo frui,
Sic est adorta callidum:
Inepte quid me quod recusaui, rogas?
Patri negaui iam tuo.

Hoc videtur imitatus Imperator.

78 Leontium, quoniam ipsa cum amatore discumbente, ingressa est Glycera, & amator ad hanc videbatur proclinior, sedebat mœsta. Hanc quum uotus quispiam appellasset, dicés: Quur mœres Leontium? Vterus, inquit, mihi dolet. ὑστέρα Græcis vterum siue vuluam sonat, & eadem vox sonat, posterior: Significabat autem posteriorem Glyceram magis placuisse, idque sibi dolere.

Adolescens quidam in Ægypto deperibat in Theonidem meretricem: quumque illa

peteret ingentem mercedem, tandem adolescens somniauit se rem habere cum ea, atque ita liberatus est amore. Petit illa mercedē. Negante iuuene ium est ad iudicem. Bocchoris pronunciat, vt iuuenis in vasculo adferret tātùm pecuniæ, quantum illa postularat. Iubet adesse meretriculam, & vmbra frui pecuniæ circumlatæ. Hoc iudicium Lamia velut iniquum reprehendit. Iuuenis somnio liberatus est, inquit, ab amore: at vmbra pecuniæ non eximit Theonidi pecuniæ amorem.

Vetula amata.

79 Phryne iam anus dixit, A multis fœcemi, propter vini gloriam: Sentiens multos ideo secum congredi, vt gloriari possent, cum Phryne rem habuisse. Sicut vini magni nomi nis etiam fex emitur, vt iactare possint se tale vinum habere domi.

Fucata.

80 Eadem ætate florens in conuiuio, cui complures aderant fœminæ, quum iuxta morem ioci conuiuiales, quòd vnusquispiam faceret, idem omnes facere cogerentur; prior manum bis aquæ immersam admouit fronti. Quoniam autem omnes erant fucatæ, aqua per lituram fucorum defluens, rugarum specie vultus omnium deformabat, quum ipsa interim Phryne, quæ naturali forma pollebat, speciosior etiam appareret diluta facie.

Pretiū expugnat.

81 Quum amatores, quoniam gratis non admittebantur, filiæ domum expugnaturi, vectes, ligones, & balistas admouerent, Phryne produit. Quum ista, inquit, haberetis domi, quin potius afferebatis pretium? Sentiens ita facilius expugnaturi meretricum ædes, dando quàm fodiendo.

Callide.

82 Phryne Praxitelem à quo deamabatur, rogauit, vt ex operibus quod haberet pulcherrimum sibi donaret. Promisit quidem amās, sed

sed illa sensit artificē dissimulare, quod esset optimum Itaque subornauit seruum, qui Praxiteli in foro sua vendenti nuntiaret incendiū in officinam incidisse, ac pleraque illius opera conflagrasse non tamen omnia. Praxiteles exclamauit, nihil sibi relictum, si Satyrum & Cupidinem flamma corripuisset. At Phryne occurrens, iussit illum bono esse animo, nihil enim triste accidisse. Sed hoc commento deprehendit in quod opus ille plurimum artis contulisset, & Cupidinem abstulit.

Phryne cuidam iuueniliter iactanti, quòd 83
multas haberet, se studio tristem exhibebat ac roganti causam: Ob hoc ipsum irascor, inquit, q̄ multis inuolutus fueris: de plagarum notis sentiens, quas in illius corpore deprehendit: erat enim seruus, at ille gloriabatur de puellis, quibus potitus fuerat.

Amator. blandus.

Eadem auaro cuidam amatori, blandienti, 84
dicentiq̄ue. Tu Praxitelis Venusc̄ula es: Et tu, inquit, Phidiæ Cupido. Blandimentum blandimento pensans, & obiter auaritiam homini cupido exprobrans. Nam Phidias à parsimonia nomen habere videtur.

Eadem cum insidiaretur pudicitiæ Xeno- 85
cratis, & in ea eadem ædiculas ab illo esset admissa, ac precibus tandem impetrasset, vt leēnli partem, qui illic vnicus erat, ipsi concederet: reuersa ad illos, qui eam subornauerant, ac rogata, quid profecisset: Ego, inquit, à statua redeo, non à viro. Idem elegātius narrat Valerius Maximus. Facta cum adolescentibus, vt Xenocratem ad coitum solicitaret: se in illius probe poti lectulum coniecit. postridie quum adolescentes exprobrarent, quòd tam formosa puella poti senis animum pellicere non potuisset, pactūq; victoriæ p̄tium flagi-

tau

gitarent, facete elusit, dicens, se de homine, nō de statua cum illis pignus posuisse.

86 *Ab inexpectato.* Lamiam meretricē Demetrius rex adamabat parum sobriè. Ea quum iam senescens in conuiuio tibus ceciniſſet, Demo quæ & Mania dicta est, interrogata à Demetrio, quid videretur Lamia: Anus, inquit: aliud respondens atque expectabat rex. Nam ille scisciabatur, quàm scitè videretur canere.

Rursus appositis bellarijs, quum rex diceret, Vides quàm multa mihi mittat Lamia: Plura, inquit, tibi mittentur à matre mea, si velis cum ea dormire: Notans anus solere donari ijs, à quibus subiguntur.

88 *Mundus matrona.* Anicula Theopraſto licitanti quiddam, idque admodum Atticè: Hospes, inquit, non vendo tanti. Notans illum, quasi non esset Atticus natura, qui supra modum affectaret Atticissimum. Id enim solent hospites, dum in aliena lingua volunt videri diserti.

87 *Affectatio* Phocionis cognomento Probi vxor dicere solebat, suum mūdum esse præclara gesta mariti. Ita frugalitatem suam excusauit ab ijs matronis obiicientibus, quod parum pro dignitate culta esset.

89 *Animosè.* Quum Cyprii aduersus Astyagem Medorū regem infeliciter pugnassent, mulieres in urbem fugientibus obuiam ierunt, ac nudatis ventribus, Quò, inquiunt, ignauissimi ruitis? An nescitis vos huc iterum intrare non posse, vnde semel naturæ lege egressi fuistis? Inuerso ordine mares animant mares, quæ solent à periculis auocare.

Poppea quæ prius adultera Neronis, Mox

90 *Animosè* repudiata Octauia, mariti potens facta, subornauit quendam ex Octauiæ ministris, qui ei seruilem amorem obiceret. Ancillis Octauiæ ad

ad quæstiones pertractis, quædam cruciatu vi actæ falsis annuerunt, quædam perstiterunt dominæ suæ sanctitatem prædicantes. Ex his vna instanti Tigillino respondit, castiora esse Octauiæ muliebria, quam os eius: Significans illum esse fellatoribus obsequentem, aut conilingum.

Chiomata Orthiagontis vxor, quum missio pretio à suis reduceretur, ac tribunus illam officij gratia ad flumen prosequeretur, clàm mandauit vni seruorum, vt Romanum illum se prosequentem occideret. Id vbi caput præcisum sub veste tectum ad maritum detulit, & ad illius pedes abiecit, marito admirante, dicenteq́; num Præclarum duceret seruare fidem? Præclarum, inquit: sed hoc præclarius, vnum duntaxat, qui mecum concubuerunt, viuere. Fœmina aliquanto prudentior Lucretia, quæ non sua, sed stupratoris nece testata est suam pudicitiam. 91 *Pudicitia matronæ.*

Canna Sinorito Galatæ nupserat. Eam Synorix inuenis præpotens adamabat, & clam interfecto Sinorito, de nuptiis Cannam solicitare cœpit. Illa quo coniugis mortem vlciscetur, dissimulauit dolorem, & coniugij spem præbuit. Tandem Synorigem ad se venire iubet in templum Dianæ, cui erat dicata, quasi vellet hanc esse coniugij testem: & astans altari, ceu Deæ libatura è poculo bibit toxicū, moxque tradidit Synorigi: qui simul atque reliquum ebibisset, venerata Deam: Te, inquit, dearum præstantissima testor, me huius tantum diei gratia hactenus Synorito fuisse superstitem. 92 *Pudica vxor.*

Olympias Alexandri mater, indignè ferēs, quòd Alexander pateretur se dici filium Iouis: Non desinet, inquit, Alexander me lu- 93 *Iouis filius.*

noni inuisam facere. Solent enim vxores extremo odio persequi pellices.

94 *Moves pro philtris.* Eadem quum accepisset Alexandrum filiũ, vt alij, Philippum maritum, adamare fœminam, à qua putabatur amatoriis venenis corruptus, accersiuit ad se mulierem: quũq; præter insignem formam comperisset in ea mores liberales, & ingenium egregiè dextrum: Valeant, inquit, qui te insimulant veneficij. Nam tute quidem pharmacum in te ipsa ac philtrum habes.

95 *Bona fama.* Eadem quum accepisset adolescentẽ quendam aulicum duxisse vxorem, elegante quidẽ forma, sed famæ parum secundæ: Ille, inquit, non sapit, qui vxorem oculis, non etiam auribus duxerit. Forma cernitur oculis, fama auribus deprehenditur. Quidam autem nec auribus, nec oculis, sed digitis ducunt, solam spectantes dotem.

96 *Frater matrimonio potior.* Intaphernis vxor, Dario permittente, vt virum è suis eligeret, cuius vitam sibi donari vellet, fratrẽ elegit: demirante rege, caussamque scisscitante: Alius, inquit, maritus, alij liberi, si deus volet, possunt contingere: alium fratrem parentibus vita defunctis non est q̃ sperem.

97 *Matrona ornamẽta.* Cornelia Gracchorum mater, quum Campana matrona illius hospitio vtens ornamenta sua quibus illud seculũ nihil habebat pulchrius, ipsi ostenderet, traxit eam sermone donec liberi redirent è schola: Tum, Et hæc, inquit ornamenta mea sunt: Sentiens matronæ nihil esse pulchrius, neq; preciosius, q̃ liberos rectè educatos.

98 *In deteriꝰ.* Omnibus Dionysio tyráno exitium imprecantibus, vna fœmina anus quotidie diluculo Deos comprecari solet, vt esset incolumis sibiq;

sibiq; superstes: accita à rege mulier, rogata est, vnde tanta in regem beneuolentia: Quũ, inquit, quum puella essem, & grauem tyrannũ haberemus, optabam mortem illius. Eo interfecto deterior, aream occupauit. Et huius exitiũ optabam. Nunc quum te habeamus, superioribus & grauiorem, vereor ne si tu pereas, succedat etiam deterior eoq; caput meũ pro tua salute deuoueo. Tam facetam audaciam Dionysius punire erubuit.

Cuculo minores auiculas persentãti, quur ipsam fugerent: Quoniam, inquiebant, suspicamur te aliquando futurum, accipitrẽ. *Tyranni species.*

Coccyx enim specie non multum differt ab accipitre. Cauendum ab his, qui tyrannidis specimen moribus edunt. Hoc ad Lysiadem Plutarchus commodauit in vita Arati.

APOPHTHEGMATVM PRAEFATIO.

APVD priscos illos, non Græces modò, verumetiam Latinos, ac loribus ac patronis causarum forensium certus aquæ modus per clepsydras infundebatur, ne superuacanea verborũ copia quum iudicibus tædium adferret. tum ipsi et causa officeret, deniq; aliis agere volẽtibus aditum præcluderet. At non idem fieri solet in Philosophicis orationibus, in quibus tandiu proferendus est sermo, quandiu auditor alacriter hauriat ea, quæ dicuntur, præsertim si quæ dicuntur, conferunt vel ad liberalem eruditionem, vel ad bene beateq; viuendũ. Itaq; per quã elegãter Plato Antisthenẽ prolixius disserentẽ admonuit hũ verbis: Videris, inquit, ignorare, q̃ orationis modus non est is, qui dicit, sed is qui audit: sic & Carneades quum esset in disserendo vocalior, admonitus est à gymnasii principe, vt vocem moderatius promeret: sed quum ille à gymnasiarcha peteret, vt sibi præscriberet modum, sanè quàm appositè respondit: Ishuc quòd à me petis, rectius sumes ab auditoribus. Iam videmus quosdam nõ clepsydris, sed clepsammidis metiri conuiuium. Hoc vt fateor ad frugalitatis disciplinã vtiliter fieri, atque etiam necessario, duntaxat apud eos qui nesciunt vnquam à mẽsa surgere, nisi hirũdinũ ritu sic distenti, vt tantũ non crepent, ac dissiliant: ita non conueniret opinor ei qui lautos, & elegantes hoẽs suauiter excipere vellet: sed hunc oporteret apparatus modum à conuiuarum orexi petere. At ego in hoc argumento cõuiuatoris personam

sonam indui, ac posteaquã cœna tot instructa missibus, quot actus permittuntur comœdiæ, secundas mensas non omnino ieiunas adieceram, mihi videbar sic egisse partes meas, vt si non Lucullus quispiam, certe mũdus ac lautus ἐστιάτωρ videri possem, atque adeò metuebam, ne apud frugalitatis amatores citius luxuriæ quam sordium crimen incurrerem. Verùm simul atque prodijt opus, tanta auiditate distractũ est, vt protinus à typographo cœperit efflagitari denuo: siue hic est argumenti, siue, quod magis arbitror, tuus ornatissime princeps genius: quem confidimus non solùm ditioni tuæ, sed & studiis fore felicem. Itaque prioribus sex libris recognitis, & auctis adiecimus duos, quos tu vel

post cœnium vel pomeridianum,

siue ἀπὸ σπυρίδος, si libet, vocare poteris, ne à

conuiuij metaphora recedamus.

Vale.

APOPHTHEGATVM LIBER VII.

THALETIS MILESII.

1 *Paucilo-quium.*

HÆC præcipuè celebrantur: Multa verba nequaquam arguunt sapientē opinionem. Græcis carmen esse videtur: Οὔτι τὰ πολλὰ ἴτυν φρονίμην ἀπέφηνατο δόξαν.

Sapiens enim non nisi quum res postulat: nec plurib. vtitur verbis, quàm opus est. Quēadmodum deus omnium sapientissimus sermonis est parcissimi.

2 *Vnum eximium.*

Vnum quiddam diuina egregium, vnum quiddam præclarum elige. Solues.n. hominū loquacium linguas sine fine garrientes, ἀπεραντολόγους, quod interpres mirot quare reddidit, non paucorum. Satius est ad parandam honestam famam, vnum quiddam insigne prædicere, q̄ diuinare de triuolis aut quibuslibet: Sapiens enim vates est optimus. Et præstat vno opere edito, sed egregio, parare famā eruditionis, quàm minus accuratè scribere de singulis.

3 *Aenigma 30.*

Rogatus quid esset omnium vetustissimum respondit, Deus. Quur ita? ὅτι ἀγένητος, hoc est, nunquam esse cœpit. Quid esset pulcherrimum, ait, Mundus: est enim opus Dei, quo nihil est pulchrius. Quid maximum, Locus. Capit.n.omnia. Quid velocissimum, Mens. Discurrit enim per vniuersa hominis cogitatio. Quid robustissimum, Necessitas, siue fatum. Superat enim omnia. Quid sapientissimum, Tempus. Nam inuenit omnia. hæc ænigmatum instar habent.

Dicebat nihil interesse inter vitam & mortem, ob id opinor, quòd vtraque res æque esset secundum naturam, nec mortem malam esse magis quàm natiuitatem. Cuidam verò obrepenti: Quur, igitur, inquit, tu non moreris? falsè respondit, Ob hoc ipsum quia nihil refert. Potius enim habetur, quod accersitur. 4 *Argutè.*

Percontanti vtrum fuisset prius, nox an dies: Nox, inquit, vno die fuit prior. Elusit ineptum percontatorem. Si nox vno die præcessit diem, dies igitur fuit ante noctem. Nox enim finis est diei. 5 *Salsè.*

Rogatus num lateret deos homo iniustè agens, respondit, Ne cogitans quidem: Significans Deo nihil omnino esse occultum. 6 *Deus conscius.*

Adultero scisciranti, an abiuraturus esset adulterium: Non est, inquit, periurium adulterio peius: Significans illum stultè dubitare de peierando, qui facinus periurio par nō dubitasset committere. Eoque in atrocibus scelebus nihil ponderis habet iusiurandū. Quisquis.n audet dare venenum, audebit, & cum periurio inficiari. 7 *Grauiter.*

Percontanti quid esset difficile: Seipsum, inquit, nosse. Atqui hoc vulgus putat esse facillimum. Aliena rectius perspicimus q̄ nostra, & sibi quisque adulator est. 8 *Sapienter.*

Rogatus quid esset facile: Alterum, ait, admonere. Oēs recta consilia ægrotis damus. interpres perperam vertit, ab alio moneri, quū sit ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι, hoc est, alteri dare consi- 9 *Admonitio facilis.*

consilium: quis enim est tam stupidus, qui non admoneat alium? sibi pauci consulunt.

10 *Potiri dulcedine.* Scisciranti quid esset dulcissimum: Potiri, inquit. Nã ea demũ delectãt, q̃ cõtingũt expetita. Quæ vltrò obiiciunt, non perinde iuuant.

11 *Patientia.* Rogatus quo pacto quis facillimè ferret infortunium suum: Siquis, inquit, videat hostes maioribus malis obnoxios. Quidam ex contemplatione felicitatis alienę, suam calamitatem exasperant.

12 *Sapienter.* Interrogatus quo pacto quis optimè iustissimeq; vixeret, Si, inquit, quæ in alijs reprehendit, ea ne faciat ipse. In alienis enim erratis perspicaces sumus, ad sua quisque lusciosus est.

13 *Felicitas vera.* Percontanti quis esset felix: Qui corpore, inquit, sanus est, animo eruditus, siue castigatus. Cupiditates. n. animorum morbi sunt.

14 *Amicitia.* Dicebat amicorum absentium æquè ac præsentium oportere meminisse. Amicitia enim est animorum coniunctio, quos non dirimit locus. Multi non amant, nisi tantisper dum vident.

15 *Animi cultus.* Non esse fucandam faciem, sed animum honestis studiis exornandum, q̃ hęc forma veros conciliet ac perpetuos amicos.

16 *Lucrũ dãnosum.* Vetuit per iniuriam diteſcere: Quòd lucrũ fraude partum damnum sit non lucrum.

17 *Arcana nulli committenda.* Μὴ δ' ἰαβαλλέτω σε λόγος πρὸς τῦς πίστους κακοτυχήσαντας Id ita vertit interpres: ne te in ius vocet sermo contra coniunctos tibi ac socios dictus. Ego magis arbitror Thaletem admonere ne quid amicis quibus fidimus, cõmittamus, quod si effutiant, pariat nobis infamiam.

18 *Pietas in parentes.* Quale, inquit, præmium rependeris parentibus tuis, tale à liberis tuis expecta.

Dixit

Dixit facillimum esse philosopho ditari si vellet. Idq; tali facto probauit. Omnem oleam antequam florere cepisset in agro Milesio coemit. Animaduerterat enim præscientia quadam olearum vbertatem fore. Hoc pacto os obturauit, qui iactabant in philosophis paupertatem non esse virtutis sed necessitatis. Huius meminit Cice. lib. de Diuin. 1. 19 *Prouidentia.*

SOLON SALAMINIVS.

Quum Pisistratus occuparet rempu. resq; videretur ad manifestam spectare tyrannidẽ, neq; quisquam auderet illius conatibus obsistere, ipse productis armis, & ante ædes positis, cępit inclamare ciues: at vbi Pisistratus ad illum mitteret, qui percontarentur, qua re fretus hoc auderet. Senectute, inquit. Alios senectus reddit formidolosiores, illi cõciliauit audaciam, quòd parum vitæ superesset, etiam si nullus occideret. Ita Plutarchus in commentario, an seni sit gerenda respubl. Diogenes Laertius rem aliquanto fusius narrat. 1 *Senectus audax.*

Postquam vidit rerum summam esse penes Pisistratum, arma deposuit ante curiam, dicens: O patria tibi & dictis & factis sum opitulatus. Hoc pacto testatus sibi non defuisse voluntatem consulendi reip. in Ægyptum nauigauit. 2 *Pietas in patriam.*

A Crœso interrogatus, an quem vidisset ipso beatiorem, Telum nominauit Atheniensem, primatum hominem, sed qui relictis liberis, ac nepotibus bene institutis, feliciter obijsset diem. Interrogatus dein cui post illum tribueret felicitatis elogium, Cleobin & Bitũm Argiuos fratres nominauit, qui cum summa pietatis laude defuncti fuerant. Indignatus rex, Nullo igitur loco me ponis? 3 *Ante mortem nemo beatus.*

Ego

Ego, inquit Solon, facilè confiteor te regem opibus, & imperio florentem: beatum non appellarim prius, quàm feliciter hanc vitam absolueris. Refert Herodotus in primo.

Sumptus inutiles.

4 Prœmia decreta his, qui in Olympijs aut Nemeis vicissent, contraxit, eaque maiora decreuit ijs, qui in bello pro patria fortiter occubuissent: dicens illos & dum exercentur, magnis impendijs exerceri: & si vicerint, magis aduersus patriam, q̃ aduersus hostes coronari: & quum senuerint, ad nihil vtiles euadere, haud aliter quàm detrita pallia, vt nec bello sint vtiles, nec gerendæ reipubl. accommodi.

Leges.

5 Huic attribuunt & illud longè celebratissimum, leges aranearum telis esse similes: quam quam idem & alijs adscribitur, nominatim Anacharsidi.

Amicitia principum.

6 Illud argutissimè dixit, tyrannorum amicos calculis supputatorijs esse simillimos: qui vt arbitrio supputantis ponuntur, interdũ valent multa militia, interdum minimum, interdum nihil.

Grauiter.

7 Rogatus quamobrem nullam legem tulisset in parricidas: Non expectabam, inquit, hoc scelus vnquam in hac ciuitate posse committi. Quòd illa immania non existant, nisi vbi luxus regnat, nec vlla est legum reuerentia.

ὑυμπὰ Θεια.

8 Interrogatus, qui fieri posset, vt quam minimum iniuriarum existeret inter homines: Si, inquit, qui iniuria affecti non sunt, eque doleant, atque hi qui affecti sunt: Quisquis enim violat leges, non vnum ciuem lædit, sed totam remp. quod quidè in ipso est. At nunc dum alijs læsis, aut quiescimus, aut gaudemus etiam, impunitas improborum audaciam in plurimos inuitat.

Diuitiæ.

9 Dicebat opulentiam esse matrem saturitatis, saturitatem ferociæ ac violentiæ. Diuitias comitatur luxus. Luxus exit in tyrannidem, dum sœnum migrat in cornua.

PITTACVS MYTILENÆVS.

Modus.

1 Huic tribuitur illud decantatissimum, Dimidium plus toto.

Clementer

2 De eodem memorant exemplum clementiæ vix credibile. Tyrrheum Pittaci filium Cumis in tonstrina sedentem, faber quidam ęratius impacta securi occidit. Cumani homicidam vinctum miserunt ad Pittacum, vt de eo supplicium sumeret. At ille cognita causa dimisit hominem dicens, ignoscentiam esse potiorem pœnitentia: Sentiens vtilius esse condonare, q̃ meminisse iniuriæ & vlcisci. Sunt qui referãt homicidam ab Alcæo fuisse dimissũ, cũ hoc elogio, Melius est ignoscere quàm punire.

Ebrietas.

3 Legem tulerat, vt qui per temulentiã sceleris aliquid commisissent, duplo plecterentur: Solet enim vulgus hominum ebrietatis obtentu crimen extenuare. Id eò factũ ferunt, q̃ insula vino abundaret.

Legum auctoritas.

4 Crœso percontanti quod esset maximũ imperium, inquit, πυκίνα ξύλα, i. Varij ligni, leges innuens. Nam olim in tabulis ligneis leges inscribebantur. Porrò vbi summa est legum autoritas, ibi est minimum tyrannidis.

Victoria incruenta.

5 Probabat victorias citra sanguinẽ partas: nã magno ciuiũ cruore emptas, hoc est, Cadmens, vt vocãt, nõ existimabat esse victorias.

Conuiuium par.

Huius est illud πολυῤῥόλατον. Æqualẽ duci to: quum ipse domi haberet opulentiorem, ac proinde morosam & imperiosam.

BIAS PRIENÆVS.

1 Liberè. Quum ingenio suo patriam suam obsidione liberasset, rex Alyattes intellecta viri prudentia, protinus eum ad se accersiuit at is respondit, ἐγὼ ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν, i. ego Alyattem iubeo cæpas edere: quod perinde est ac si dixisset, iubeo illum plorare: extremum Regis contemptum professus.

2 Liberè. Euenit, vt cum sceleroſis quibusdam & impiis naui veheretur: qui cum ob exortam tempestatem periclitarentur, deorum opem implorabant: Tum Bias: Silete, inquit, ne vos hic illi nauigare sentiant.

3 Salsè. Impio cuidam scisciranti quid esset pietas, nihil respondit. Roganti quur sileret: Quoniã, inquit, percontaris de rebus nihil ad te pertinentibus.

4 Adulatio. Interrogatus quod esset animal omniũ maxime noxium: Si de feris, inquit, percontaris, tyrannus, si de mitibus, adulator.

Hæc de septem sapiẽtum dictis arbitror esse satis, vel quia sunt omnibus obuia, vel quia pleraque sunt eius generis, vt à quouis dici possint. Quid enim habet Cleobulus quur inter sapiẽtes numerari debeat?

ANTISTHENES ATHENIEN.

1 Salsè. Antisthenes ridere solet Athenienses subinde gloriantes, q̃ essent autochthones, hoc est, indigenæ, eò q̃ non aliunde eò commigrassent, nec patriam sedem mutassent: vnquam dicens hoc laudis illis esse cum testudinibus cochleisq; commune. Nam & hæc animantia nunquam mutant domicilium, in quo nascũtur.

2 Modestè. Discipulos suos admonere solet, vt sibi essent Socratis condiscipuli, declarans quàm esset

esset alienus ab inani gloria.

Voluptatem intantum execrabatur, vt diceret se malle insanire quàm voluptate affici. 3 *Temperamentum.* μαίνεσθαι ἢ ἡσθῆναι, i. insaniam potius quàm delectari. insaniam aufert medicus: voluptas quum æquè mentem eripiat homini, vix sana bile malum est.

Cum his mulieribus habendam consuetudinem dixit, quæ beneficium beneficio pensent. αἱ χάριτι χάριτας ἴσουσαι, i. quæ gratiam habitu 4 *Matrimonium.* ræ sint: sentiens abstinendum ab his quæ prætio vendunt inhonestam voluptatem, nec pariunt, nec amant mutuum: à valetudinariis, deformibus ac male moratis, quæ gignunt fœtus pœnitendos.

Cum adolescens quidam Pontieus genere, 5 *Docilitas.* se in numerum discipulorum illius recipi cuperet, patri querenti quibus rebus esset opus: Libro, inquit, nouo, stylo nouo, nouaque tabella: significaris animum à vitiis vacuum, studium vigil, & memoriam fidelem. Solent autem adolescentes voluptatibus ac deliciis occupatam mentem ad præceptorem adferre: quæ res ferè in causa est, vt minus proficiant. At philosophia totum animum sibi postulat.

Adolescenti consulenti cuiusmodi vxorem ducere expediret. Si formosam duxeris, inquit, habebis communem: sin deformem, habebis pœnam: incundius id eloquens Græcè, quibus quod ad voces attinet, minimum interest inter κοινὴν & πεινὴν: quod ad rem attinet, plurimum. Suadebat itaque media ista quæ, vt vocant, forma ducendam, quæ nec fastidium viro moueret ob deformitatẽ, nec ob insignem formam peteretur ab adulteris. A. Gellius hoc dictum Bianti tribuit. 6 *Coniugium.*

Cum

7 Cum accepisset Platonem de ipso malè lo-
Generosè. qui, nihil commotus, Regium est, inqt, quum feceris bene, audire malè. Quanquam hoc idē aliis adscribitur. Excelsi animi est, ingratitudi ne hominum non deterreri à studio bene me rendi de omnibus.

8 Cum Orphicis mysterijs initiaretur, ac sacer
Initiatio. dos diceret illum bonis plurimis fruiturū apud inferos post hanc vitam: Quur, inquit, ergo tu non abrumpis vitam? Et hoc, aut simi limum huic, aliis tribuitur.

9 Cuidam approbanti q̄ est hybrida: hoc est,
Genus. non è duobus ingenuis natus, sed ex patre Athenienſi, matre Phrygia: Nec è duobus, inqt, luctatoribus natus, & tamen luctator sum: Sē tiens non tam referre, vnde natus sis, sed qui sis. Is verè liber est, quem philosophia liberū facit: & is verè Græcus est, qui Græcorum disciplinis institutus est.

10 Interrogatus, quur paucos haberet discipu
Salsè. los, Qñ depello illos, inquit, virga argentea. Sentiēs ideo paucos venire, q̄ magna mercede doceret. Vulgus autē pluris facit pecuniā, q̄ sapientiam.

11 Rogatus quamobrem severus esset obiurga
Severitas. tor erga discipulos, Et medici, inquit, erga ægrotos: significans se in vitia sæuire, nō homines: nec vitia sanari blandiendo.

12 Conspicatus aliquando mœchum fugientē,
Adulterium. insequentibus qui illum comprehenderent: Infelix, inquit, quantū periculum vnico obolo vitare poteras: Sentiens scorti congressu libidinem sedari potuisse, quum nunc de vita periclitaretur.

13 Aiebat ſi ad alterutrum adigeret necessi-
Adulatio. tas, satius esse in canes incidere, quàm in adulatores, εἰς κύνακας ἢ εἰς λύκους. Nam etiam

canes non comedunt nisi mortuos, adulator etiam viuos deuorat. Et hoc alteri tribuitur.

Rogatus quid esset mortalibus beatissimū: 14
Felicem, inquit, mori. Hæc sententia con- *Felicitas*
sentit cum illa Solonis. Qui feliciter absol- *vera.*
uit vitam, huic nihil finistri potest accidere, quod felicitatem ægritudine aliqua contaminet.

Amico cuidam deploranti, quòd commen 15
tarios suos perdidisset: Oportuit, inquit, istā *Memoria.*
animo potius quàm chartis inscribere. Librorum fiducia frequenter in causa est, vt minus exerceamus memoriam. In tuto est, quod animo impressum est. Licet enim circunferre, & semper in promptu est.

Dicere solitus est, non aliter ac ferrum ab- 16
sumitur rubigine, ita inuidos suo ipsorum vi *Inuidia.*
tio contabescere. Ferrum. n. & si nemo lædat, ex se gignit, vnde corrumpatur.

Vulgus hominum è structuris, statuis, tro- 17
phæis, ac libris sibi promittit immortalitatē. *Immortali*
Antisthenes ijs qui appeterent immortalita- *tas nomi-*
tem, vnicam viam ostendit, vt iustè pieq; viuē- *nis.*
tent.

Rogatus quæ res portenderent ciuitatibus 18
exitium, Cum in his, inquit, nullum esse po- *Honos vir*
test bonorum ac malorum discrimen: Sen- *tutis.*
tiens eam rempu. non posse consistere, vbi nec esset honos virtuti, nec pœna sceleribus. Hoc apud Homerum stomachatur Achilles, ἴν' οἱ ἐπὶ τιμῇ.

Cum illi diceretur, quòd à quibusdam im- 19
probis laudatus esset: Vereor, inquit, ne quid *Laus alie-*
imprudens fecerim malī: Sentiens à talibus *nis data.*
neminem laudari, nisi ob malefacta.

Fratrū inter se cōcordiam dixit quouis mu 20
ro firmius munimentū, id dictū & ad ciuium

cum

concordiam accommodari potest.

21 Admonebat ea esse paranda viatica, quę si- *Bona animi.*
mul cum naufragio enatarent. Sentiens bonas artes vbiq; esse in pretio, nec posse à fortuna eripi. Idem adscribitur Aristippo.

22 Opprobranti q; interdum cum improbis *Solerter.*
haberet consuetudinem. Et medici, inquit, cũ ægrotis versantur, nec tamẽ ęgrotant ipsi: Sentiens philosophum ideo versari cum improbis, vt eos reddat meliores.

23 Absurdum esse dicebat, triticum repurgari *Grauiter.*
à lolio, bellum ab inutili milite, & à rep. non secernere inuidos: Significans inuidos tã esse inutiles ciuitati, quàm lolium est tritico, & ignauus bello.

24 Rogatus quid emolumenti cepisset ex philo *Solitudo.*
sophia, Vt mecum, inquit, loqui siue viuere possim. Doctus etiam si solus sit, non sensit tædium solitudinis, sed multa præclara suo cum animo versans, quasi secum loquitur. Indoctis molestissima est solitudo, atq; etiam inutilis.

25 Cum in conuiuio quidam diceret, Cane ti *Indecora.*
biis: Tu mihi eas infla, inquit. Non recusauit obsequium, si ille vicissim obsequeretur. Sed interim indicauit non esse philosopho decorum tibiis canere.

26 Cum Diogenes ab ipso peteret tunicã iussit, *Frugalitas.*
vt duplicaret pallium, sic eum tunicæ speciem præbiturum: admonens oportere paucissimis esse contentum.

27 Rogatus quæ disciplina in primis esset ne- *Dedisce re.*
cessaria: Mala, inquit, dedisce re. Id n non modo primum est, verumetiam difficillimũ.

28 Qui nos maledictis incesserent eos magis *Moderatio*
tolerandos dicebat, quàm qui nos lapidibus impeterent. Verba enim non læduntˌ, si quis con-

contemnat. Vide verò num fortè hic sit sensus, tolerantiores esse, qui conuitia patienter ferrent, quàm si quis lapidibus impetitus ferat. Quorundam enim dicta grauius fauciãt, quam lapides. Quod si indecorum esset graui viro lapidibus repetere à quo petitus fuerat; æquè indecorum sit in conuitiantem regerere conuitia.

Inuisus Platonem aduersa valetudine la- 29
borantem, vidit peluim, in quam vomuerat: *Fastus.*
Bilem, inquit, Platonis video, fastum non video. Solet enim quemadmodum Diogenes, Platonis arrogantiam notare. Itaque quum in pompa quadam equestri, quidam equus crebro hinnitu ferociaq; spiritus excelsos testatur, eoq; vehementer à Platone laudaretur versus ad Platonem: Videris, inquit & tu bonus equus futurus.

Admonuit Athenienses, vt asinos æquè at- 30
que equos diligerent ad agriculturam. Cùm il- *Electio magistratuũ.*
li dicerent hoc animal esse alienum ab aratione: Quid refert, inquit, quum in vestra repub. duces sint qui nunquam didicerunt administrandi rationem, sed hoc satis est, q; à vobis delecti sunt? Sentiens multò absurdius esse ei commendare rempu. qui gubernandi artẽ nõ tenet, q; si asinum pro equo adhibeas aratro.

Cuidam dicenti, Plerique te laudant. At qd 31
inquit, mali feci? *Vulgi iudicia.*

Rogatus à quodam, quid sibi faciendũ sua- 32
deret, vt probus vir & honestus euaderet: Si ma- *Dedisce re mala.*
la, inquit, quæ tibi adsunt, ab his, qui nouerũt, didiceris esse fugienda. Sensit virtutis caput esse, caruisse vitiis. id non à quolibet discendum, sed ab his duntaxat, qui norunt, quæ sint vera mala, quæ uera bona.

Quodam prædicante delicias: Hostium, in- 33

quit, filijs contingat in delitijs viuere: vt rem pestilentem detestans quod plerique pro summo bono amplectuntur.

Delitiæ.

34 Quidam adolescens curarat sese ex ære sculpendum, & ad eam imaginem sese conformabat. Huic Antisthenes, Si æs posset vocem edere, qua de re potissimum gloriaretur? De pulchritudine, inquit adolescens. Non igitur, inquit, erubescis, qui cum in animo gloriaris? Significans magis gloriandum de bonis animi, quàm de forma, quam haberet cũ statua communem.

Forma.

35 Adolescentes quosdam Ponticos, qui videndi Socratis gratia se contulerant Athenas, duxit ad Anyti domum, dicens illum Socrate multò sapientiorem, vt qui Socratem accusasset. Hoc dicto renouatum est ciuibus extincti Socratis desiderium, & Anytum expulerunt.

Solerter.

36 Adolescens quidam Ponticus pollicebatur se rationem Antisthenis habiturum. si nauis ipsius quæ salsamenta vehebat appulisset. Antisthenes accepto nouo vase, vnà cum adolescente ibat ad mulierem, quæ vendebat farinam, & impleto vase, cœpit onustus discedere. Mulieri verò poscenti farinæ pretium, commonstrato adolescente: Hic, inquit, dabit, si nauis cum salsamentis appulerit: Significans inanes esse in diem pollicitationes, quum farina quotidie sit præsenti pecunia emenda.

Pollicitatio.

37 Cum Antisthenes ipse salsamenta per forum gestaret, id quibusdam admirantibus, quòd philosophus officio tam sordido fungeretur, idque in publico, ac non potius seruo delegasset: Quid, inquit, admiramini? hæc mihi porto, non aliis: Sentiens nullum esse sordidum obsequium, quod sibi quis impenderet dein non esse indecorum eum portare salsamenta, qui salsamentis vesceretur.

Argutè.

38 Cuidam obijcienti ꝙ Antisthenimater esset Phrygia: Et Deorum, inquit, mater: Ridiculum arbitrans cuidam probro dari patriam, quum in damnatissimis regionibus interdum nascantur felicissima ingenia.

Solerter.

39 Dicere solet hostibus à dijs omnia optanda esse bona, excepta fortitudine: quòd illa omnia aliquando futura sint eorum, qui fortitudine præcellerent, non eorum qui possiderent, quod ob ignauiam ea tueri non possint. Sensit frustra parari bona, si qui parauit, tueri nesciat.

Fortitudo.

40 Si quam vidisset mulierem egregiè cultam adibat ædes illius, iubebatque virum proferre arma & æquum: quæ si placuissent, patiebatur mulierem indulgere deliciis, ꝙ esset qui defenderet: sin minus, suadebat, vt eum ornatum deponeret, ne præda fieret aliis.

Fortitudo.

41 Antisthenem, quoniam multa conscripsit volumina. Timon appellare solet παντοφυῆ ἀλάδωνα. i. ingeniosum nugatorem. Nõ tamẽ dixit εὐφυῆ, sed παντοφυῆ, ꝙ ingenio ad quidquis versatili varia tractaret argumenta, & in his quædam parum digna philosopho.

Loquacitas.

42 Huius placita non indigna sunt, quæ commemorentur. Dicebat τ' ἀρετὴν εἶναι διδακτικήν, id est virturem disci posse. Aduersus eos, qui putant nasci cum homine, aut naturæ affectus studio vinci non posse.

Studium.

43 Τοὺς αὐτοὺς εὐτυχεῖς τοὺς καὶ εὐαγένεις. Qui virtute præditi sunt, eosdem & nobiles esse. Habent enim id, vnde vera nascitur nobilitas. Aduersus eos qui maiorum imaginibus, aut diuitijs metiuntur nobilitatem.

Nobilitas.

44 Virtutem sibi sufficere ad felicitatem, nec
Tolerantia. vlla re opus habere, nisi robore Socratico. Socrates ad omnium rerum patientiam obduruerat. Imbecillitas corporis impedit frequenter virtutis vsum.

41 Virtutem esse rem operum, non autem plu
Virtus in actione. rimis verbis multisque disciplinis egere. Notat hoc Horatius: Virtutem verba putas, vt lucum ligna.

46 sapientem sibi sufficere, eò ꝙ omnia quæ
Sapiens. sunt aliorum, sunt & huius, qui cum omnib. habet amicitiam. & amicitia facit omnia cõmunia.

47 Ἀδοξίαν εἶναι ἀγαθὸν ἴσον τῶν πόνων, i ob-
Ocium. scuritatem esse bonum par labori. Aduersus illud Epicuri, λάθε βιώσας. Multi student ignoti esse, quò viuant in ocio. At ignobilitas quoniam patet quorumlibet contemptui, non minus adfert negotiorum quã famæ claritas, quamquam & hoc graue est onus.

48 Negabat sapiẽtem viuere iuxta leges, ab ho
Virtus legibus non eget. minibus institutas, sed iuxta normam virtutis: Sentiens non ideo quid faciendum aut vitandum, quia leges iubent, aut vetant: sed quia ipsa ratio dictat, hoc esse honestum, illud turpe. Leges non omnia præscribunt, at virtutis regula docet vbique, quid sit honestum, quid turpe.

49 Quidam censebant sapienti non esse ducẽ-
Coniugiũ. dam vxorem, ipse contra censebat esse ducendam, at non voluptatis, sed liberorum gratia. Debetur hoc naturæ & patriæ. Sed cum optima indole præditis congredietur, vt ex bonis nascantur boni. Quin & amabit vxorem, non vulgari more, sed iudicio: is enim vere & constanter amat, qui iudicio amat.

amat. At sapiens optimè diiudicat, quę sint amore dignę: aduersus eos qui vxores se iactãt habere pro matulis.

Sapiẽti nihil esse nouum aut subitum, eò 50
ꝙ quicquid homini põt accidere, sit iam prę- *Prouisen-*
meditatus, vt nunquã dicat, Non putaram. *tia.*

Ἀξιέραστος ὁ ἀγαθὸς, dignus amari quisq; 51
bonus est. Non est verus aut syncerus amor, ni- *Amor.*
si quem conciliat virtus.

Aiebat homines virtute præditos eos sibi 51
parare propugnatores, qui & fortes sint, & iu- *Iustè.*
sti. Nolũt enim, defendi, si quid iniusti admittant, Improbi contra fortes defensores quærunt, iustos nolunt.

Ἀναφαίρετον ὅπλον εἶναι ἀρετὴν, i. virtutẽ 53
esse armaturam, quæ detrahi non possit. Nam *Armata*
& ensis & clypeus excutiuntur. Sapiens nun- *virtus.*
quam non armatus est.

Dicebat esse satius cum paucis bonis pugna 54
re aduersus omnes malos, q̃ cum multis ma- *Paucitas*
lis aduersus paucos bonos. Vel quia in bello *bonorum.*
non tam multitudo, quàm virtus militum ac ducum parit victoriam: quia præstat esse de numero bonorum, qui vbique pauci sunt, q̃ de grege malorum, quorũ vbique plena sunt omnia.

Obseruandos esse hostes ꝙ hi primi omniũ 55
sentiant, si quid delinquas. In hoc igitur vti- *Vtilitas*
liores sunt nobis q̃ amici, vt errata nostra co- *ex hoste.*
gnoscamus, & cognita corrigamus.

Virum iustum pluris faciendum quàm co- 56
gnatum. Arctiora enim sunt vincula virtutis, *Cognatio*
quàm sanguinis. Et omnis bonus bono pro- *virtutis.*
ximo cognatus est propter animorum similitudinem.

Viri ac mulieris eandem esse virtutem, 57
Idem sensit Socrates, sexum muliebrem. *Sexus.*

nō minus esse docilem ad omnia virtutis mu
nia, quàm virilem, si pariter instituatur. At vul
gus sexum incusat quasi ad virtutē indocilē.

58 Honesta siue pulchra esse quæ bona sunt: *Verè pulchra.*
turpia, quę mala. Stoicorum est dogma nihil
expetendum præter virtutem, nihil fugiendū
præter vitium: quum vulgo ingens probrum
sit paupertas, magna gloria diuitijs per fas ne-
fasque partis abundare.

59 Omnia mala habenda pro peregrinis. Vul- *Gratitudo*
gus hominum ea tantum probat, quibus as-
sueuit: ab exoticis abhorret, non quia per se
mala sint, sed quia peregrina. At sapienti ni-
hil peregrinum esse debet, nisi quod cum vi-
tio coniunctum. Neque enim ideo temulentia
detestanda, quòd alicubi non sit in vsu, sed ꝙ
per se turpis.

60 Tutissimum esse murum prudentia, quòd is *Virtus tuta.*
nec collabitur, nec proditur. Nulla mœnia tā
sunt munita, quin machinis, aut suffossionibus, aut, vt nihil horum, proditione capiātur. Sapientis decreta sunt inexpugnabilia.

61 Quum in theatro populus Athenien sium *Virtus per se honesta.*
tumultuaretur ob versiculum recitatum:

Τίδ' αἰσχρὸν εἶμὴ τοῖσι χρήσιμοις δοκεῖ. i.
Qui turpe ni videatur hoc vtentibus.

Subiecit alterum:

Αἰσχρὸν τόγ' αἰσχρὸν κἂν δοκῇ κἂν μὴ δοκῇ.
Quod turpe turpe est, siue credas, siue non.

Eleganter correxit inutilem sententiam. Refert Plutarchus.

ANACHARSIS SCYTHA.

1 Hermippus scribit illum mox vt Athenas *Ingenue.*
venerat adisse Solonis ędes. Percontanti famulo, quis & vnde; iussisse, renunciaret adesse Anacharsidem, qui & Solonem videre, & si fieri posset, etiam hospes fieri cuperet. Solon per puerum respondit, in patria solere fieri hospites, significans inter Græcos & Scythas non esse ius hospitij. Ad hæc verba, quibus abigebatur Anacharsis, perinde quasi iussus esset introire, ingressus est ad Solonem: dicens se iam esse in patria, & æquum esse, vt hospitio iungerentur. Huius responsi dexteritate delectatus Solon, lubens recepit hominem ad intimam familiaritatem, ex primo statim sermone deprehendens animū philosophicum, qui iudicaret esse patriam, vbicunque bene est homini: Ciues enim mundi sumus omnes.

2 Reuersus in patriam conatus est ad Græco- *Patria pernicio sa.*
rum instituta nouare Scytharum leges: Eam ob causam à fratre in venatu sagitta percussus est. Moriens dixit, se ob eruditionem incolumen à Græcia dimissum, per inuidiam in patria perire. Græca sonant iucundius, διὰ τὸν λόγον, διὰ τὸν φθόνον.

3 Dicebat vitem ferre tres botros, primum vo *Vini parcus vsus.*
luptatis, alterum ebrietatis, tertium molestiæ: Sentiens parcum vini vsum esse iucundum, quia sedat sitim: largiorem gignere temulentiam: largissimum parere rixas, cædes ac morbos. Simile huic quod alibi dictum est: Primam crateram pertinere ad sitim, alteram ad voluptatem, tertiam ad ebrietatem, quartam ad insaniam. Dictum erit iucundius, si cogites in Scythia non esse vites.

4 Admirabatur, qui conueniret vt artifices *Vulgi iudicio.*
apud Græcos certarent, sed de his iudicarent artis expertes: Sentiens de artifice neminem rectè iudicare, nisi artificem. In theatro certabant hystriones, mimi, cantores & sophistæ.

stæ, recitabant poetæ: quorum artes quū populus nesciret, tamen aliis applaudebāt, alios explodebant.

5 *Ex aliis exemplum*

Rogatus qua ratione quis effugeret, ne fieret vinolentus: Si semper, inquit, præ oculis habeat ebriorum indecoros mores. Nihil n. similius insano, quàm ebrius, At ebrius existimat se decere omnia. In aliis spectandum, quàm fœda res sit temulentia.

6 *Salsè.*

Aiebat se demirari qui conueniret, vt Græci, qui legibus suis violentiam & iniuriam puniunt, athletas ob hoc ipsum honorarent, ꝙ se mutuo percuterent: Salsè damnans crudelem populi voluptatem, ac in moribus inconstantiam. Quod enim iniustum est, semper iniustum est.

7 *Nauigatio*

Quum rogasset quendam quanta esset spissitudo tabularum nauticarum, isq; respōdisset, quatuor digitorū: Tantillum, inquit, ab ūt a morte qui nauigant. Notauit negotiatorum auaritiam, qui lucri gratia semet in manifestum vitæ discrimen coniiciunt. Scythæ nesciunt nautica commercia, sed pascuis ac venatu viuunt.

8 *Athleta insani.*

Oleum dicebat esse venenum insaniam gignens, eō ꝙ athletas videret vnctos in se inuicem insanire. Nec olei vsum, vt arbitror, nouerant Scythæ, vt quod nec apud illos proueniret, nec aliunde importaretur. Athletæ non pugnant nisi vncti: putant enim corpus fieri robustius ac Scythia simulabat se credere, illis oleum esse causam insaniæ.

9 *Mendaciū in contractibus.*

Aiebat se mirari qui fieret, vt Athenienses qui prohiberent mentiri, tamen in cauponū tabernis palàm mentirentur. Qui vendūt merces, emuntque lucri causa, fallunt quemcunque possunt, quasi quod priuatim esse turpe,

turpe, fiat honestum, si publicè facias in foro. At in contractibus maximè fugiendum erat mendacium. Sed tum maximè mentiuntur homines, quum maximè negant se mentiri.

10 *Mos præposterus.*

Admirabatur & illud, ꝙ Græci initio conuiuij cyathis pusillis vterentur, saturi maioribus: Sentiens potum non in aliud adhibendum, nisi ad sedandam sitim. Absurdum igitur esse tum plus bibere, quum iam satis esset sedata.

11 *Continentia.*

Statuis atque imaginibus illius inscribebatur: γλώσσης, γάστρος, αἰδοίων κρατεῖν, Linguæ, ventri, pudendis temperandum. Quòd maximorum malorum causa sit lingua effrēnis, & luxu nihil turpius, libido pecudem ex homine reddat.

12 *Vinolentia.*

Interrogatus num in Scythia essent tibiæ, respondit, Ne vites quidem: significans saltationes, reliquasq; eius generis voluptates è vinolentia nasci, aliqs.

13 *Nauigatio*

Percontati quę naues essent tutissimę, Quę, inquit, in siccum protractæ sunt. Solebant n. olim naues iis mensibus, quibus mare nauigabile non est, machinis quibusdam in siccū pertrahi. Anacharsis sensit, omnem nauigationem esse periculosam. At ille de genere nauigii percontabatur. Sunt. n. liburnicæ, onerariæ actuariæq; naues, aliæq; diuersi generis, in quibus alia est alia aduersus tempestatem instructior.

14 *Ἄκαρπα.*

Aiebat se nihil admirabilius vidisse apud Græcos, ꝙ q; fumum in montibus relinquerēt, ligna in ciuitatem conueherēt. Sensit, opinor, de acapnis, quæ ita siccantur vel Sole, vel igni in montibus, vt postea ardeant absque fumo.

Roganti vtrū arbitraretur plures esse mortuos

Nauigatio tuos an viuos: Nauigantes, inquit, in vtro numero ponis? Dubitans an hi essent inter viuos habendi, qui vitam vndarum ac ventorum arbitrio commisissent.

16 *Acriter.* Exprobranti cuidam Attico quòd natus esset in Scythia: Mihi, inquit, probro est patria, tu patriæ. Egregiè inculpatus est, cui nihil potest obiici præter patriam. At quemadmodum laudi est, apud Barbaros natum, Græcorum disciplinas scire: ita turpe est, apud Græcos natum ad Barbaros mores degenerasse.

17 *Lingua.* Interrogatus quid esset in homine pessimum, & quid optimum, respondit lingua: Sentiens idem membrum plurimam adferre vtilitatem, si recta ratione gubernetur, pestilentissimum esse, si secus.

18 *Amicus insignis.* Dicere solet præstare vnicum habere amicum multi precij, quam multos nullius precij. Græca sonant iucundius, Καὶ νοῦν ἕνα φίλον ἔχειν πολλοῦ ἄξιον, ἢ πολλοὺς μηδενὸς ἀξίους.

19 *Forum.* Atebat forum esse locum multis hominum fraudibus ac rapinis destinatum: notans mores vendentium, per fas nefasque lucra venantium.

20 *Patientia.* Ab adolescente in conuiuio pulsatus, Adolescens, inquit, si nunc vinum non feres, vbi senueris, aquam feres. Moderationis erat, quòd adolescentis proteruiam vino imputauit. Qui vero bibunt intemperantius vinum ea præsertim ætate, cui magis conuenit aqua, ij frequenter senes ob inopiam coguntur aquam bibere, aut ἀδροφορσίαν: quum ei ætati necessarius sit vini vsus.

21 *Barbaries.* Cuidam obijcienti quod esset barbarus, Anacharsis, inquit, barbarus est apud Athenienses, sed viciſſim Athenienses barbari sunt apud Scythas. Græci, sed in primis Attici,

tici, quoniam apud ipsos florebant disciplinæ liberales, ac leges politicæ, reliquas nationes, contumeliæ causa nominabant barbaras, quũ barbarum dicatur, quicquid est peregrinum atque inusitatum. Nunc quum Græcia nihil sit barbarius: hæc philantia demigrauit ad quosdam Italos, quibus omnes aliæ nationes barbaræ sunt.

22 *Leges.* Huic illud quoque tribuitur multò vulgatissimum: Leges aranearum telis esse similes, in quibus infirmoria animalia hærerent, valentiora pertumperent: ita leges, humiles ac tenues constringunt, à potentibus impune violantur. Meminit Valerius.

MYSON.

1 *Solitudo.* Myson incertæ patriæ μισάνθρωπος fuisse traditur, non alienus à moribus Timonis Athenienſis. Hunc quum quidam fortè deprehendisset in solitudine ridentem, rogabat, quid rideret, quum esset solus: Atqui ob hoc ipsum, inquit, rideo: Subindicans sibi gratissimam esse solitudinem.

ANAXAGORAS CLAZOMENIVS.

1 *Animosè.* Quum ab Athenienſibus esset damnatus exilio, cuidam dicenti, Priuatus es Athenienſibus, Imò illi, inquit, me: Sentiens Athenienſibus magis opus esse Anaxagora quàm contrà. Qui præclaros viros ejciunt è ciuitate, rempub. lædunt potius, quàm eos, quos expellunt.

2 *Fortiter.* Quum in exilio agenti nunciata esset mors filiorum, Sciebam, inquit, me genuisse mortales. Idem hoc tribuitur Xenophonti.

3 *Grauiter.* Absens morti addictus est. Id nuncianti, Iã olim, inquit, istam sententiam tulit natura, æque in illos, atque in me: Sentiens Athenienſes non minus addictos morti, quàm esset is quem

quę dānarāt. Aliis aliud mortis genus obtingit, sed omnibus eadē est moriendi necessitas.

4 Cuidam molestè ferenti, q̄ non in patria sed peregre moreret: Bono animo es, inquit, idem vndelibet ad inferos descensus est.

Mortis locus.

5 Periclis præceptor fuisse legitur. cui in administranda remp. magno fuit vsui. Verum quum Pericles negotiis intentus desiisset agere curam Anaxagoræ iam ad decrepitā proue cti senectutem, constituit inedia finire vitam. Id simul vt renunciatum est Periclī, anxius accurrit, & argumētis, precibus, & lachrymis conatus est hominem à spontaneæ mortis proposito reuocare, idque magis sua ipsius causa, quam philosophi. Cui Anaxagoras rete cta facie iam moribundus, nihil aliud respōdit, quam hæc. O Pericles, & quibus lucerna est opus, infundunt oleum: exprobrans illi neglectum amici vnde tantam capere poterat vtilitatem. Lucerna curatur ad vsum vulgarem, & talis consiliarius neglectus periit.

Grauiter.

6 Post diutinam peregrinationem domum reuersus reperit patriam possessionesque suas desertas: Nisi, inquit ista perissent ego saluus non essem: Quōd calamitas illum adegisset ad philosophiam. Rebus autem integris, manisset intra penates suos. Ita sæpenumero prospera sunt homini, quæ videntur aduersa: & quod damnum putatur ingens, lucrum est maximum.

Lucrum ex damno.

STILPON MEGARENSIS.

1 Habebat filiam parum secundæ famę: cuidam itaq; dicenti, Dedecorat te filia: Nihilo magis, inquit, q̄ ego illam decoro. Sentiens neminem alienis factis dehonestari, sed suis quenq; moribus ęstimandum esse.

Argutè.

Neque

Neque enim illa fuisset honestior, ob patris celebritatem, nisi paternas virtutes fuisset imitata. Plutarchus in libro de tranquillitate, pluribus verbis hoc idem enarrat. Nam Metrocli obiicienti, quod filiam haberet impudicam, Vtrum, inquit, hoc meum peccatum est, an filiæ? Cum Metrocles respondisset: illius peccatum, sed tuum infortunium: hunc in modum excepit Stilpo, Quid ais? an non quæ peccata sunt, eadem sunt lapsus? Annuit Metrocles. At lapsus, inquit Stilpo, quorum sunt, eorundem sunt & fruſtrationes? Et hoc confesso Metrocle: Porrò quorum sunt fruſtrationes, horum sunt & infortunia. Ita placido prudentiq̄ue sermone demonstrauit, filiæ duntaxat esse infortunium, cuius esset peccatum, ac Cynici conuicium nihil aliud esse quàm latratum.

Tranquilli tas.

2 In somnis visus est illi Neptunus iratus, q̄d non immolasset hecatombem, quemadmodum mos erat. At philosophus hoc viso nihil perturbatus respondit: Quid ais Neptune? ita ne veluti puer huc venisti cum tua queri nomia, q̄ pecunia mutuo sumpta, non exploeuerim nidore ciuitatem? Atqui pro rei familiaris modulo sacrificaui tibi aquas aliquot. Ad hæc arridens Neptunus, visus est illi porrecta dextra dixisse. Iu tuam gratiam ingentē aquarum prouentum largiar ciuitati Megarensiū. Quod & euenisse tradunt.

3 Demetrius Antigoni filius quum Megaram cepisset, iussit Stilponis domum seruari indēnem. Admonitus igitur Stilpon, vt libellum daret rerum omnium, quas amisisset: Ego, inq̄, nihil bonorū meorū amisi: Nā eruditio & eloquētia mihi sunt incolumes? q̄ hæc verè sunt, οἰκεῖα, hoc est, domestica, propriaq̄ bona.

Calle-

4 Callebat argutias dialecticas, quarum vna parum illi feliciter cessit. De statua Minervæ quam Phidias finxerat, ita percontatus est: Nũ Iouis Minerua dea est? Cum respõsum esset, est: At hæc, inquit, non est Iouis, sed Phidiæ. Id quum esset concessum, collegit: Non est igitur hæc dea. Ob hanc vocem apud Areopagitas impietatis reus peractus est. Ille verò sic conatus est elabi, vt diceret non negasse illam esse deam, sed Deum, hoc est, masculum. Nam θεὸς apud Atticos communis est generis. Attamen iussus est ire exulatum. Theodorus autem, cognomento ἄθεος, his auditis dixit, Vnde hoc nouit Stilpon, nisi fortè sublatis vestibus inspexit Minervam?

Argutè in feliciter.

5 Crates Cynicus ad propositam quæstionem non respondebat, sed pro responso ventris crepitum emisit. Hic Stilpon: Sciebam, inquit, te quamuis vocem emissurum potius quàm eam quam oportuit.

Moderatè.

6 Stilpo Crateti dedit caricam, simulque proposuit quæstiunculam. Quum Cynicus protinus nucem deuorasset: Caricam, inquit Stilpo, perdidit. Hic Crates, non caricam modo, sed & quæstiunculam, cuius illa fuit arra: Sentiens se frustra captatum, munusculo ad respondendum.

Cynicè.

7 Videns Cratetem hybernis mensibus frigore rubentem, δύσχεις inquit, μοι χλαῖναν ἔχειν ἱματίῳ καινοῦ. Lepos qui est in vocis ambiguo Latinè reddi non potest: καινοῦ coniunctim sonat nouo, & καὶ νοῦ disiunctum sonat, & mente. Discrimen auribus vix sentiri põt scripto potest ostendi. Videris, inquit, egere pallio nouo, siue pallio & mente. Nouum requirebat gelu, mentem Cynici stultitia, qui vestẽ non accommodaret tempori.

Lepidè.

Cum

Cum omnium oculi coniecti essent in Stilpontem, quidam: Isti, inquit, Stilpon mirãtur te, vt belluam. Nequaquam, inquit ille, sed vt verum hominem. Solent peregrinæ bestiæ in spectaculum produci. Vulgares homines nemo miratur. Sed philosophum plerique spectabant, non vt quemuis hominem, sed vt hominem verum. Nam id spectaculum est rarissimum. Obiter notauit interpellatorem, & ipse non esset verus homo, nec spectatu dignus. 8

Dictum tortum.

SIMON ATHENIENSIS.

Hunc Pericles ad se inuitauit pollicens sese omnia necessaria præbiturum. At Simon negauit se vẽditurum libertatem. Delectauit hũc imago muris syluestris paruo viuentis potius, quàm domestici, in summis delitiis, sed perpetua cum solicitudine versantis. 1

Libertas.

MENEDEMVS ERETRIENSIS.

Quum aliquando decretum tulisset ad populum, quidam ita tetigit illum, vt diceret, non esse sapientis neque tabernaculum cõsuere, neque decretum scribere: subnotans, & ex patre coriario natus esset, ipse quondam eiusdem opificij. Nam olim tabernacula è pellibus caprarum consuebantur. 1

Banausi magistratus.

Cuidam scisciranti num sapienti ducenda esset vxor: Num ego, inquit, videor tibi sapiẽs? Quum annuisset: Ego, inquit, vxorem duxi. Supernacuum erat de eo dubitare, quod videret factum ab eo quem iudicabat sapientem. 2

Exempla sapientum.

Antigono consulenti, deberetne ad comessationem quandam adire, post silentium nihil aliud respondit, quàm regis filius est. Subindicans luxum indecorum esse regno natis: aut potentibus licere quod libet. 3

Indecora.

Quendam friuolis nugis obstrepentem, rogauit 4

Garrulitas. gauit num fundum haberet: vt is respondit sibi plurimas esse possessiones: Abnegatur, inquit, & illas cura, ne tibi eueniat, vt & illas perdas, & priuatum elegantem amittas: Notans illum ad dicendum non esse idoneum, sed magis ad agriculturam.

5 A Nicocreonte Cypri tyranno vocatus ad solenne conuiuium cum Asclepiade amico, cæterisque philosophis dixit: Si honestum est tales conuocare viros, oportuit id quotidie fieri: sin minus, etiam tum frustra fieri. Ad id quum tyrannus respondisset, diem illum esse sibi festum, eoque singulo quoque mense vacare audire philosophos, liberius respondit Menedemus: hoc postulare sacrificiũ vt per omne tẽpus audiret philosophos. Quid multis? Eò processit hominis libertas, vt nisi tibicen quispiam eos auocasset, perituri fuerint. In naui quum periclitarentur Asclepiades dixit, tibicinis modulatio seruauit nos, Menedemi libertas perdidit.

Libertas periculosa

6 Percontanti cuidam Alexino an patrem cædere desijsset, respõdit, neque cecidi, neque desij. Quum alter subiecisset, oportere soluere ambiguitatem per ναὶ & οὐ, aut affirmando, aut negando: Ridiculum, inquit, est vestras sequi leges quum liceat in portis occurrere. Alter captabat illum insidiosa percontatione, siue enim respondisset, desij: siue non desij, agnouisset crimen. Ille hoc præsentiens excluſit sophisticum cauillum. Sic & Socrates apud Platonem obiurgatur à sophistis, quòd secus respondeat, quàm ipsis esset commodum.

Argutia sophistica

7 Quũ Bion, acriter diuinos insectaretur, ait illũ trucidare mortuos: qs aduersus illos studiosè pugnaret, q iã dudũ essent explosi, sepultiq;

Iugulare mortuos.

Ad quendam dicentem maximum esse bonum, si quis omnium potiri queat, quæ optat. Sed multò maius, inquit, bonum est, non optare nisi quod oportet. 8

Dicebat plurimos nauigare Athenas studiorum gratia, qui primùm essent sapientes, dein de fierent philosophi, hoc est sapientiæ amantes, dein rhetores, denique progressu temporis euadere idiotas meminit Plutarchus. Multum profecit, qui dicit se nihil scire. Et infeliciter facit, qui semper vergit in deterius. 9 *Degenerare.*

PLATO ATHENIENSIS.

Quum Plato ad tragicum certamen paratus audito Socrate mutasset consiliũ, poemata sua exussit, præfatus Homerico carmine: Ἥφαιστε πρόμαλ' ἄδε, Πλάτων νύτι σεῖο χατίζει 1 *Potiora sperandа.*

Huc ades ὁ Vulcane, Platoni nunc opus est te.

Cum Dionysio Hermocratis alio de tyrannide disserens, ait non statim esse præstantius quod vni tantùm sit vtile, nisi & virtute cæteris antecelleret. Offensus tyrannus dixit, οἱ λόγοι σὺ γεροντιῶσι, id est verba tua sapiunt senium. Contrà Plato, οἱ δὲ σὺ τυραννιῶσι, id est, tua verò tyrannidem sapiunt. 2 *Liberè.*

Apud Æginetas lex erat, vt si quis Athenienses Æginam venisset, capitalis esset. Huc quum esset deductus Plato, vt venundaretur, captus postulatus est à Carmẽdio, qui legẽ eã tulerat. Sed tempestiuo cuiusdam ioco liberatus est. Ait enim legem habere, si quis homo: at hunc esse philosophum. 3 *Iocus salsus.*

Plato dicitur ter nauigasse in Siciliam, nec sine periculo, nec sine cauillis obtrectatium. Molon itaque, qui gerebat hostilem in Platonem animum, negabat esse mirum: 4 *Salsè.*

si Dionysius esset Corinthi, sed si Plato in Sicilia. Nam tyrannum expulerat necessitas, Platonem inuitabat ambitio, vt vulgus quidem interpretabatur: Et tamen Dionysium esse Corinthi adeo mirabantur omnes vt iam abierit in prouerbium, de re inexpectata & incredibili.

5 Adolescentem quòd lusisset aleam grauiter increpuit: qui cum dixisset. Sic obiurgas ob rem paruam? At paruum non est, inquit assuescere. Tale quiddam subindicat Demea Terentianus in Adelphis: Mitto rem consuetudinem ipsorum. *Assuescere malis.*

6 Iratus seruo, quum eum castigare pararet, & fortè interueniret Xenocrates: Flagella, inquit, hunc puerum, nam ipse sum iratus: Sibi diffusus est homo philosophus: sentiens animi commotionem. At vulgus hominum tum maximè panit, quum irascitur. *Moderate*

7 Rursus alteri cuidam famulo sic commina tus est Loris te cæderem, ni iratus essem. Nihil iræ fidendum. Sapuit Syrus ille Terentianus, qui se conijcit in angulum, edormiturum qd biberat villum. At ira minus sui compos est, quàm ebrietas. *Moderate*

8 Quum aliquando conscendisset equũ, mox descendit, dicés se vereri, μὴ ἱππότικὸν κηφῆν, i. nec equestri fastu corriperetur. Superbũ animal est equus & equitare quiddam habet magnificum, parumque philosopho dignum. *Modestè.*

9 Temulentiæ deditis suadebat, vt potiad speculum sese contemplarẽtur, ita fore, vt ab eo vitio recederent, conspecta fœditate. *Temulentia.*

10 Somnolentiam improbabat, eoque scripsit in legibus κοιμώμενος οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, id est, Nemo dormiens vlla re dignus est. *Vigilatia.*

11 Quum à Dionysio fastiditetur, popposcit con-

congrediendi copiam: ea data hunc in modum disseruit: Si quem sentires in Siciliam appulisse hoc animo, vt tibi malè faceret qui tamen non data opportunitate, nihil mali faceret, an hunc impune dimitteres? Quum Dionysius respondisset, nequaquam ò Plato: oportet enim hostium non facta solum, verum & animi propositum vlcisci: Plato subiecit, Tum si quis tibi bene volens venisset in Siciliam, vt tibi boni quippiam adferret, non faciat autem destitutus occasione, num par esset hunc nulla relata gratia contemptum abijcere? Dionysio percontante quis esset ille: Aeschynes, inquit, vir & morum sanctimonia cum quouis amicorum Socratis conferendus, & qui possit dicendo meliores reddere, cum quibus habeat consuetudinem. Is quum huc multum maris emensus adnauigarit, vt suam philosophiam tibi impertiret, hactenus neglectus est. Hæc tam commoda oratio effecit, vt rex & Platonem, cui prius erat infensior, amplecteretur, & Aeschynem splendidè, magnificeque tractaret. *Commodè dicere.*

Dionem ob formam & ob rerum gestarum magnitudinem quum plurimi fieret ab omnibus admonuit, caueret, metueretque contumaciam, cui comes esset solitudo. Insolenter enim vtentem rebus prosperis amici destituunt. 12 *Ferocia.*

Si quando fortè incidisset in eos, qui præter decorum quippiam agerent, digressus consueuit dicere, Nuncubi ego talis? Nemo suam turpitudinem perspicit, sed sibi quisque assentator est. Ex aliis igitur discendum quam indecora sint, quæ præter honestatem geruntur. 13 *Exemplũ ex alijs.*

E disputatione discedens solitus est admonere discipulos: Videte pueri, vt otium in re quapiam honesta collocetis: Significás otium omnia mala docere adolescentes. 14 *Otium.*

Solet admonere vt neque corpus sine animo exerceamus neque animum sine corpore, vt pariter vtriusque curam habeamus. 15 *Exercitatio.*

Rogatus à Cyrenensibus, vt ipsis leges scriberet, ac reipu. statum componeret, recusauit, dicens: per difficile esse condere leges tam felicibus: indicans eos non facilè parere salubribus monitis, qui successu rerum elati sibi felices viderentur. 16 *Felicitas intractabilis.*

Polus sophista reperisse dicitur quasdam orationis delicias, veluti contraria inter se reddita, membra comparia, similiter desinentia, quibus immodicè putatur vsus. His ornamentis quum se iactaret insolentius, Plato sic hominem taxauit, ὦ πῶλε, ἵππαρος εἶπω σε κατάσε, id est, O pole, vt te tuo alloquar modo. polus Græcè sonat pullum equinum ipso itaque statim nomine tetigit hominis arrogantiam. Imitatus est &, ὁμαιόπτωρον: σῶλε σέ κατά σε. 17 *Affectata oratio.*

Antisthenem qui disserendo fuerat prolixior, sic admonuit, Ignoras, quòd orationis modus sit, non is qui dicit, sed qui audit? 18 *Brevilo-quentia.*

Dicebat in morte amicorum quiescendum esse: partim eò quòd nondum liqueret, bonum esset an malum quod accidisset: partim quòd acerbè ferenti nihil à luctu esset commodi. Tollitur enim dolor, si quis secum consideret, quale sit, quod euenit. 19 *Luctus.*

XENOCRATES CHALCEDONENSIS.

Quum Alexander Magnus illi misisset ingentem pecuniarum summam ex ea duntaxat tres minas recepit, reliquum referri iussit, dicens ipsi pluribus esse opus, qui plures aleret. 1 *Pecunia contemptus.*

Passerem qui fugiens imminentem accipitrem sese in Xenocratis sinum coniecisset, texit, fouitque, ac demulcens dimisit dicens, supplicem non esse prodendum. 2 *Innocentia.*

A Bione dictis lacessitus, Non sum, inquit, tibi responsurus, neque enim tragœdia quum à comœdia taxatur, dignatur eam responso. Nota est veteris comœdiæ licenta, in qua multa scommata iaciuntur, & in ipsos poetas, & fabularum personas: at tragœdia non dignatur vicissim humiles personas attingere. 3 *Animosè.*

Ad quendam nec geometriæ, nec musices, nec astrologiæ peritum, ad scholam tamen ipsius commeantem. Abi, inquit, ansam philosophiæ non habes, hoc est, non es ad philosophiam docilis, nullis instructus disciplinis. Alii ferunt illum ita loquutum, πάρειμαι πρός, κοῦ κνάπτεται. Apud me vellus non maceratur, Lana rudis non statim traditur vestiario, sed fulloni. 4 *Docilitas.*

Quum Platoni Dionysius diceret, Aliquis auferet tibi caput, Xenocrates qui tum præceptori aderat, Non prius, inquit, quàm hoc, suũ ostendens caput. 5 *Amicitia.*

Cum in conuiuio cæteris multa garrientibus solus nihil diceret, interroganti quur vnus omnium sileret: Quoniam, inquit, loquutum fuisse pœnituit aliquando, siluisse 6 *Taciturnitas.*

nunquàm. Hoc Plutarchus in libello περὶ τῶν ὑγιεινῶν tribuit Simonidi.

7 *Pecunia cõtemptus.*

Alexander ad hunc legatos misit cum aliquot talentis, quos ille in academiam perductos parca tenuique cœna excepit. Postridie interrogantibus, cui vellet adnumerari pecuniã: Quid? inquit: Ita ne vos ex hesterna cœna non intellexistis me pecunia non indigere? Philosophus Ethnicus reiecit à ditissimo liberalissimoque rege vltro delatam ingentem pecuniæ summam.

8 *Curiositas*

Dixit nihil referre vtrum pedes, an oculos inferas in ædes alienas, videlicet deterrens, ab omni curiositate rerum ad nos nihil attinentium.

9 *Pueri reuerentia.*

Dicebat pueris aures esse muniendas follibus potiusquàm athletis: quod plus sit periculi, ne puerorum aures occupentur prauis sermonibus, quàm ne athletarum aures pateant ad ictus: Maxima, inquit Satyricus, debetur puero reuerentia.

CRANTOR SOLENSIS.

10 *Fortiter.*

Senarium hunc ex Bellerophonte Euripidis probare solet.

Οἴμοι τί δ' οἷμαι, θνητὰ τοι πεπόνθαμεν.

Heu, quid heu? nobis quod hominum est, accidit.

Sensit quicquid vlli hominum accidit, hoc vnicuique posse accidere: Nihil igitur nec inexpectatum videri oportere, nec intollerabile.

ARCESILAVS.

1 *Modestè.*

Si quando probabat aliquid dicere solitus est φημὶ ἔγωγε, id est, aio, siue mihi videtur, siue fateor. Si quid displicebat dicebat οὐσυνκαταθήσεταί σοι οὗτος ὁ δεῖνα, id est his nõ assentiretur ille, nominato quopiam; simul &

& in asseuerando seruans modestiam, & in cõtradicendo fugiens inuidiam.

2 *Procliuitas ad deteriora.*

Percontanti, qui fieret, vt ab alijs sectis multi deficerent ad Epicureos, ab Epicureis nulli desciscerent ad alios: Quoniam, inquit, ex vitis galli fiunt, ex gallis viri nequaquam: Sentiens homines esse proniores ad voluptatem, quàm ad virtutem. Gallos dixit sacerdotes Cybelis cuiratos. Porrò voluptatem amplecti fœminarum est potius quàm virorum.

3 *Moderate*

Quum hospites quosdam vnà cum amicis exciperet conuiuio, cœna quidem apposita est, sed deerat panis, videlicet pueris oblitis emere. Hic ille ridens: Quam, inquit, res est apta conuiuijs apparandis esse sapientem: Sentiens philosophos in rebus vulgaribus minus sapere quàm idiotas. Sed interim dedit exemplum philosophicæ moderationis: quis enim ibi non incanduisset ira?

4 *Paupertas*

Paupertatem comparabat Ithacæ patriæ Vlyssis, quòd iuxta Homerum, aspera quidem esset, sed bona, κουροτρόφος, id est, iuuenum altrix, dum eos consuefacit frugaliter & continenter viuere, & ad omnem virtutis functionem exercens.

5 *Legũ multitudo.*

Dicere solitus est, quemadmodum vbi multi essent medici, ibi multi sunt morbi, ita vbi per multæ leges essent, ibi plurimum esse vitiorum.

6 *Mollicies.*

Diuitem quendam immodice delicatum, capillitio arte compositio, oculis volubilibus ac lubricis, quum is alioqui castus & integer haberetur, ita taxauit: Quid refert, inquit, aduersi an auersi cinædi sitis? Sensit mentis integritati, corporis etiam habitum & cultum oportere congruere.

BION BORYSTHENITES

1 Percontanti Antigono Homerico versu.

Genus pudendum. Τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πολις ἠδὲ τοκῆες;

Sentiens Bion se traductum de generis ac gentis ignobilitate, respondit ingenue: Patermeus libertus erat, cubito sese emungens: Significãs eum fuisse salsamentarium. addebat illum Borysthenitem fuisse genere, non facie, sed in fronte gestare scripturam amari domini: matrem fuisse è lupanari. quum cætera item nudè cõmemorasset, adiecit versum Homericum.

Τοιούτης τῆς γενετῆς, τοιούτε πατρὸς ἔτυχε-μαι εἶδος.

2 Cuidam obijcienti, quòd adolescentem quẽ-
Docilitas. dam ad se non pellexisset: Tenellus, inquit, caseus non attrahitur hamo: Significans pueros delicatos non esse ad philosophiam accomodos.

3 Alteri percontanti quis esset maximè an-
Tranquillitas. xius: Qui in maximis, inquit, rebus cupit esse fortunatus. Is enim mille curis distorquetur, vt assequatur ardua, & assequutus quẽ torquetur, ne amittat.

4 Rogatus, esset ne ducenda vxor: Si deformẽ,
Coniugiũ. inquit, duxeris, habebis pœnam: sin formosam, habebis communem. In Græcis vocibus plusculum est iucunditatis, κοινὴν & κοινὴν.

5 Senectutem dicebat portum esse malorum,
Senectus. quòd omnes huc confugerent, sperantes miseriarum finem. Mori autem vnicuique in promptu est. Id Ethnici quidam existimabant esse præclarum, Christiana pietas docet esse nepharium scelus.

Gloriam

Gloriam dicebat esse matrem annorum, ob 6
id opinor, q̃ quum hominis vita sit breuis ho- *Immortalitas.*
nesta memoria in multa secula propagatur.

Formam dicebat esse bonum alienum: Sen- 7
tiens extra hominem esse, quod ipse sibi nec *Forma.*
dare potest, nec tueri datum. Animi bona vere nostra sunt.

Diuitias dicebat esse neruos actionum 8
quòd sine his nihil agatur. Alius dixit ner- *Diuitiæ.*
uos belli.

In quendam qui prædia sua deuorauerat: 9
Amphiaraum, inquit, terra absorbuit, tu *Profusio.*
terram.

Aiebat, magnum esse malum, non posse fer- 10
re malum. Absque hoc enim nulli potest es- *Tolerãtia.*
se vita suauis.

Damnabat homines qui sic exurrerẽt, quasi 11
sensu vacarent, sic adurerent, quasi sentirent. *Salsẽ.*
Ob id, ni fallor, quòd in bellis exurantur omnia. Rursus si leuiter attingantur ab igni, offenduntur. Id enim applicat adurere.

Dicebat esse optabilius suam messem alteri 12
largiri, quàm alienam decerpere. Sensit feli- *Liberalitas.*
cius esse dare quàm accipere.

Aiebat facilem esse ad inferos viam. Nam il- 13
luc homines abire clausis oculis. Morientibus *Mors facilis.*
enim clauduntur oculi.

Alcibiadem hoc elogio taxauit, quod adole- 14
scens viros abduxisset ab vxoribus: iuuenis fa- *Liberè.*
ctus, vxores à viris.

Rhodi quum Athenienses darent operam 15
rhetoricis, ipse philosophiam docebat. Ob *Philoso-*
id reprehensus, ita respondit: Triticum ad- *phia potior*
uexi, & hordeum vendo? Sentiens absurdum *rhetorica.*
esse ab ipso requiri deteriora, quum attulisset meliora: nam philosophia veluti triticum cibus est hominum, hordeum equorum:

simul

simul innuens solum philosophum loqui, rhetores hinnire potius.

16 *Correctio.* In fabulis est Danaidas puellas apud inferos huic addictas esse supplicio, vt pertusis vasis deferant aquam in dolium pertusum. Bió dicebat grauius fore supplicium, si integris vasis ac non pertusis idem facerent: tum enim irent onustiores.

17 *Loquacitas.* Cuidam immodicè loquaci, vt sibi subueniret oranti, respondit: Abunde tibi morem geram, si aduocatos miseris, non venias ipse.

18 *Innocētia tuta.* Euenit ut cum scelerosis nauigàs, incideret in prædones: illis dicentibus, Actum est de nobis, si agnoscamur. Et de me, inquit, nisi agnoscamur. Bonis innotuisse salus est.

19 *Indocilis.* Arrogantiam dicebat esse profectus obstaculum. Indocilis enim est, qui mauult doctus videri, quàm esse.

20 *Auarus.* In diuitem quendam sordidum ita loquutus est: hic facultates suas non possidet, sed ipsum possident facultates.

21 Diuites sordidos dicebat ita facultatum suarum curam habere, quasi essent propriæ: rursus ex iisdem nihil capere vtilitatis, quasi essent alienæ.

22 *Prudentia senilis.* Aiebat iuuenes vti debere fortitudine, senes valere prudentia. Nam his rerum vsus conciliauit sapientiam.

23 Dicebat prudentiam tantò cæteris virtutibus antecellere, quantò cęteris sensibus præstaret visus. Nam oculi prælucent toti corpori, nec vlla est virtus absque prudentia. Nã quomodo iustus redder, cuique suum, nisi prudẽtia commonstret, quid cui debeatur?

24 *Senectus.* Docebat nulli exprobrandam esse senectutem, ad quam omnes optant peruenire: Absurdum enim est alijs probro dare, quod quis optat

optat sibi contingere.

Conspiciens quendam tristi vultu, qui habebatur inuidus: Nescio, inquit, vtrum tibi aliqd acciderit mali, an alteri boni quippiam. Inuidus enim non minus discruciatur aliena felicitate, quàm suo infortunio. 25 *Inuidia.* 26

Dicebat amicos, quales quales essent, retinẽdos esse, ne videamur, aut malos recepisse in familiaritatem, aut bonos reiecisse. *Prudenter.*

Dicere solitus est: quemadmodum proci Penelopes, quoniam cum Penelope commisceri non potuerunt, cum illius ancillis rem habuerunt: ita qui philosophiam assequi non possunt, in alijs friuolis disciplinis semet exercent. 27 *Grauiter.*

Familiares suos admonebat, vt hoc argumento putarent se profecisse in philosophia, si iurgantes, & conuiciantes perinde audirent ac si recitarent versus illos Homericos: 28 *Moderatio.*

Ὦ ξένε ὀΐω οὔτι κακὸ οὔτ' ἄφρονι φωτὶ ἔοικας,
Οὐλὲ τίκαι μάλα χαῖρε, θέος αὔτοι ὄλσιε δοίεν. id est,
Quando vir haud nequam, nec stultus amice videris.
Per multum salue, tatq; vale Dij prospera donẽt.

LACYDES CIRENÆVS.

Accersitus ab Attalo rege, respondit imagines eminus esse spectandas: innuens arctam, assiduamque familiaritatem sæpe minuere virtutis admirationem. 29

CARNEADES.

Carneades fertur admodum fuisse vocalis. Itaque quodam tempore Gymnasiarchus, id est, scholæ princeps, misit, qui diceret, ne tantopere clamaret, cui respondit, Da mihi vocis 30

vocis modum. Ad quod rursus eleganter princeps: Modum habes, nempe auditores. Siquidem pro numero auditorum temperanda vox est.

31 *Principum institutio.* Dicere solet diuitum ac regum filios, nihil rectè discere præter quàm equitare, quòd his omnes adulentur: solus equus non curans regem gerat an priuatum, tergo excutit quisquis equitandi fuerit imperitus.

ARISTOTELES STAGIRITES.

Quum Xenocratis æmulatione cœpisset habere scholam, hoc carmen vsurpauit:

1 *Æmulatio.* Αἰχρὸν σιωπᾶν, ξενοκράτην δ' ἰᾶν λέγειν. id est,

Sitere turpe, ac Xenocratem pati loqui.

Alij pro Xenocrate ponunt Isocratem.

2 *Libertas intempestiua* Callisthenem discipulum liberius multa dicentem apud Alexandrum Homerico carmine admonuit.

Ωκύμορος δή μοι τίκτος ἔπεαι, ὃ ἀγορήνδε. *Talia nate loquens, haud multo tempore viues.*

Nec male diuinauit, nã libertus illi fuit exitio.

3 *Calumnia ex calumnia.* In ius vocatus ꝙ Hermiam mulierẽ, quam amabat, hymno quasi Deam celebrasset, calumniæ molestiam Homerico versu testatus est, in ipso statim defensionis initio.

Ὀχνᾶ ἐπ' ὄχνᾳ γηράσκει, σῦκον δ' ὑπὲρ σύκου.

Rogatus, quid lucri facerent mendaces: Vt vera, inquit, loquentibus non credatur.

4 *Vanitas.* Increpanti, ꝙ homini malo dedisset eleemosynam. Non mores, inquit, sed hominem commiseratus sum. Etiam improbis in necessitate succurrit vir bonus: debetur enim hoc officium si non meritis illius qui iuuatur, certè naturæ. Et bonus fieri potest, qui malus est.

Illud

Illud amicis ac discipulis inter disserendũ frequenter solet ingerere: visum accipere lumen à circunfuso aere, animum autem à disciplinis liberalibus: Sentiens ingenium adolescentium mathematicis disciplinis acui, & ad reliqua philosophiæ mysteria reddi perspicax. 6 *Lux animi.*

Crebrò taxabat Athenienses, quòd quum duas res, frumenta, ac leges inuenissent, frumentis vterentur, legibus nequaquam: Alludens ad Triptolemum Athenienſem, cuius ministerio Ceres vsa est in ferendis legibus ac tritico. 7 *Salsè.*

Eruditionis radices dicebat amaras esse, sed fructus dulces. 8

Percontanti quid citò senesceret: Gratia, inquit: Sentiens iniuriæ memoriam esse tenacissimam, beneficij breuissimam. 9 *Beneficij oblinio.*

Interrogatus, quid esset spes: Vigilantis, inquit, somniũm. Multa sibi promittunt inania, qui spe ducuntur. Et Maro: 10

Qui amant sibi somnia fingunt.

Diogenes Aristoteli obtulit caricam, cogitans si non acciperet, illum sententiam aliquã esse meditatum. At Aristoteles accepta carica, dixit, Et caricam & sententiam perdidit Diogenes. Huic simillimum est, quod antè tributum est Crateti. 11 *Captatio.*

Quum iterum illi caricam porrigeret Diogenes, accepit, & sublato in cœlum vultu more puerorum: Magnus, inquit, Diogenes: moxque illi reddidit caricam: Notans, opinor, ab illo captari laudem munificentiæ. 12

Dicere solet tria ad parandam sapientiam potissimum necessaria, naturam, doctrinam, & exercitationem. Inutta Minerua frustra laboratur, rectè discitur à doctis: exercitatio consummat eruditionem. 13 *Doctrina quibus paretur.*

Quum

14 Quum accepisset quendam in ipsum dixisse conuitia: Absentem, inquit, vel loris cædat. *Magnanime.*

15 Pulchritudinem dicebat quauis epistola efficaciorem ad commendationem. Sunt qui hoc adscribant Diogeni. Aristotelem verò formam solitum appellare donum, quia gratis contingit à natura. Eandem Socrates appellauit exigui temporis tyrannidem, quòd formæ gratia mox defloresçat. Plato naturæ prærogatiuam, quòd paucis cõtingat. Theophrastus silentem fraudem, quòd absque verbis persuadeat. Theocritus eburneum detrimentum, quòd grata quidem sit aspectui, sed multorum incommodorum causa. Carneades, ἀδιαφθόρητον βασιλείαν, id est, regnum absque satellitio, quòd formosi impetrent quicquid volunt, nulla adhibita vi. Refert Laertius. *Forma.*

16 Interrogatus qua re differant docti ab indoctis: Qua viui, inquit, à mortuis: Sentiens hominem absque literis statuam esse veriùs quàm hominem. *Eruditio.*

17 Dicebat eruditionem in prosperis esse ornamentum, in aduersis refugium. Parentes qui rectè liberos suos instituissent, aiebat multò honorabiliores esse ijs, qui tantum genuissent, quòd ab his contigisset viuere, ab illis etiam bene viuere.

18 Cuidam glorianti quod esset à magna celebríque ciuitate, dicebat hoc nihil referre, sed an celebri patria dignus esset. *Salsè.*

19 Rogatus quid esset amicus: Vna, inquit, anima in duobus corporibus. *Amicus.*

20 Aiebat quosdam homines ita parcere, quasi semper essent victuri: rursus alios ita profu-

dere, quasi mox essent morituri.

Percontanti qui fieret vt eum formosis diutius ac libentius confabulemur, respondit 21 *Cæca pertam percontationem esse cæci.* Cæcus enim *contantio.* non sentit formæ illecebram, nihilo magis quàm colorum gratiam.

Percontanti qui lucri cepisset ex philosophia: Vt ea inquit, nullo imperante faciam, 22 *Virtus nõ* quæ vulgus facit metu legum. Idiota à furto *cogitur.* abstinet, quia lex minatur pœnam: philosophus abstinet, quia per se turpe est, etiamsi liceat impune.

Interrogatus quo pacto fieret, vt discipuli 23 quàm plurimum proficerent: Si, inquit præceptores gnauiter insequantur, sequentes non morentur.

Quum garrulus quispiam, vbi multa nugatus esset apud Aristotelem, tandem dixisset, 24 *Salsè in* Fortasis obstrepo tibi nugis meis: Non hercle, *garrulum.* inquit, neque enim aduerti animum.

Reprehensus quòd munus dedisset improbo: Non homini dedi, inquit, sed humanæ 25 *Benignis-* sortí. Hoc superius aliis verbis commemo- *sus.* ratum est.

Rogatus quomodo amici essent tractandi: 26 Quomodo, inquit, nos ab illis tractari cuperemus.

Eruditionem dicebat optimum esse viaticum ad senectutem: Nam cætera senem aut 27 destituunt, aut grauant etiam.

Illud frequenter habebat in ore, ὦ φίλοι, 28 οὐδεὶς φίλος: Sentiens multos esse amicos no- *Amicus* mine paucissimos aut nullos re. *rara res.*

Admonebat neminem de se debere prædicare, vel in laudem, vel in vituperationem: qd 29 illud esset hominis vani & insani: alterum *Modestia.* stulti ac vecordis.

Idem

30 Idem admonebat, vt voluptates contemplemur non venientes, sed abeuntes, hoc est, non à fronte, sed à tergo. Venientes enim fucata specie blandiuntur: abeuntes autem pœnitentiã, ac dolorem relinquunt. *Voluptas.*

31 Dicebat Athletas, qui à libris arcentur, omnemque vitam in cauillis scurrilibusque iocis transigunt, similes euadere gymnasiorum statuis, nempe pingues & saxeos. *Imperitia.*

32 Quum iã natus annos fere sexaginta duos, adeò laboraret, vt admodum tenuis vitæ spes superesset, conuenerunt ad illum discipuli rogantes, vt ex ipsis aliquem deligeret qui in locum eius succederet. Inter auditores erant duo præcipui, Theophrastus Lesbius, & Menedemus Rhodius. Aristoteles respondit se quærere, factum, vbi daretur opportunitas. Paulò post quum rursus ad eum eadem de causa conuenissent, dixit vinum quod biberet sibi parum esse commodum, ac quæsiit exoticum vel Rhodium vel Lesbium. Id simul atque curatum est, gustato Rhodio dixit: Firmum hercle vinum, & iucundum. Mox gustato Lesbio: Virum que, inquit, egregiè bonum, sed Lesbium suauius est. Id vbi dixit, nulli dubium fuit, quin lepidè simul, & verecundè, successorem sibi ea voce, non vinum delegisset: probauit vtrumque, nec tamen auditoribus eligendi ius ademit. Sed Græcus sermo plusculum habet ciuilitatis, quòd οἶνος, id est, vinum apud Græcos sit generis masculini: vt hęc τὸ ὁ λέσβιος οἶνος, possit & ad personam accommodari. *Similiter.*

THEOPHRASTVS ERESIVS.

Dicebat potius esse fidendum equo, quàm verbo incomposito. Nemo non meruit insidere equo infræni, at plus est periculi à lingua effræni. *Lingua.*

riculi à lingua effræni.

Ad eum qui in conuiuio perpetuò silebat: Si, inquit, indoctus es, prudenter facis: sin doctus es, imprudenter. Iucundius effertur à Plutarcho: Si stultus &, rem facis sapientem, si sapiens, stultam. Est aliqua sapientiæ pars, silentio stultitiam tegere. 2 *Silentium.*

Habebat semper in ore, nullum esse sumptũ pretiosiorem tempore. Solum enim hoc recuperari non potest, & tamen vulgò nihil habetur vilius tempore. 3 *Temporis parsimonia.*

In quendam Casandri amicum simis naribus iecit hoc scomma: Demitor, inquit, oculos tuos non canere, cum illis nasus sit additus; quòd nasus fistulæ speciem præberet. Refert Plutarchus in Sympositacis. 4 *Ridicule.*

DEMETRIVS PHALEREVS.

Quum audissent Athenienses fuisse demolitos statuas suas, quas illi posuerant: At virtutem, inquit, non euerterunt, cuius gratia illas posuerant. 1 *Animosè.*

Dicebat supercilia pusillũ esse corporis mẽbrum, tamen totam offuscare vitam. Insuauiores enim sunt ad omnem vitæ consuetudinem tristes ac superciliosi. 2 *Supercilia.*

Aristophanes in comœdia Plutum inducit cœcum. At hic dicebat non solùm Plutum, id est, diuitias esse cœcum, verumetiam fortunam Pluti ducem: vt iam sit illud prouerbij, Cęcus cæco dux. Fortuna sæpe largitur indignis sua munera. 3 *Fortuna cæca.*

Quantum in bello valeret ferrum, tantum dicebat in repu. valere orationem. Illic enim res geritur viribus, hic persuasione. 4 *Orationis vis.*

Conspicatus iuuenem intemperantiæ deditum: Ecce, inquit, quadratus Mercurius, habens syrma, ventrem, pudenda, & barbam. 5 *Indoctus.*

Sentiens illum non esse hominem, sed statuam qualis in viis solet poni Mercurio, hoc illi dissimilem, quod effœminatorum more traheret vestem, quòd deditus esset ventri ac libidini, quodque barbatus esset, quum nihil horum Mercurius.

6 Hominum fastuosorum sublimitatem dicebat amputandam, sed relinquendam sobrietatem. Talia enim ingenia non sunt desperanda, sed quod redundat, recidendum est

Ingenia erecta.

7 Admonebat adolescentes, vt domi parentes in via obuios, in solitudine reuererentur seipsos. Pudor teneram ætatem optimè deterret à peccando, qui nusquam non adest, si qs reuereatur seipsum.

Reuerētia.

8 Aiebat veros amicos in rebus lætis adesse vocatos, in aduersis inuocatos & vltro. At vulgò sit secus.

Amicus in aduersis.

9 Ptolemæum regem adhortari solet, sibi pararet libros, de regno, deque militari imperio gerendo tractantes, cosque diligenter euolueret, propterea quòd ea de quibus amici non audēt admonere reges, in libris scripta habeant.

Lectio vtilis.

10 Quum exularet, ac Thebis inglorius, humilisque viueret, audisseque Cratetem philosophum, qui ipsum inuiseret, multa placidè, prudenterque de moderate ferendo exilio disserentem: Male sit, inquit, negotijs & occupationibus, per quas hactenus talem virum non licuit cognoscere.

Philosophia.

CRATES THEBANVS CYNICVS.

1 Vulgo dictus est θυρεπανοίκτης, id est, ostiorum apertor, quòd in omnes domos irrumperet, & si quid displicuisset reprehenderet, Cynica libertate. Id cognominis hodie, rectius in quosdam πταιχοτυράντας.

Curiositas.

Rogatus

Rogatus, quid illi è philosophiæ studio accessisset emolumenti, respondit: 2

Θέρμωντε χαίνιξ καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν, i. *Chanix lupini, & absque cura viuere.*

Parùo contentus.

Sentiens se minimo contentum ob libertatem suauiter viuere. 3

Amore laborantibus ostendit remedia: Amori, inquit, medetur fames sin aliter, tempus, quòd si nec his vti possis, laqueus. Luxus fere alit amorem. Tempus omnia aut tollit, aut certè mitigat. Hæc remedia si nihil prosunt, superest laqueus, vt morbus finiatur suspendio. Græca sonant iucundius, λιμὸς, χρόνος βρόχος 4

Amoris remedia.

Dicebat philosopho nulla re opus esse. Eoque pecuniam deposuit apud trapezitam hac conditione: vt si liberi essent idiotæ, traderet eam illis: sin philosophi, nummos distribueret in plebem, q̄ indoctis opus esset pecunia, philosopho nec opus, nec vtilis. 5

Philosophō non eget.

Celebratur illius ephemeris ad hunc habēs modum: Ponito coquo minas decem medico drachmam, adulatori talenta decem, consiliario fumum, scorto talentū, philosopho trio bolum. Notabat hominum stultitiam, qui in res honestas, & cum primis necessarias minimum sumerent impendij ad turpia prodigi. 6

Sumptus præposteri.

Cum pro quodam supplicaret, gymnasij principi procumbens attigit coxam illius pro genibus: Nam supplices ex more genua contingebant. Indignanti gymnasiarcho: Quid, inquit, an non hæc æquè tua sunt ac genua? Notans obiter vulgi superstitionem, qui certa membra certis rebus dedicauit, velut aurem memoriæ, nasum irrisioni, genua misericordiæ: quum hæc ad totum hominem pertineant.

Ridiculè.

7 Negabat inter homines, quempiam inueniri posse, qui non aliqua in parte laberetur, ad dens nullam inueniri malũ punicum, in quo non sit aliquod granum suppute. *Nemo sine vitio.*

8 Nicodromus citarœdus huius dictis lacessitus, impegit illi pugnum in os, & suggillauit. At Crates fronti impositi tabellã, in qua scriptum erat, Nicodromus faciebat: itaque cum liuore suo obambulans traduxit citharœdũ, festiuiter alludens ad artificum morem, qui operibus suis inscribunt, Apelles aut Phidias faciebat. Simile quiddam narratur de Diogene pulsato. *Facetè.*

9 A magistratu obiurgatus, quòd præter leges ac morem Athenienſium ſindone vestiretur, ait, Quid si Theophrastum vobis ostendã sindone amictum? diffidentes, ac vt ostenderet flagitantes adduxit ad tonstrinam: ostenditq; Theophrastum, qui tum forte tondebatur, lineo amictum, quod Græci à contegendis humeris μάλιστρα vocant: submonens omnibus ad vsum vti licere. Nam si pse turpe esset vti linteis, ne in tostrina quidem esset honestum. *Præstum.*

10 Demetrio Phalereo indignatus est, quòd ipsi panes ac vinum misisset, dicens, Vtinam fontes etiam panes ferrent: Sentiens vino philosopho nihil opus esse, atque hoc ipsum esse submolestum, quòd panis non æquè parabilis esset ac potus. *Paucis contentus.*

11 Erat corpore deformi: quumque in certaminibus nudatus, ob id esset risui, sublatis, manibus dicere solebat, De oculis ò Crates reliquoque corpore bono animo esto: nã illos qui nunc te derident, mox conspicies morbo contrahi, teque beatum prædicare, ac sese ignauiæ damnare: Significans formam nihil facere ad victoriam, sed robur ac laborũ tolerantiam, *Vires formæ ffiant.*

rantiam, qua cæteros antecedebat.

12 Rogatus quoad esset philosophandum: Donec, inquit, exercituum duces qui sunt, videbũtur esse agasones. Sentiens, opinor, ibi maximè opus esse philosophia, vbi qui populo præsunt, stolidi sunt, & indocti, & homines quibus imperant habent pro asinis.

13 Eos qui cum adulatoribus viuerent, aiebat esse desertos, non aliter quàm vituli sunt inter lupos. Neque enim illos adesse quos oportet, neque cum iis qui adsunt, habere societatem, quum sint insidiatores. *Adulatio.*

14 Alexandro percontanti num cuperet restitui patriam suam; Quid opus est? inquit. Fortassis eam alius Alex. restituta diruet. *Patria neglectus.*

15 Dicebat se pro patria habere gloriæ neglectũ, & paupertatẽ, in quæ nullam ius haberet fortuna. Aiebat se Diogenis ciuem esse, qui nullis inuidiæ patebat insidijs. Opes enim ac nominis splendor conciliant inuidiam. *Tranquillitas tuta.*

16 Metrocles hoc vitio laborabat, vt inter differendum subinde crepitum ventris emitteret. Eam ob causam domi mœrens sese continebat. Huic mederi studens Crates de industria multum lupinorum deuorat ac Metroclis ædes adiit: persuasitque nihil esse mali, quod accidisset: Imò potius fore prodigiosum, nisi homo humano more flatum ventris emitteret: atque interim ipse inter collo quẽdum crebrò crepitum ventris edidit. Hoc pacto & seruauit pusillanimem, & discipulũ sibi parauit. *Pudor inutilis.*

17 Quendam delitijs, luxuique deditum ita per iocum admonuit: Nec pro lenticula semper augens patinam in seditionem nos conijcias: Sentiens è luxu cupedijsque plerunque nasci dissidia, Lenticula philosopho cibus, *Seditio.*

est. λοπὰς carnes habet, & in diuitum mensis circumfertur.

18 *Profusio.* Diuitum opes dicebat esse similes ficis arboribus in præruptis locis, è quibus, vt homines nihil caperent fructus, sed corui tantum ac miluij: ita ex illorum facultatibus tantum alerétur scorta & adulatores. Refert Plutarchus.

19 *Ornatus mulierum.* Mundum muliebrem dicebat esse, quod ornat fœminam, ornat autem id quod eam reddit compositiorem ac modestiorem: Verum id non præstat, inquit, neque smaragdus, neque purpura: sed quæcúque adderent vim, ac speciem honestatis, ac verecundiæ. Græcis κόσμος & mundum sonat, & ornamentum. κοσμεῖν ornare.

EPICTETVS.

1 *Fucus.* Eos qui barba & pallio, verbisque magnificis philosophos agebant, dicere solet esse philosophos ἄνευ τοῦ πράττειν χειτῆγόγειν, ideſt, factis procul, verbis tenus.

2 Idem conspiciens quendam impuris moribus, audacem, confidenti lingua, improbo tamen studio philosophiæ disciplinas contrectare, inclamabat Deum, atque hominum fidem his verbis increpans hominem: O homo vide, quò mittas, num purgatum sit vas. Nam si ad arrogantiam ista immiseris, interierint. Si computruerint, in vrinam aut in acetum, vertentur, aut si quid his deterius. Sensit eruditionem esse pernicioſam, si in animum incidit prauis affectibus corruptum.

3 *Breuiloquentia.* Idem philosophiæ summam duobus verbis comprehendere solitus est, ἀνέχου καὶ ἀπέχου, id est, sustine & abstine, quorum prius admonet, vt mala quæ incurrunt, æquo animo toleremus, posterius vt à voluptatibus tempe-

temperemus. Ita enim fiet, vt nec aduersus deijciamur, nec prosperis eorum pamur. Refert Gellius lib. 17 cap. 19.

METROCLES.

Libros suos exussit dicens: 4
Τάδ' ἐστὶ ὀπίσω τετρέφειν φαντάσματα. *Modestè.*
Sunt inferorum hæc somniorum imagines.
Sentiens esse nugas ac delitamenta quæ scripserat. 5 *Eruditio ludicra.*

Dicebat res alienas emi pecunia, vt domum vestemque, sed disciplinas liberales emi tempore. Requirunt. n diuturnum studio, quum pecunia data statim fias possessor fundi. *Mulier non nubenda.*

HIPPARCHIA METROCLIS SOROR.

Adamauit Cratetem, apud parentes minitans se sibi consciturum necem, ni philosopho nuberet. Ab hoc affectu quum nec parentum verbis, nec Cratetis adamati suasu reuocari posset, Crates surgens detracto pallio nudauit tergum gibbo deformatum: Ne quis circumueniatur, inquit, hic est sponsus, & proiecto baculo & pera: Hæc, inquit, dos est. Super his delibera: neque enim mihi coniunx esse poterit, nisi cui placeat idem institutum. Quum accepisset conditionem puella, mox substrato pallio cum illa congressus est parentibus adstantibus. Itaque consummatum est Cynicum matrimonium.

Theodorum impium cui cognomen erat 7 *Argutia muliebris.*
ἄθεος, huiusmodi sophismate constrinxit: Qui faciens Theodorus non diceretur iniuste agere, idem si faciat Hipparchia, non diceretur iniuste agere cum annuisset ille, subiecit, sed Theodorus seipsum percutiens non diceretur iniuste agere: nec igitur Hipparchia, si idem faceret. Ad id Theodorus nihil respon-

dit, sed sustulit illius pallium, vt enudaret pudenda. Quum illa nihil hac re turbaretur, obiecit ei versu iambico, quòd à muliebribus ad virile institutum defecisset.

Mulier edita. τίνα τὰς παρ' ἡμῖν ἐκλιπόσα κερκίδας.
Radios apud telas reliquit fœmina.

Quidam codices habebant τίνε. id est, cui: quidam τίνα. Legendum suspicor γύνη vt omisso articulo legamus γυνὴ παρ' ἡμῖν ἐκλιποῦσα κερκίδας: Cui illa, Num tibi videor male mihi consuluisse, quæ quod temporis impensura fueram telis, impendi disciplinis?

ZENO CITTIEVS.

Studium. 1 Dicitur consuluisse oraculũ, quo pacto posset vitam optimè instituere. Respondit Deus: εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς. id est, si concolor fieret mortuis. Ille sentiens se vocari ad lectionem veterum, contulit se ad philosophiam. Dicitur autem Zeno natura fuisse colore fusco. Studium, ac victus parsimonia, macies & pallorem conciliat homini.

Iactura se fix. 2 Negotiator purpuram vehens naufragium fecit iuxta Pyrræum, atque hac occasione sese contulit ad philosophiam. Itaque solitus est, dicere: Tum bene nauigaui, cum naufragium feci. Alij narrant eum, quum Athenis esset, audisseque merces periisse naufragio dixisse: Bene facis fortuna, quæ me ad philosophiam, alij, ad pallium appellis.

Integritas 3 Antigonus rex admirantibus quamobrem tanti faceret Zenonem, respondit, Quoniam cùm multa à me acceperit, nunquam tamen emollitus est. Eius mortem quum audisset, ingemuit dicens: Quale theatrum perdidi. Erat enim Zenon acerrimi iudicij, & ab assentando alienissimus.

4 In quendam circa formæ curã studiosiorẽ, quàm

quàm deceret virum, quum imbricem lente ac circunspectè transiret: Merito, inquit, suspectum habet lutum, in quo non potest respicere vt in speculo cernere. *Mollieres*

Cum Cynicus quispiam, dicens in lecytho suo nihil esse olei, peteret à Zenone, Zeno negauit se daturum: sed tamen abeuntem admonuit, expenderet vter ipsorum esset impudentior. Postulatoris impudentiam, impudenti negatione pensabat. 5 *Par pari.*

Ipse simul & Cleanthes assidebant Chæremonidæ, quumque sentiret affectum amoris, surrexit. Hoc admirante Cleanthe: Etiam à bonis, inquit, medicis audio, aduersus inflationes optimum esse remedium quietem: Subduxit se vir integerrimus imminenti periculo. 6 *Continẽtia*

Quidam in conuiuio accumbens Zenoni, eum qui sub ipso sedebat, pulsabat pede, Zeno vicissim pulsabat illius genua: & ad ipsum conuerso. Quid igitur putas hunc pati, qui infra te accumbit? Ita multi offenduntur quãuis leui incommodo, quum alios ipsi maioribus afficiant, nec sentiant. 7 *Admonitio ciuilis.*

Eleganter ac politè loquentium sermones aiebat esse similes pecuniæ Alexandrinæ, oculis blandienti, ac vndique scripturam habenti more numismatis, nihilo tamen esse meliorẽ. Rursus qui magis studerent vtilia dicere, quã nitida, similes esse dicebat tetradrachmis, temerè ac ruditer percussis, quæ sæpe picturatis illis nummis præponderarent. In nummo non spectatur elegantia sculpturę, sed pondus ac materia: ita non refert, quàm sit elegans oratio, sed quàm grauis & vtilis. 8 *Oratiogrãuis.*

Ad Aristonem discipulum multa temerè garrientẽ, quædam etiam præcipitanter, consenterque: Fieri, inquit, non potest, quin te 9 *Loquacitas.*

patet

pater ebrius proseminarit. Oderat futilem loquacitatem, ipse in dictis tũ breuis, tũ grauis.

10 *Admonito ad frugalitatem.* Quodam in conuiuio immoderatius vorante obsonia, neque quicquam aliis reliquum faciente: Zeno piscem ingentem qui apponebatur, è patina sustulit, quasi solus illum deuoraturus. Quum alter intuens Zenonem, significaret se mirari impudentiam: Quid, inquit, putas conuictoribus tuis accidere quotidie, si meam opsophagiam ferre non potes?

11 *Ad speculum.* Adolescentem curiosius quiddam, quàm pro ætate, scisciitantem, adduxit ad speculum, vtque se contemplaretur admonuit. Mox rogitauit, an videretur tali vultui conuenire, quæstiones eiusmodi proponere.

12 *Carpendi morbus.* Quendam dicentem sibi in multis displicere Antisthenem, abusus Sophoclis dicto, rogauit, nunquæ haberet Antisthenes, quæ placerent: ille respondit, se nescire. Hic Zeno: Et non te pudet, inquit, si quid ab Antisthene perperam dictum est excerpere ac meminisse: si quid rectè dictum, id ne animaduertere quidem, nec tenere?

13 *Pauci loquuti.* Ad quendam dicentem breues esse philosophorum sententias: Vera prædicas, inquit: oportet enim & syllabas illorum, si fieri possit, esse breues. Veritas multis verbis nõ eget, & rectius meminimus, quæ paucis verbis comprehensa sunt.

14 *Obtrectatio.* Quodam de Polemone narrante, quòd alia proponeret, alia loqueretur: Zeno contracta fronte, Quanta, inquit, mercede erat contentus? Subindicans, ni fallor, vt indiligentius differeret, discipulorum parsimoniam fuisse in causa.

15 Dicebat eos, qui differunt similes esse oportere tragœdiarum actoribus, quibus vox ama-

gna, bonaque latera debent esse, quum ipsi immodice non deducant, quod faciunt ij, qui plurima loquuntur, sed supra vires. Dum enim os diducunt, declarant se satagere verius, quàm agere. *Vox modesta.*

16 *Attentio.* Ijs quæ rectè dicerentur, negabat esse relinquendum locum, velut præclaris artificibus ad spectãdum. Contrà auditores dicebat adeò debere esse attentos ad ea, quæ differuntur, vt non vacet dare signum approbationis. Dum enim applauditur & acclamatur, perit aliquis audiendi fructus.

17 *Garrulitas* Adolescenti cuidam multa garrienti: Aures, inquit, tuæ in linguam defluxere: submouens adolescentis esse audire multa, loqui pauca

18 *Amor verus.* Alteri formoso dicenti, sibi non videri futurum, vt sapiens amaret: Nihil, inquit, esset vobis formosis infelicius. Quisquis enim docet, admonet, instituitque ad virtutem adolescentes, vtique amat. Atque is demum verus est amor. Nam qui vulgò dicuntur amare, suũ venantur commodum, cũ incõmodo adamati.

19 *Grauiter.* Dicebat plerosque philosophos in multis, ἀσόφους εἶναι, non sapere, sed in fortuitis, vulgaribusque rebus esse imperitos: Et adijciebat illud Scaphei, qui quum animaduerteret quẽdam è discipulis vehementer inflatum, percussio illo dixit: Bene, non est in magno, sed in bene, est magnum: οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ κεῖται, ἀλλὰ ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Magnum enim est, quicquid rectè fit: at non statim bonum est, quod magnum.

20 Adolescenti confidenter loquenti: Non dixerim, inquit, ò adolescens, quæ mihi succurrunt: Subnotans è sermonis procacia colligi & morum impudicitiam.

22 Aiebat hominibus nihil magis deesse, quã tem-

Temporis parsimonia

tempus longè dissentiens ab ijs, qui bonam vitæ partem perdunt somno, temulentia, nugis & alea, quasi multum temporis superfit homini. Interrogatus, quis esset amicus: Alter, inquit, ego.

Amicus.

21 Seruum in furto deprehensum cædi iussit: quumq; is se sic excusaret, vt diceret sibi fuisse in fatis, vt furaretur: & cædi, inquit, Seruus allegabat fatorum necessitatem ad excusationem commissi. Eam necessitatem retorsit & ad supplicium, quod ipsum etiam erat in fatis.

Saltè,

Gratior est pulchritudo orationi

24 Formam aiebat esse vocis florem: aut cõtrà, quemadmodum ab aliis refertur, vocem esse formæ florem. Nam loquentis orationem cõmendat forma, & rursus oratio compositã gratiam addit formæ.

Nota insaniæ.

25 Conspicatus cuiusdam è familiaribus puellum notis liuidum: Video, inquit, animi tui vestigia: notans illius impudicitiam. In Græcis plusculum est gratiæ, ἐν θυμῷ, & animum significet, & animi vehementem concitationem aut furorem: Erant autem, vt opinor, suauijs impressæ notæ.

Vnguenta.

26 In quendam vnguentis delibutum: Quis est hic, inquit, qui mulierem olet? Significans effœminatorum esse, vnguentis vti.

Liberè.

24 Dionysio cuidam dicenti, Quur me vnum omnium non corrigis; Non enim, inquit, tibi credo: subindicans sibi non esse spem, illum si corriperetur, fore meliorem.

Garrulitas

28 Adolescentem multa temerè garrientem hoc dicto corripuit: Ob id binas habemus aures, os vnicum, vt plurima audiamus, loquamur pauciſſima.

Taciturnitas.

29 Ptolemęi legatis qui multos eruditos ad conuiuium inuitarant, percontantibus, quid de ipso regi suo esset renunciaturi; ait, Vi-

disse vos senem, qui in conuiuio tacere nouerit. Quum enim cæteri ad ostentationem multa dixissent, vnus Zeno ppetuũ tenuit silẽtiũ.

Moderatio

Percontanti quo pacto esset affectus erga cõuitia, Perinde, inquit, atq; si legatus absque responso dimittatur: Significans eos qui non habent, quod respondeant, ad conuitia solere cõfugere, eaque non pluris oportere fieri quàm si nihil esset responsum. 30

Persuasio pro ui.

Quum Crates apprehenso Zenonis pallio eum à Stilponte retrahere niteretur: Commodissime, inquit, ò Crates philosophum autibus teneas. Nam si per vim egeris, corpus erit apud te, animus apud Stilpontem. 31

Discendi auiditas.

Vbi iam profecerat tamen modestiæ gratia commeabat ad Polemonem, apud quem & in dialecticis exercebatur. Vnde Polemon solitus est dicere, Non me clàm est Zeno, te per postieum irrepere, furariq́ue, dogmata, quibus phęnicum more indutus es. Notans illum furtim discere gratis, quæ alijs esset venditurus. 32

Quum dialecticus quidam in sermone, quẽ illi θερίζοντα, id est, metentem appellant ostẽdisset septem species dialecticas, rogauit, quantum poscceret mercedis: ac poscenti centum, dedit ducentos. Tantus erat amor discendi. 33

Correctio.

Celebratissimam Hesiodi sententiam solet inuertere. Quum enim ille primas tribuat ei, qui per se sapiat, secundas qui recte admonenti obtemperet, Zeno ordine inuerso sic pronunciabat.

Κρῖνος μεγὰ πανάριστος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται,

Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς βὐτὸς πάντα νοήσῃ id est,

Optimus ille quidem qui paret recta monenti:
Sed probus ille quoq́; est, qui nouerit omnia p se.

Ad

Addebat causam, ꝙ qui ex se nosset omnia, nihil haberet præter intelligentiam: at qui recte monenti pareret, præter intelligentiam haberet etiam effectum. Nam parere dicitur, qui quod didicit optimum esse facit.

35 *Hilaritas inconuiuio.* Rogatus quur quum esset natura seuerus, in conuiuio tamen hilaresceret, lepide respondit, Et lupinum quum sit suapte natura amarum, tamen aqua maceratum dulcescere. Naturale est cibo potuque rigato corpore, discuti tristitiam.

36 *Lingua lubrica.* Dicere solet, satius esse labi pedibus quam lingua eoque conuiuia quantum poterat, vitabat, quòd ibi, solutus vino, & aliorum fabulis prouocatus facilius labi posset.

37 *Addo pusillum pusillo.* Dicebat, τὸ εὖ γίνεσθαι παρὰ μικρὸν, οὐ μικρὸν εἶναι, id est, vt aliquid fiat bene, nasci quidem paulatim, sed tamen non esse paulò. Quamquam hoc quidam adscribût Socrati.

38 *Profusio.* Quibusdam sic excusantibus luxuriê suâ, vt dicerent se ex eo quod abûdaret facere sumptum, argutissimè respondit: Ignosceretis ne coquo, si quum obsonia plus æquo salsa daret, diceret sibi copiam esse salis? Sentiens victum non esse moderandum ex rerum copia, sed ex vsu ac necessitate naturæ.

CLEANTHES ASSIVS.

1 *Discendi cupiditas.* Antigono discipulo roganti, quur sordidam operam præstaret hauriendo aquam è puteo: vnde per iocum pro Cleanthe dictus est ὑδραυλαξ: ita respondit: Num haurio tantum, an non & fodio, & rigo hortum? denique nihil non facio philosophiæ causa. Alius negasset factum, philosophus auxit, quod obijciebatur, gloriæ sibi ducens, quod ille verteret probro.

2 Collectam pecuniolam aliquando proiecit coram familiaribus dicens, Cleanthes alterum Cleanthem alere posset, si vellet. *Industria.*

3 *Tolerantia.* Asinus appellatus agnouit conuicium, dicens se solum esse parem ferendæ Zenonis sarcinæ. Siue quòd Zenoni non multum esset supellectilis, siue quod vnus illius austeritate nihil offenderetur.

4 *Timiditas laudata.* Cuidam illi probri causa obijcienti, ꝙ esset timidus: Ideo, inquit, minimum pecco. Bona est timiditas, quæ deterret à turpibus, & reddit hominem circumspectum.

5 *Labor.* Suam vitam diutum vitæ solet hoc nomine præferre: Dum illi, inquit, pila ludunt, ego fodiens duram humum exerceo.

6 Interdum quum foderet, solet seipsum increpare. Id fortè admiratus Ariston. Quem, inquit, increpas? Tum Cleanthes ridens: Senê, inquit, qui canos quidem habet, sed mentem non habet, seipsum innuens.

7 *Libertas.* Cuidam reprehendenti Arcesilaum, quòd officia vitæ tolleret: Desine inquit, hominem vituperare. Nam ille licet dictis tollit officia, tamen factis commendat. Id audiens Arcesilaus: Non mouetur, inquit, adulatione. Hic Cleanthes: Scilicet, inquit, adulor tibi, dicens te aliud loqui, aliud facere. Cleanthes mitigauit dictum obtrectatoris, sed ita vt à crimine inconstantiæ non liberaret Arcesilaum: turpissimum enim est philosopho secus docere, quàm viuit. Si vita proba est, quur docet diuersa? Si doctrina sana est, quur eam secus viuendo refellit?

8 *Silentium.* Cuidam ab eo petenti dictum aliquod, quod crebro occineret filio suo, protulit illud ex Elestra, σίγα, σίγα λεπτὸν ἴχνος, id est, Tace, tace tenue vestigium. Innuens pueris ma-

xime

ximè conuenire silentium.

9 Quum audisset à Lacone quodam probari laborem, delectatus eo dicto subiecit hemistichium Homericum. *Labor.*

Αἵματος εἶς ἀγαθῆ φίλον τέκος. id est,
Sanguine praclaro satus es charissime fili.

10 Differens adolescenti cuidam, quem videbat parum attentum, rogauit, sentiretne: Illo affirmante se sentire, Quur igitur ego non sentio te sentire? Solent enim, qui intelligunt, oculis ac gestu, interdum & verbis significare se, quæ dicuntur intelligere. *Attentio.*

11 Sositheus poeta coram populo Cleanthem præsentem hoc carmine proscidit, οὓς κλεάνθης μωρία βασλαπτεῖ Id est, Quos Cleanthis stultitas agitat. Interpres vertit insania: vnde pro moria legisse videtur μανία. Nec tanto conuitio tactus, quicquam mutauit de vultu. Qua patientia delectati auditores, applaudentes philosopho, Sositheum eiecerunt. Quum Sositheus diceret se pœnitere, quòd illum aspersisset, respondit Cleanthes, absurdum fore, si quum poetæ frequenter illudant, Libero patri, & Herculi, nec illi succenseant, ipse ob leue conuitium indignaretur. De dijs enim multa probrosa scripsere poetæ, veluti quum Bacchum faciunt mollem, timidum, ac temulentum. Herculem faciunt seruientem Omphalæ, vsque ad sandalio commutigatum caput.

12 Peripateticis dicebat idem accidere, quod lyris, quæ quum alijs bene sonent, seipsas non audiunt: Sentiens, opinor, illos licet alijs verbis, idem docere, quod Stoicos, & tamen ipsos id non animaduertere. Potest & hic *Vitia à verbis dissentiens.*

hic accipi sensus: Peripateticos præclare docere, sed vitam à doctrina dissidere.

Ex sententia Zenonis, dicebat hominis mores è specie posse deprehendi. Id vt confutarent adolescentes aliquot faceti cinædum in agro durarum adduxerunt ad Cleantem, postulantes vt è specie de moribus pronuntiaret. Reperit manus callosas, & cutem solè adustã. Itaq; quũ aliquandiu siluisset, iussit hominem abire. Ille digressus sternutamento concessus est: Mox Cleanthes, Habeo, inquit, hominem: mollis est. Non enim facile sternutant, qui semper sub dio viuunt. 13 *Physiognomon.*

Conspiciens quendam solitarium ac secum loquentem: Haud, inquit loqueris cum homine malo. Quidam ita referunt. Vide, ne cum homine im probo loquaris. Malis enim periculosa est solitudo. 14 *Solitudo.*

Ad quendam contumeliæ causa obiicientem senectutem: Et ego, inquit, abire cupio, verùm vbi reputo me omni ex parte sanum, siue legendum est, siue scribendum, rursus maneo: Significans se quidem haud quaquam esse vitæ cupidum, verùm ob senectutem neminem debere è vita decedere, donec vires suppetunt ad vitæ munia. 15 *Senectus vegeta.*

Intumuerat illi gingiua, cui malo biduano ieiunio sic medicatus est, vt iam veluti sano medici omnia consueta permitterent. Sed ille perseuerauit abstinere, dicens, sibi iam esse confectum viæ principium. Itaque periit. 16

Sententiam hanc: Φίλοις τε δῦναι, σῶμα τ' εἰς νόσους πεσόν. 17 *Correctio.*

Καπάναισι σῶσαι. id est,
Largiri amicis, corpus in morbos cadens
Impendiis seruare: correxit hunc in modum,

Ξύρασις τὰ δ' ἔσται σῶμα. τ' εἰς νόσους πεσόν
Δαπάναις ὀπιρίψαι. id est,
Donare scortũ corpus in morbo cadens.
Impendijs conterere

Prior enim sententia tendebat ad molliciem, quam nudauit Cleanthes.

SPHÆRVS Bosphoranus Cleanthis discipulus.

11 Quum diceret opinionem non cadere in sapientem, rex Ptolemæus cupiens hoc paradoxon ipsa re confutare, curauit mala Punica veris simillima ex cera confecta apponi in conuiuio. Ad quæ quum Sphærus deceptus porrigeret manus, rex exclamauit illum falsæ speciei fuisse assensum. Ad id dextrè Sphærus: Non sic, inquit, assensus sum, vt crederem esse mala punica, sed probabile putarem esse mala punica. *Argutè.*

19 Reprehendenti Mnesistrato, quòd Ptolemæum non appellasset regem: Imò, inquit, quum talis sit, tamen regem esse fateor: indicans illum esse nomine regis indignum, sed tamen cognominis honorem illi non inuidere.

CHRYSIPPVS SOLENSIS.

1 De hoc dictum est, si dij vellent vti dialecti- *Dialectica.*
ca, non alia vsuros quàm Chrysippea.

2 In quodam opere toties citarat versus Eu- *Falsè.*
ripidis ex Medea, vt ibi tota fabula fuerit inspersa. Hunc librum quidam portans, & rogatus, quid ferret: Chrysippi, inquit, Medeam.

3 Erat illi statua, pro corporis modo tenuis *Locus ex nomine.*
ac pusilla, quam eques vicinus ferè occultabat: vnde Carneades per iocum dicere solet, eum non esse Chrysippum sed χρύσιππον. nam Chrysippus ab aureo equo dicitur Chrysippus à χρύσιππος, quasi dicas, ab equo occultatum.

Cuidam reprehendenti, quòd non apud Ar- 4 *Pauci boni*
stonem cum pluribus daret operam philosophiæ: Nunquàm, inquit, philosopharet, si cum pluribus auscultaret. Dictum lepidius est apud Græcos, quod πολλοὶ interdum sonat multi, interdum vulgus hominum. Sensit non statim esse optima, quæ placent cum plurimis.

Ad dialecticum quendam Cleanthi mul- 5 *Iuuenũ est*
tis ac prolixis sophismatibus obstrepentem: Desine, inquit, senem à magis ad rem pertinentibus auocare, sed nobis iunioribus ista proponito. *dialectica.*

In conuiuiis cætera quietus, tantùm ex 6 *Faceto.*
more agitabat crura. Vnde famula quæ illi inseruiebat, dicere solet, Chrysippi sola crura inebriari.

PYTHAGORAS.

Dicebat vitam humanam esse similem Pa- 7 *Philosophi*
negyri, hoc est, solenni hominum conuentui: ad quem alij conueniunt certaturi, alii *mũdi spe-*
negotiaturi, nonnulli spectatores modo futuri. Ac cæteros quidem omnes esse solicitos, solum spectatorem tranquillum frui celebritate: hunc spectatorem aiebat esse philosophũ, qui non ob aliud in hoc mundi theatrum prodisset, quàm vt naturas rerum, ac mores hominum contemplaretur. *ctator.*

Rogatus à quodam, quando esset congre- 8 *Venus.*
diendum cum fœmina: Cùm voles, inquit ipso fieri debilior. Multa Venus eneruat hominem.

Admonebat discipulos, vt quoties à negotiis 9
diuinis vespere domum ingrederentur, versiculum hunc apud se repeterent.

Πῶ παρέβη, τίδ' ἐρίξα τὶ μοι δέον ἐκ ἐπελέσθαι.

10 Aiebat in ciuitates primum irrepsisse deli-
Grauiter. cias, mox saturitatem, deinde violentiam, po-
11 stremo exitium.

Theario Pythagoræ vxor, rogata quando mulier esset munda à viro, respondit à suo semper, ab alieno nunquam.

EMPEDOCLES AGRIGENTINVS.

12 Quum videret ciues suos deliciis deditos,
Grauiter. sumptuosè tamen ædificare, dixit: Agrigentini sic indulgent voluptatibus, quasi postridie moriturí: sic ædificant, quasi semper victuri.

HERACLITVS EPHESIVS.

13 Dicebat iniuriam magis extinguendam
Initiis obstandum. quàm incendium. Ex leuissimis offensis, si negligantur, nascuntur atroces tragœdiæ. Sed ad restinguendum incendium accurrunt omnes, gliscenti verò simultati citius addunt irritamenta.

14 Dicebat ciues non minus oportere pugna-
Legum obseruatio. re pro legibus, quàm pro mœnibus. Quòd absque legibus nullo pacto possit esse ciuitas incolumis, absque mœnibus possit.

15 Rempublicam vt deplorată contempsit, eique dare
Liberè. leges quum rogaretur, recusauit. Secessit autem in templum Dianę, ibique cum pueris ludebat talis. circunstanti & admiranti populo: Perditi, inquit, an non præstat hoc agere, quam vobiscum rempubl. administrare.

16 Interrogatus aliquando, quur sileret: vt vos, inquit loquamini.

XENO-

XENOPHANES COLOPHONIVS.

Empedocle dicente, sapientem inueniri nō 17
posse. Et meritò, inquit. Nam sapientem esse *Salsè.*
oportet, qui agnoscat sapientem: notans illum qui hoc dicebat, suo vitio non inuenire sapientem.

Dicebat τοῖς τυράννοις ὁμιλεῖν, ἢ ἥδιστα ἢ 18
ἥκιστα, ideſt, cum tyrannis congrediendum, aut iucundissimè, aut minimè. Nihil est violentius autē tyranni, ait Satyricus. Apud bonos etiam principes admonendi libertas verbis placidioribus est temperanda. Id qui non potest, abstineat ab illorum congressu.

DEMOCRITVS MILESIVS.

Ignotus venit Athenas, & colloquio de philosophia cum Socrate habito dixit, Hic philo- 1
Multisophus similis est Pentathlo, quòd caleret naturalia, moralia, mathematica, ad hæc disciplinas quas ἐγκύκλιος vocant, denique omniū artium peritiam. *scius.*

Huius fertur & illud, λογὸς ἐργαστικὴ, ideſt, 2
Oratio operis est vmbra. Significans ex egregiis factis nasci laudes hominum eloquentiū, *Gloria ex benefactis.*
non contrà. Primam igitur oportet esse curā factorum, gloria consequitur vltrò.

Dicere solet: si corpus animum in ius vo- 3
caret, haud quaquam futurū vt ille muneris *Grauiter.*
male administrati crimen effugerem. Animus in corpore veluti præsidio collocatus est, & tamen pleraque mala corpori ab animo veniunt.

Quum arroderet cucumerem, sensit humo- 4
rem esse mellei saporis, rogauitque famu- *Studium.*
lam, vnde emisset: illa nominauit hortum. Surrexit Democritus: Et duc me, inquit, eò, ac locum indica. Demirante muliercula quid

sibi vellet: Vt, inquit, dulcedinis causam inueniam, inuenturus, si locum inspexero. Hic mulierecula ridens: Quiesce, inquit, ò bone. Nam ego imprudens cucumerem immiseram in ollam mellitã. At ille offensus: Molesta es, inquit. Ego tamen incumbã, quæramq; causam, quasi cucumeri peculiaris sit ac genuina dulcedo. Sit hoc exemplum studij inde fatigabilis.

ANTIPHO.

1 Dixit pretiosissimum impendium esse tempus, πολυτελέστατον ἀνάλωμα χρόνος. Citat Plutarchus in vita Antonij. Quanquam hoc dictum compluribus tribuitur. *Temporis parsimonia*

6 Quum apud Dionysium quæreretur, quod æris genus esset omnium optimum: Ex quo, inquit, Athenienses statuas fecerunt Harmodio & Aristogitoni: nimium liberè significans tyrannos è medio tollendos. Nam ob eiectos tyrannos Athenienses illi statuas erexerunt. Hoc ni me fallit memoria, alteri cuidam adscribitur. *Libertas immodica.*

ANAXARCHVS.

9 Anaxarchus Abderites inuisum habuit Nicocreontem Cypri tyrannum: itaque quum in cœna quadam Alexander rogasset, qualis illi videretur: Præclara, inquit, sed oportuit & satrapæ cuiusdam caput apponi, oculos detorquens in Nicocreontem, qui aderat. *Libertas immodica.*

8 Alexandro mortuo, quum Anaxarchus tempestate esset delatus in Cyprum, Nicocreon memor contumeliæ, philosophum arreptum in mortarium coniecit, ferreis pistillis contundi iussit. Hic illam vulgò celebratam vocem emisit: τύπτε τὸν ἀναξάρχου κακὸν ἀνάξαρχον δ' οὐ πλήπτεις, id est, tunde Anaxarchi manticã, nã Anaxarchũ non percutis. Sentiens corpus *Fortiter.*

corpus non esse partẽ hominis, sed animi domicilium tantùm. Animus aũt nõ pũtundi.

Quum videret ex Alexandri vulnere, quod 9
ictu sagittæ acceperat, manare sanguinem, dicit versu Homerico, πατὶ μὲν αἷμα καὶ ὠλίχωρ ἐκπίτνει μακάρεσσι θεοῖσι δεῖ. Hic quidem sanguis est, non ille liquor, qualis Diis solet ire beatis. Admonens regem suæ conditionis, qui pro deo affectabat haberi. Quanquam hoc quidem non ab Anaxarcho, sed ab ipso Alexandro dictum tradunt. *Liberè.*

In conuiuio quum Anaxarchus Alexandro 10
propinaret ostenso calice prædixit fore, vt vnus acciperet, abutens ad id versu Hometico: *Diuinatio.*

Βεβλῆσεταί τις θεῶν βροτησία χερί.
Ferietur aliquis mox deum humana manu.

ZENO ELEATES.

Zeno accusatus quòd coniurasset in perni- 11
ciem Nearchi tyranni, quum in quæstionibus iuberetur edere nomina coniuratorum nominauit plerosque illi amicissimos. De his quum tyrannus sumpsisset supplicium, rogaretque nunquis superesset etiam: Tu solus, inquit, reipu. pernicies. Tandem & linguam dentibus amputatam in os tyranni, quod ob iracundiam hiabat, expuit. *Fortiter.*

Quum maledictis lacessitus incandesceret, 12
reprehensus, q philosophus verbis improborum commoueretur. Si conuitia, inquit, æquo animo admisero, ne laudes quidem sentiam. *Ita sapientis.*

Lapidis est non sentire discrimen inter laudantem, & vituperantem. Sed philosophi est non ita commoueri, vt ab honesto recedat.

Quum ascenderet in theatrũ cithara canen 13
te Amœbeo, versus ad discipulos dixit: Eamus, vt pernoscamus, quã vocẽ, quemq; con- *Harmonia vitæ.*

centum edant, intestina, nerui, linguæ, & ossa, quibus adest ratio, numerus & ordo. Si in reb. 14 inanimis tantum valent illa, quantò plus vale
Somniorũ observatio. bunt, si in omni hominis vita seruentur?
Dicebat è suis quenque insomnijs deprehẽdere posse, quantum in philosophia profecisset: si nihil illic vel appeteret vel faceret nefariæ rei. Tum enim animus in profunda tranquillitate constituetur, veros affectus prodit. Contrà quę vigilantes non audent profari, aut agere, ea noctu occurrunt in somnis.

PYRRHO ELIENSIS.

15 Deprehensus aliqñ solus, ac secum loquẽs, rogatus qd solus ageret: Meditor, inqt, esse ꝓbus:
Solitudo. Sẽtiẽs ad id vtilẽ esse solitudinẽ inutilẽ turbã.
16 Quũ obiurganti sororẽ Philistã, qdã obiiceret, qꝺ oblitus esset suæ ꝓfessionis (docebat. n. oĩa esse indifferentia) sic elusit: Non. n. inquit. in muliercula declarabitur indifferentia.
17 Rursus quum canem inuadentem repulisset, idem obiicienti respondit, perdificile esse
Homo. prorsus hominem exuere. Maluit agnoscere lapsum humanum, quàm dogma rescindere.
18 In tempestate cõspiciẽs cæteros animo esse
Securitas philosophi-ca. deiectiores, quum ipse nihil moueretur ostendit procellũ ĩ uani securè edẽtẽ, dieẽs oportere sapientem eam animantis imitari securitatẽ.
19 Admirari solet illum Homeri versiculum
Vita fugax. præ cæteris,

Οἵη περ φύλλων γενεὴ τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.
Tale quidẽ genus est hominum, quale est foliorũ.

Quòd aliis defluentibus alii succedant: Sẽtiẽs ĩ rebus humanis nihil eẽ diuturnũ aut stabile.

TIMON NICEVS.

20 Gaudebat hortorum successibus ac solitudi-
Capere fugiendo. ne Vñ Hieronimus Peripateticus de illo dixisse fert: Quẽadmodũ apud Scythas & qꝺ fugiũt, & qui

& qꝺ insequunt, torquẽt sagittas: itidẽ ĩter philosophos, alios persequendo discipulos capere, alios fugiendo. Sequit̃ fama fugiẽtem, & ob id ipsum auidius expetitur, qui scholam vitat. 21

Gum vidisset Arcesilaum inter assentato- *Libertas.*
res euntem: Quid tu, inquit venisti huc, vbi su- 22
mus nos, qui liberi sumus? *Facetè.*

In quẽdã oĩa mirantem ita lusit: qu'n & illud miraris, qꝺ quum tres simus, quatuor hamus oculos? Timon n. luscus erat, vnde & Cyclops dictus est, & discipulum habebat luscum Dioscoridem. Meminit huius & Socrates alicubi apud platonem. 23

XENOPHON.

Vtilitas ex inimicis.

Dicebat esse prudentis cordatiq; viri, ẽt ab inimicis vtilitatẽ capere. Vulgatum est, neque solẽ, neque aquã, neq; ignẽ magis vtilẽ esse hominibus, q̃ amicos: Sed ingenii philosophici est, quemadmodum periti medici ex bestijs ac serpentibus noxijs vtilia quædam remedia colligunt: ita ex inimicorum odio decerpere aliquid quod vertat in suum bonum. 24

Dicebat tñ maxime colendos esse deos, quũ *Diuorum cultus.*
homini res sunt secundæ, vt quũ inciderit ne
cessitas, confidẽter illos imploremus, vtpote bñ volos iam & amicos. Rectè Xenophon, sed vulgus hominum cõtrà facit: in felicitate profunda est Diuorũ obliuio: quum vrget calamitas, tum demum ad illos confugimus.

STRATO PHISICVS. 25

Virtutis vsus.

Quibusdam obiicientibus qꝺ Menedemus plures haberet auditores q̃ ipse: quid mirum, inquit, si plures reperiunt̃, qui lauari cupiunt, q̃ vngi? Vnguntur qui se parãt certamini. Subdicauit Menedemi philosophiã esse dilutam ac facilè inueniri, q audiant de virtute dissentem; perpaucos autem, qui virtutem exer-

exerceant. Nam huc prouocabat Strato.

PHOCION DVX ATHENIEN.

26 Hunc quum pro concione dicentem, quidam petulantissimè maledicus interpellaret, nullis conuitijs in illum debacchans, omisit quod cœperat, locumque dedit maledico. Posteaquàm ille vix dicendi fecisset finem, Phocion reuersus in suggestum placito vultu, perinde quasi nihil esset dictum, cœptam orationem prosequutus est. De pedestribus, inquit, copiis audistis, superest, vt de velitibus, ac leuis armaturæ militem dicam. *Moderate.*

27 Quum adhuc floreret Leosthenes, intetrogatus ab oratoribus, quid ipse boni fecisset reipub. Nihil aliud, inquit, nisi quòd donec ego vobis fui dux, nulli dicta est oratio funebris, sed omnes vita defuncti in maiorum monumentis sepulti sunt. Alij iactabant cruentas victorias, Phocion existimabat egregij ducis esse, sic administrare rem militarem, vt nulli aut quàm paucissimi ciues pereant. Mos autem erat Athenis, eos qui in acie cecidissent, apud populum laudare, ac cenotaphia erigere.

APOPHTHEGMATVM LIBER VIII.

PRAEFATIO.

NVnc à philosophis ad sophistas, hoc est, quod dici solet ἀπὸ ἵππων ἐπὶ ὄνους transeamus: quod genus hominum miror in delitijs fuisse, non vulgò tantum, sed summis etiam principibus, quum nec essent germani poetæ, nec γνήσιοι rhetores, nec syncери philosophi, sed tamen horum omnium simij, tantùm ad captandam auram populare, ac linguæ modulatu deliniendas otiosæ multitudinis aures compositi, si paucos tamen excipias. Vnde mirum quàm horum dicta frigeant præ philosophicis aut etiam poeticis, vt interdum parasiti & meretrices dicere videantur argutiora. Sed hic liber habet præterea variam dictorum satyram, in quibus fortasse reperies iuxta poetam epigrammaticum, quædam bona, quædam mediocria, sed mala plura. Verùm vt molestus est conuiuator, qui præter modum laudat ea, quæ apponit: ita ciuilitatis est parcius extenuare apparatum: eò quòd & qui laudat, & qui deijcit immodice, diuersa quidem via, sed tamen pari studio venari gratiam videatur. Sit igitur hoc lectoris iudicium. Nos simpliciter τὰ πάρ ἡμῶν apponemus.

LEO

LEO BYZANTIVS SOPHISTA.

Venit Athenas populo dissidiis tumultuanti concordiam suasurus Vbi prodisset in sug-
1 gestum, corpore admodum pusillo, omnium risus obortus est. Ille fortuitam occasionem vertens in procœmium: Quid, inquit, ò viri Athenienses, si conspiceretis vxorem meam, quæ tam pusilla est, vt vix pertingat ad genua mea? Ad hanc vocem quum maior etiã populi risus sublatus esset, subiecit: At nos tam pusillos, si quando dissidemus, vix ciuitas Bizantium capere. potest Ita ferme Plutarchus in præceptis politicis. Sed eandem fabulam multò aliter narrat Philostratus in Sophistis: Nempe quum prodiisset ad populum dicturus de concordia, ipsa statim specie risum mouit populo, quod obesus esset, ac ventre prægrandi, At ille nihil turbatus risu multitudinis: Quid inquit, ridetis viri Athenienses; Vxor mihi est me multò obesior, & tamen concordes vnus capit lectulus, discordes ne tota quidem domus. Quod refert Philostratus, & probabilius est, & festiuius.

Solerter.

2 Quum Philippus adornaret bellum aduersus Byzantios, Leo adiit illum percontans hunc in modum: Quid, inquit, accidit tibi Philippe, vt bellum instituas? Vt, inquit, tua patria ciuitatum pulcherrima huc adducatur, vt intelligat se à me diligi, eoque ad fores amasiorum meorum venio. Ad hæc Leo, At qui redamari cupiunt, haud quaquam cum gladiis venire solent ad fores amasiorum. Amantes enim non egent bellicis instrumentis, sed ciuilibus. Hoc dicto in diuersum flexo regis animo patriam suam liberauit. Ita Philostratus.

Admonitio commoda.

3 Pasiadi obiicienti lippitudinem oculorum; Corpo-

Corpotis, inquit, vitium exprobras, haud videns filium tuum. Nemesim humeris baiulãtem. Erat enim Pasiadi filius contractis humeris. Nemesim autem dixit iredargutionẽ insolentiæ, quam veteres fingebant esse Deam. Imprudenter in alterum torquet conuitium, si in promptu sit, quod ipsi vicissim obijciatur.

Conuitiũ retortum.

ION SOPHISTA.

Dicebat rem morosam esse ægrotationem, Nam ægrotis & vxor molesta est, & medicum incusant, & lectulum molestè ferunt. Ex amicis autem & qui accidit grauis est, & qui discedit molestus. Sic animus ægrotus & lætis, & tristibus offenditur. 4

Animus ægrotus.

PROTAGORAS

Abderita ἄθεος

Dicebat de dijs nihil certo sciri, sint, an non sint. Ob id libri illius in foro exusti sunt, quòd docerent impietatem: ne quis arbitretur noui exempli rem esse, quòd nunc exuruntur libri hæreticorum. 5 6

Impiẽ.

Euathi discipuli dilemma quomodo apud iudices in ipsum retorserit, notius est, quàm vt sit hoc loco commemorandum.

THEODORVS ATHENIENSIS

cognomento ἄθεος. 7

Obijcientibus quòd doctrina ipsius multi redderentur deteriores, respondit id aliorum vitio accidere. qui doctrinam ipsius sinistra ex parte acciperent, quum ipse dextra porrigeret. Refert Plutarc. lib. de animi tranquillitate.

Interpretatio sinistra.

FAVORINVS.

In Fauorinum sophistam hæc tria iactata sunt, vt miranda vixque credenda: Quum Gallus esset, fore Græcè: quum Eunuchus accusatum fuisse de adulterio: postremo quòd cum imperatore simultatem gerens, vicerit. 8

Prodigiosa.

Huius

9 Huius æream statuam deiecerant Athenienses, vt hominis Cæsari inimicissimi. Erant n. Athenienses vectigales Adriano Cæsari. Id posteaquàm ei nunciatum est, nihil commotus, dixit, Vtilius erat Socrati ab Athenien-sibus ærea priuari statua, quàm bibere cicutã. Contempsit statuæ iacturam, vitæ incolumi.

Honor detractus.

ÆSCHINES.

10 Æschines quum Rhodi exul recitaret oratio nem suam aduersus Demosthenem, Rhodij de mirati sunt, quòd tali oratione fuisset damnatus ab Athenien-sibus. At defineretis, inquit Æschines, admirati, si audissetis, quæ ad hæc respondit Demosthenes. Mira ciuilitate & se exemit à crimine, & iudices excusauit, damnationis iniustæ causam reiciens in violentiam, eloquentiæ Demosthenicæ. Ita ferme Philostratus. Dein quum recitatã Demosthenis orationem omnes supra modum admirarentur: Quid, inquit, si ipsam bestiam audissetis sua verba resonantem? Sentiens in Demosthene magnam Demosthenis partem abesse, si quæ scripsit ab alio recitarentur.

Ciuiliter.

NICETES.

11 Nicetes Smyrnæus sophista Telonæ cuidam in iudicio vehementius incandescent, dicentique, Desine latrare in me: admodum salsè respondit, Si tu desinas mordere. Nam vtrúque canum est.

Salsè.

ISÆVSSOPHISTA.

Isæus sophista Assyrius quum primum ætatem dicasset voluptatibus, simul vt ad virilem peruenit, velut alius subitò factus, miram induit morum seueritatem. Itaque percontanti cuidam, num illa fœminã ostendés, videretur formosa, πίπαυμαι, inquit, ὀφθαλμιῶν, id est, desij laborare ab oculis. Ab altero

12

Pudicè.

tero quopiam interrogatus, quis piscis, aut q̃ auis esset ad vescendum suauissima πίπαυμα inquit, ταῦτα πυδάζων, id est, ista curare desii. Et adiecit, ξαυθὰ γὰρ τοὺς ταντάλειά πως τρυγῶν, id est, sentit enim me è Tantali hortis fructus colligere: Subindicans omnes eiusmodi voluptates, quibus iuuétus capitur, nihil aliud esse, quam vmbras ac somnia, qualia de Tantalo fabulantur poetæ.

Sobriè.

Lacedæmoniis perielitantibus, ac de ciuitate mœnibus cingenda consultantibus, Homericum carmen recitauit: 13

Concordia.

Ἀσπὶς ἀμφὶς ἔρεισε, κόρυς κόρυν, ἀνὴρα δ' ἀνήρ. id est,

Scutum hæsit scuto, galeæ galea, atque viro vir.

Et adiecit, Sic mihi state Lacædemonij, & muris cincti sumus.

Pythonis proditoris accusationem tribus dictis absoluit: Coarguam Pythonem, inquit proditionis, oraculo à Deo reddito, populo qui vinxit, Philippo qui dimisit. Græca sunt lepidiora. ἐλέγξω τὸν θώνα προδεδακότα τῷ χρήσαντι θεῷ, τῷ δόσαντι δήμῳ, τῷ ἀναζεύξαντι φιλίππῳ. Neque enim Deus pronuntiasset oraculo, nisi talis esset: neque populus vixisset, nisi talis fuisset: neque res abiisset, nisi eum cuius gratia venerat, non reperisset; aut rex è castris illum non dimisisset. 14

Breuiloquium.

SCOPELIANVS.

Scopelianus eos qui conuitiis agerent existimantes sese hoc pacto declarare animi magnitudinem, aniculas appellare solet non tantum ebrias, sed & rabidas. 15

Conuitia anicularũ.

Polemoni obijcienti quòd inter dicendum pulsaret tympanum: Tympanizo, inquit, sed Aiacis clypeo: haud inficians se in agendis. 16

Vehementia in dicẽdo.

dis causis interdum vti verbis ac figuris vehementioribus, at non inani strepitu, sed ad causæ patrocinium accommodis.

DIONYSIVS SOPHISTA.

17 Dionysius sophista familiaribus dicere consueuit, , mel summo digito, non caua manu gustandum esse: Sentiens voluptates quâ parcissimè admittendas.

POLEMON SOPHISTA.

Antonius Imperator absente Polemone occuparat domum illius, velut omnium apud
18 Smyrneos pulcherrimam. At Polemon noctu reuersus è peregrinatione, pro foribus clamauit, se indigna pati qui proprijs ædibus arceretur. Cognouit Imperator, ac cessit. Post vbi Romam venit Polemon, imperator ciuiliter illi exprobrans quod acciderat: Date, inquit, Polemoni diuersorium, nec quisquam illum eiiciat. Mox histrio quidam tragœdiarum, ex Olympiis Asiæ, cui erat præfectus Polemon, appellauit Antonium Cæsarem aduersus Polemonem, quòd protinus initio fabulæ ab illo fuisset eiectus è scena. Percontatus est Cæsar, quo tempore fuisset eiectus: cumque is respondisset, circiter meridiem: admodum vrbanè respondit, At me quidem eiecit circa medium noctis, nec tamen appellauit iudicem.

19 Quum laboraret morbo articulari, Pergami in templo obdormiit, huic apparuit Æsculapius, iubens vt a frigido potu abstineret: ad quem Polemon: O præclare, inquit, quid autem si bouem curares? Subindicans tandiu assuetum duris frustra vocari ad delitias.

20 Proconsul torquebat prædonem quendam: quumque dubitaret quod supplicij genus ei

set de illo sumpturus, superueniens fortè fortuna Polemon iube, inquit, illum adiscere veterum scripta. Ipse quidem Polemon multa ediderat, sed in exercitatione nihil ducebat laboriosius ac molestius quàm ediscere, eoque Fabius iubet hoc tædium protinus à pueris deuorari.

Occurrens sophistæ cuidam, intestina, mænides pisces & alia quædam Vilia portanti ob 21 *Cibus.*
sania: O vir egregie, inquit, non potest Darij & Xerxis animum rectè actione exprimere. q talibus vtitur cibis.

Timocrati philosopho apud Polemonem 22
dicenti Fauorinum esse loquacem. Et omnis, inquit, anus Notans in Fauorino corporis habitum, quòd esset eunuchus. Visus est excusare vitium, sed re vera conduplicauit. *Salè.*

Histrionem tragœdiarum qui in Olympiis: 23
ò Iupiter, pronuntiarat, ostensa terra: ò terra, manu in cælum proiecta: submouit à præmiis (præsidebat enim ei certamini) dicens, Hic manu commisit solœcismum. *Gestus.*

Quum articuli morbo lapidescerent, medi- 24
cos admonuit, vt effoderent, inciderentque Polemonis lapidicinas. Dicebatque, Comedendū est, manus non habeo: ambulandum est, pedes non habeo: dolendum est, & manus habeo, & pedes. *Iocus in morbū proprium.*

Curarat, vt viuus inferretur sepulchro, ac 25
familiaribus quibus datum erat negotium occludendi monumentum: Obde, inquit, obde, ne me Sol cernat tacentem. *Industria.*

SECVNDVS SOPHISTA.

Tale declamationis argumentum erat pro- 26
positum: Qui seditionem mouerit, moriatur: qui sedauerit, præmium ferat. Qui dam & mouerat, & sedauit: petit præmium *Argutè*

Hanc quæstionem paucis absoluit. Quod est prius? mouisse, quod posterius? sedasse. Itaque prius da pœnas motæ seditionis, ac deinde si potes, accipe premium recte factorum.

GORGIAS SOPHISTA.

27 *Friolæ q̃stiones.* Gorgiæ sophistæ palàm exhibenti sese ad respondendum, quod cuique libuisset proponere: Xenophon non ille Socraticus, sed alius quidam, inuidens, adiit illum, atque hanc proposuit quæstionem: Dic mihi Gorgia, quâ obrem fabæ ventrem inflent, quum ignem non inflent. Ad quem placidè Gorgias: Isthuc quidem tibi dispiciendum relinquo: cæterum illud iam olim cognitum habeo, terram aduersus istiusmodi homines ꝓducere ferulas.

28 *Poetis fallacia bona.* Dicebat tragœdiam esse deceptionem, qua qui alterum decepisset, iustior esset eo, qui nõ decepisset; & qui deceptus esset, sapientior foret eo, qui non esset deceptus. Fallit enim tragœdia tractans argumenta conficta, sed adeò scitè, vt vera credantur. Iustior autem ille videtur qui fallendo prodest: & sapientior est, qui per fictas fabulas discit, quid sit turpe, quid sit honestum. Refert Plutarchus de poetis audiendis:

HERODES SOPHISTA.

29 *Nobilitas in talis.* Herodes in accusatorem, qui de causa paucà de generis sui clatitate multa iactarat: Tu, inquit, nobilitatem habes in talis. Romani siquidem nobilitatis signum gerebant in calceis. Id erat eburnum additamentum tali speciem. Ita Plinius notat quosdam, qui nihil habebant nobilitatis præter imagines. Rursus quum aduersarius gloriaretur, quòd in vnã quandam Italiæ ciuitatem multa beneficia contulisset: Idem ego, inquit, de me prædicare possem, si in vniuersa terra causam dicerem: Signi

ficans se de innumeris ciuitatibus fuisse præclarè meritum.

Vxoris Regillæ mortem luxit impotentius, adeò vt picturas & ornamenta domus coloribus atraret, velis pullis tegeret, ac lapide Lesbio obscuraret, omnia. Nam is funestus ac niger est. Quodam igitur die quum Lucius, qui frustra conatus fuerat Herodi persuadere, vt lugeret moderatius, pueros videret in fonte ædibus vicino lauantes rhaphanides, rogabat cui pararetur ea cœna, qui responderunt, Herodi. Tum Lucius: Iniuriam facit Regillæ, qui albis radiculis vescatur in atradomo. Id vbi renunciatum est Herodi, amouit ab ædibus funestam speciem, ne apud probos vitos traduceretur. 30 *Luctus immodicus.*

Idem Lucius quum Romam venisset obuiã factus Imperatori Marco, percontatus est illũ quo iret, & cuius rei gratia. cui Imperator, Honestum est & seni discere, eo ad Sextum philosophum, vt discam, quæ nondum scio. Hic Lucius sublatis in cælum manibus, O Iuppiter, inquit, iam senex tabellam gestans puerorum more commeat in ludum, quum noster rex Alexander xxxii. ann. natus vita defunctus sit. Hic citius probarim Cæsaris & studium, & moderationem, q̃ Lucii libertatem. 31 *Liberè.*

Dolorem ex prioris filiæ Panathenaidis obitu conceptum vtcumque lenierant Atheniẽses, intra vrbem eam sepelientes, & obitus diem ceu funestum ex anno sustollentes. Cæterùm quum Elpinicem alteram filiam exanimem indecore lugeret, proiectus humi ac vociferans, Quas inferias tibi faciam filia, quid tecum sepeliam? superuenies Sextus philosophus: Maximum, inquit, munus dederis filiæ, si moderatè lugeas. 32 *Luctus.*

33 *Sumptus inanes.* Viginti pueris ob virtutem compluribus in iocis statuas posuerat. Hac de re quum accusaretur à Quintilio Græciæ præfectis, quòd superuacaneis impendiis indulgeret: Quid, inquit, vobis incommodi est, si ego ludo de saxis meis;

34 *Liberè.* Videns Quintilios Troianos quidem esse, cæterum à Cæsare plurimi fieri, dixit: ego etiam Iouem Homericum odi, quòd Troianis fuit amicus. Nimium liberè profitens sibi molestũ esse, quòd imperator tantum honoris haberet Quintiliis.

36 *Maledicẽtia.* Proteo Cynico sine fine ipsum conuitiis incessente: Consenuimus, inquit, ambo, tu quidem malè loquens, ego male audiens. Sensit immedicabile malum esse, cui ille tandiu assueuerat, & se moderatius ferre quod iam nouum non esset.

36 *Modestè.* Athenienſibus sic admirantibus hominis eloquentiam, vt diceret illum esse de numero decem oratorum, nihil elatus est hac laude, quæ videbatur maxima, Tantum respondit: Certe Andocide sum melior Is, vt opinor, fuit sophista quisp am notæ vulgaris.

ANTIOCVS SOPHISTA.

37 *Iracundia* Antiochus sophista quum malè vulgo audiret, veluti formidolosus, quòd nec proditet in concionem, nec reipub niunia capesseret: Non vos, inquit, metu, sed meipsum agnoscens bilem suam vehementiorẽ, quàm vt cohiberi posset. Sensit idem Plato: qui sunt iracundioris ingenii, ad disciplinas quidem esse idoneos, ad gerendam rempub. non item.

38 ALEXANDER SOPHISTA.

Improbitas. Alexander sophista legatione fungens pro Seleuca apud Antonium primum, videnſque illum minus attentum, clariore voce dixit,

Ausculta

Ausculta me: Cæsar autem acerbitate confidétiaque vocis exasperatus: Auscultо, inquit, intelligoque te. Tu enim es ille, qui colis comiam, qui dentes candidas, qui pollis vngues, qui semper oles vnguentum.

HERMOGENES. 39

Sermo incompositus Antiochus hoc dicto taxauit Hermogenem, vt diceret illum inter pueros esse senem, inter senes puerum: siue ob valetudinem ante tempus imbecillem, siue ob dictionis genus neglectius. Alii per iocum dicebant illius verba, plane iuxta Homerum esse πατρόεντα, & ea veluti pennas abiiceret.

PHILAGER. 40

Iracundia. Rogatus quamobrem non delectaretur educandis pueris: Quoniam, inquit, nec me ipse delector. Agnoscebat naturæ suæ vitium. Erat enim iracundus & morosus, eoque nec appositus ad teneram ætatem instituendam: quum hodie stulti parentes nullis libentius committant liberos suos, quàm huiusmodi truculentis & asperis.

ADRIANVS SOPHISTA. 41

Imitatio. Adrianus sophista in conuiuio sophistarum ad quos adhibitus erat tanquam egregii cuiusp iam arcani consors futurus, quum sermo fuisset ortus, de characteribus dictionis, & in quo quisque præcelleret. & quid in quoque potissimum imitandum esset: At ego, inquit, descripta characteres, haud quaquam recensens incisiunculas, intellectulos, membra, aut rhythmos, sed me ipsum mihi imitandum proponens, omniumque inuenta ex tempore proferens fluxu quodam orationis, ac linguæ permittam hæc omnia. Quid de hoc Adriani dicto iudicandum existiment, viderint Critici. Illud scio, Horatium non

temerè exclamasse, O imitatores seruum pecus. & hodie videmus quosdam qui se totos addixerunt exprimendo Ciceroni, frigidos & clumbes euadere. Quod si quos delectat illud orationis genus leue & γλαφυρὸν, equidem nec obsto cuiquam, nec inuideo. At ipse malim Epicteti rudem & indolatam phrasim, sed naturalem, quàm Isocratis omni flosculorum genere picturatam. Huius Adriani dictionem Herodes sophista solet appellare κολοσσῶ μεγάλα παράγματα, ideſt, Colossi magna fragmenta, simul in iuuene notans orationem nondum satis compositam, simul laudans & vocis & animi magnitudinem.

Colossi fragmenta.

42 *Facetè.* Quidam è familiaribus miserat illi pisces in disco argenteo, picturato auro: at ille delectatus vasculo non remisit, tantum ei qui miserat, respondit: Bene facis, quòd etiam pisces: quasi discus esset dono missus, pisces tantùm nouitatis gratia additi. Quidam autem dicunt id ioco factum, vt castigaret discipuli vitium, qui sordidior esse dicebatur. Nam eo admonito discum reddidit. Quum essem apud Coloniam Agrippinam, senatus honoris gratia misit vinum in cantharis testaceis, nec eos repeti mos est. Id admiratus, rogaui causam. Responsum est, olim vinum solere mitti cantharis argenteis. Hoc honoris quum esset habitum cuidam ex eorum numero, qui magnam nobilitatis partem existimant rapto viuere: postridie manè profectus est cum argenteis cantharis. Re comperta misit ad illum senatus, qui cantharos reposceret: At ille: Vltro, inquit, dono dedistis, & ego gratias egi. Hac causa admoniti mutarunt consuetudinem.

PAV-

PAVSANIAS CAPPADOX.

43 *Salsè.* Quoniam more suæ gentis crassa lingua sonabat, confundens consonantes, breues producens, productas corripiens, vulgò dictus est coquus, qui preciosa obsonia malè condiret.

PROCLVS.

44 *Argutè.* Proclus Naueratites filium habebat intemperantem, gallis gallinaceis, conturnicibus, catellis, & equis alendis indulgétem: quem pater adeo non increpabat: vt vnà cum illo potius venaretur. Quo nomine quum ab amicis obiurgaretur: Citius, inquit, definet, cum senibus colludens, quàm cum æqualibus.

ANTIPATER.

45 *Lepidè.* Antipater Hierapolites quum ducturus esset Seueri Cæsaris filiam, forma parum felici, & familiarium quispiam interrogaret, quando laturus esset τὰ ἀναλυπτήρια, sic appellabantur munera, quæ sponsæ amici deferebant sponso tertio die, quo sponsa debebat exhiberi spectanda: Hermocrates lepidissimè respondit, ἐγκαλυπτήρια μὲν ἔστοι. ἀντὴν λαβὼν, ideſt, Encalypteria potius, quum talem ducat. ἀνακαλύπτω, est retego, ἐγκαλύπτω tego. Quod deforme est tegi magis oportet, quàm retegi.

HERACLIDES SOPHISTA.

46 *Industria.* Scripserat libellum cui titulum indiderat πόνε ἐγκώμιον, i. laboris laudatio. Eum quum Ptolemæus sophista fortè obuius videret habentem præ manibus, rogabat, quid moliretur. Quum ille respondisset πόνε ἐγκώμιον. Ptolemæus accepto codice, deleuit π & adiecit: tempus est vt legas titulũ encomii, reperitque scriptũ ὄνε ἐγκώμιον Ptolemæus huc alluſit', & si labor mereretur laudẽ, eadem opera laudandus esset asinus animal labori natum.

HIPPODROMVS SOPHISTA.

Iudicium incorruptum.

4 Hippodromus sophista Clementi tragœdiarum actori longè præstantissimo, quum apud Amphictyones optimè re gesta negata esset victoria, quòd Byzatiũ à Romanis obsideretur, quod Bizantius esset, atque id temporis prosiliens clamauit, Valeant applaudentes, ac perperam de re iudicantes: Ego, inquit, Clemẽti victoriam decerno. Quũ alter histrio appellasset Cæsarẽ, obtinuit Hippodromi suffragiũ.

Modestè.

48

Quodam tempore quum illi vehementer à Græcis applauderetur, multaque magnifica ac clamarentur, in quibus illum æquabant Polemoni, Homerico versu respondit, τί μ' ἀθανάτοισιν ἐίσκεις ideſt, quid me immortalibus æquas? Simul & candidi hominis laudem auferens, qui Polemonẽ tam præclaro testimonio ornarit; & modestiæ, qui laudem inuidio sam repulerit.

Homerus.

Quodam tragœdiam appellante sophistarum matrem, correxit dictum: Ego, inquit, dico Homerũ esse patrem. Siue quòd nimia sit tragicorum grandiloquentia; siue quòd fons tragœdiarum sit Homerus Pulchrius autem ex ipso hautire fonte.

50

Homerum appellare solet vocem sophistarum, Archilochũ spiritũ: q, ille suppeditet verba splendida, hic acrimoniam & vehemẽtiã.

QVIRINVS SOPHISTA.

51

Admonitio retorta.

Quum ab asianis reprehenderetur, quòd in accusando mitior ac lenior esset, quam ipsi docerent: Multo, inquit, satius est, vt vos meã accipiatis lenitatem, quàm ego vestram crudelitatem. Tumebant Asiani rhetores, & immodicis delectabantur.

51

Fortiter

Amicis ipsum de morte filij consolantibus: Quando, inquit, potius apparebo vir quàm nunc?

nunc? Sentiens dolorem quidem esse acerbũ, sed hoc fortitudinis laudem fore splẽdidiorẽ. *Fortiter*

PHILISCVS.

Pronũcia tio.

Philiscus illaudatus rhetor, quum causam ageret pulchre vestitus, sed tumultu irruens in tribunalia, voce semimuliebri, lingua supina, quouis potius spectans, quàm ad ea quæ agebãtur: auersatus dicentem Imperator, studuit illi os occludere, totaque actione aquam intercipiebat, breues subinde percontatiuncu las obiiciens. Ad quas quum parum appositè responderet Philiscus: Virum, inquit Imperator arguit cæsaries, rhetorem vox. Græca plusculum habent leporis: τὸν μὲν ἄνδρα δείκνυσιν ἡ κόμη τὸν δὲ ῥήτορα φωνὴ notans illum, quòd attonsa cæsaries dec araret virũ, sed oratio non declararet esse rethorẽ, sed fœminam potius.

53

CASSIVS SEVERVS.

Modestè loqui.

In aduocatione quadam, quum M. Pomponius Marcellus Latini sermonis molestissimus exactor, solœcismum ab aduersario factum arguere perseueraret, interpellatis iudicibus, dilationem petiit, vt litigator suus alium Grãmaticum adhiberet, quòd diceret sibi cum aduersario non de iure, sed de solœcismo contro uersiam futuram.

1

M. POMPON. MARCEL.

Liberè.

Quum ex oratine Tiberii Cæsaris quiddam reprehendisset, contrà affirmante Atteio Capitone id esse Latinum, & si non esset, futurum certè: Iam inde, inquit, mentitur Capito. Tu enim Cæsar ciuitatem dare potes hominibus, verbis non potes. Editio Aldina corruptè legit, verba non potes. Hominibus datur ciuitas, qui recipiuntur in ius ciuium. Verbis datur ciuitas, quæ recipiuntur

2

in

in consuetudinem sermonis Romani. Quem admodum multæ voces, non Græcæ tantùm, sed & Britannicæ, & Gallicæ, & Persicæ ciuitate Romana donatæ sunt. Id Puplicus vsus potest, & Cæsar non potest.

REMNIVS PALEMON.

Salsè. 3 Is flagrabat libidinibus vsque ad infamiã oris: vnde quédam in turba osculum ingeren tem, quum refugiens deuitare non posset, dicto non infaceto repulit: Vis tu, inquit, magister quoties festinantem aliquem vides, obligurire?

EPICVRVS ATHENIENSIS.

Amicorũ cõmunia. 4 Improbat institutum Pythagoræ, qui quũ doceret amicorum communia esse omnia, iubebat, vt discipuli, quod quisque habebat: deponerent in commune, dicens, id esse diffidentium veriùs, quàm amicorum. Et enim si quis verè sit amicus, nihilo minus habeo pro meis, quæ ille possidet, quàm si deposuisset. Porrò qui diffidit, aut non est ipse verus amicus, aut de alterius animo dubitat.

CTESIBIVS.

Benignitas. 5 Arcesilaus quum inuiseret Ctesibium ægro tantem, sensissetque hominem egere, clàm crumenam pecuniis plenã subiecit ceruicali, quã vt reperit Ctesibius, ait Ἀρκεσιλάου τοῦτο παίγνιον, Idest, Arcesilai hic ludus.

EVRIPIDES.

Ducũ prudentia. 6 Celebratur illud Euripidis dictum; Vnicum cõsilium rectum magnam militum manum vincere, Quo prudenter admonuit non perinde referre, quàm numerosum educas exercitum, sed quàm cordati sint exercitus duces. In bello si quidem longe plus habet momenti prudentia, solertiaque, quàm vires consilij expertes.

idem

Idem cuidam opprobranti graueolentiam oris, multa nimirum, inquit in illo occulta computruerunt: Significans se posse continere arcana. Soleat autem in occulto congestæ cõputrescere. 7 *Silẽtium.*

DIONYSODORVS TIBICEN. 8

Gloriari solet quòd nemo pulsus suos audisset, neque in triremi, neque ad fontem quemadmodum Ismeniæ: Sentiens se nunquam captasse plausus solidorum & imperitorum, sed sat habuisse probaripaucis eruditis. Ita Lertius in Cratete. *Laus à laudatis.*

TRATIAS.

Colax Bianti stupido sic adulatus est: Plus bibisti, quàm rex Alexander. Quod in Alexandro turpissimum erat, illi laudi tribuit. Neque enim statim laude dignum est, quòd fit à principibus. 9 *Adulatio.*

ALEXANDER MAGNVS.

Quum inuitaretur, vt Darij filias, quas habebat captiuas, inuiseret (prædicabãtur enim puellæ admirabili esse forma) noluit ire, dicẽs sibi non cõmittendum, vt quum viros vicisset, à mulieribus vinceretur. 10 *Continentia.*

DVELLIVS.

Duellius qui primus Romæ è nauali pugna triumphum obtinuit, iam senex, tremuloq; corpore, in iurgio quodã audiuit exprobrari sibi graueolentiam oris: rediit domum tristis, & expostulauit cum Bilia vxore quam virginem duxerat: quur huius vitii nunquam admonuisset, quò licuisset mederi. Admonuissem, inquit illa, nisi putassem omnibus viris ad eundem modum olere animam. Et hoc apophthegma superius alteri tributum retulimus. Si Bilia verè sensit, quod dixit, argumentum est insignis pudicitiæ: sin finxit, 11 *Pudicitia coniugalis.*

xit, magna est ciuilitas erga maritum, magna item tolerantia, quæ tandiu pertulerit hoc incommodum absque fastidio.

QVIDAM.

12 *Facete.* Quidam iratus agasoni volebat eum percutere, quumque is clamaret, Atheniēsis sum ad asinum versus: At tu, inquit, Athenienſis non es: eique multas plagas inflixit. Meminit Plutarchus in libello De cohibenda iracundia.

PROMETHEVS.

13 *Vsus rectus.* Quum ignem è cœlis in terras deportasset eumque primum visum Satyrus complecti vellet & exosculari: Heus, inquit, ni caues hirce, profecto dolebit tibi mentum: Admonens etiam, quę natura pulcherrima sunt, maximeque necessaria, tamen fieri pernicioſa, ni si rectè vtaris.

BOS.

14 *Auxilia mutua.* Bos sub onere deficiens, rogauit camelum conseruum, vt se oneris parte recepta subleuaret: cui recusanti, Imò, inquit, & meipsum, & hæc omnia portabis. Idque factum est mox tuo boue: Ita Plutarchus in libro de tuenda bona valetudine.

PORCIA MINOR.

15 *Pudicitia.* Quum laudaretur apud eam mulier quædam, vt bene morata, quæ tamen iterarat matrimonium: Felix, inquit, ac pudica matrona non nubit nisi semel, Non passa est illam inter bene moratas numerari, quæ citra necessitatem adsciscceret alterum virum. Nam multas huc cogit egestas. Porrò coitus gratia nubere, non est verè pudicarum. Eoque dixit, felix, excusans necessitatem.

ANNIA.

16 Propinquis admonentibus, vt alteri nuberet

ret: esse enim illi & ætatem integram, & faciem bonam, quorum alterum spem faceret prolis, alterum promitteret amorem mutuū: Nequaquam, inquit, hoc faciam: si enim bonum virum nacta fuero, nolo timere, ne perdam, sin malum, quid necesse est, post optimum perpeti pessimum? *Pudice.*

MARTIA, Catonis filia minor.

17 *Nuptiæ dotis causa.* Rogata, quur à morte mariti nollet iterum nubere, Quoniam, inquit, non inuenio virum, qui me magis velit, quàm mea. Non probauit coniugium, quod non conciliaret amor mutuus. Quæ ducitur dotis causa, conductum habet concubinum verius, quàm coniugem.

18 *Pudice.* Eadem quum diutius lugeret maritum, rogata quem esset habitura diem luctus vlumū, respondit, Quem & vitæ. Sic illa Ethnica, magno sanè cum dedecore plurimarum Christianarum, quæ viro nondū elato iam nupserūt.

VALERIA.

19 *Pudicitia.* Valeria Messalarū soror, rogata, quur amisso Seruio viro, nulli vellet nubere: Quoniam, inquit, mihi semper viuit maritus Seruius.

PYTHIAS.

20 *Pudor liberalis.* Pythias Aristotelis filia rogata, quis esset color pulcherrimus, Is, inquit, quem in ingenuis gignit pudor. Agnoscas vel ex hoc dicto philosophi filiam. Sed ent autem fœminæ aliis coloribus aliæ delectari.

21 *Luctus.* Philosophus quidam priscus, sed ἀνώνυμος huiusmodi sermone Arsinoes reginæ luctum cōpescuit: Quum Iupiter, inquit, inter dæmones rerum faceret partitionem, luctus nō aderat, sed distributione iam peracta venit. Huic igitur quum Iupiter aliquid honoris tribuere vellet, nec esset, quod daret, quippe iam consumptis omnibus, tandem affigua-

gnauit illi honorem, qui mortuis impenditur, veluti lachrymas & mœrores. Quemadmodum igitur, inquit, cæteri demones bene volunt iis, à quibus colūntur, itidem & luctus. Quòd si fuerit abs te contemptus o mulier, haud quaquàm venturus est ad te. Contra si diligenter abs te colatur honoribus illi designatis à Ioue, mœroribus ac lamentis, diliget te, semperque tibi suppeditabit aliquid eā rum rerum, quibus abs te perpetuò possit honorari. Refert Plutarchus in consolatione ad Apollonium.

DEMOSTH. MITYLÆVS.

22 Pulsauit fores hominis musicæ ac citharæ deditiquumque is audito pulsu iussisset il lum introire, Faciam, inquit, si prius alligaris citharam. Subornans illum nihil aliud, quam cithara canere. Refert Plutarchus Symphosia con libro secundo.

Studium immodicū.

ATTILIVS.

23 Dixit satius esse ociosum esse, quàm nihil agere. Refert Plinius iunior ad Minutium Fundanum, Satius est enim, inquit, vt Attilius noster eruditissimè simul & facetissimè dixit, ociosum esse, quàm nihil agere. Quamquàm hoc dictum adscribitur Catoni seniori. Ociosus est, qui vacat ab externis actionibus: nihil agit, qui negociis infrugiferis, nihil ad beatè viuendum conferentibus occupat. Quèadmodum qui moliuntur, nec satis succedit, quod agunt, satagere dicuntur: ita nihil agūt qui frustraneis actionibus tumultuantur. Plinius.n. putat eos, qui militaribus negotiis distrahuntur, nihil agere: contrà qui se philoso-

Nihil agere.

24 phiæ dedunt, ociosos esse.

Profectus.

Dicere solet, sic adolescentes in foro auspicari à causis centumuiralibus, vt pueri solent

solent in scholis ab Homero: Quod vtrumque sit maximum, quum oporteat paulatim per gradus ad id, quod summum est peruenire. Meminit Plinius ad Maximum.

PLINIVS MAIOR.

Dicebat nullum esse librum tam malum, *15.*
qui non aliqua parte prodesset. Verum dixit *Lectionis*
de his, qui notant ex quibuscunque libris, si *vtilitas.*
quid ineſt frugiferum, excerpere.

Idem quum recitatorem quiddam perpe- *16*
tam pronunciantem amicorum quispiā reuo *Temporis*
casset, & vt repeteret, coegisset: Quid, inquit, *parsimo-*
an intellexeris? quum ille annuisset: Quur *nia.*
ergo, inquit, reuocabas? Decem amplius versus ista tua interpellatione perdidimus. Tanta erat parsimonia temporis.

Idem nepotem suum ambulantem vidēs, *17*
obiurgauit. Poteras, inquit, has horas non *Temp. par-*
perdere. Nam qui lectica vehebantur, aut te- *simonia.*
citantem audiebant, aut si libuisset, aliquid etiam enorbant, aut dictabant aliquid, quorum nihil licet ambulanti.

PASSIENVS PAVLVS.

Passienus Paulus eques Romanus, sed du- *18*
biæ sanitatis, quum recitans elegias suas sic *Ridicule.*
auspicaretur: Prisce iubes: Priscus Iabolenus, qui tum aderat: Ego verò, inquit, non iubeo. Protinus ingens omnium risus coortus est. Fingunt.n. poetæ suo arbitrio quicquid libet. At Priscus non tulit poeticam fictionem.

THRASEA.

Referente Plinio Iuniore, dicere solet: Qui *19*
vitia odit, homines adit: Sentiens nullum es- *Homo.*
se hominem, qui non multis vitiis sit obnoxius, licet aliis alii labotent. Ac sæpe numero accidit, vt qui alios insectantur, ipsi grauioribus madeant vitiis.

VIR-

VIRGINIVS.

30 Cluuius historiographus sic affatus est Virginium, cuius res gestas attigerat: Scis Virgini quę fides historię debeatur. Proinde si quid in historiis meis aliter legis ac velles, rogo ignoscas. Ad hæc Virginius; Tu ò Cluui, tu ne ignoras, ideo me feciſſe, quod feci, vt eſſet liberum vobis ſcribere, quæ libuiſſet? Vox excelſi animi teſtis, & rectę factorum conſcientia contenti. *Animosè.*

FRONTINVS.

31 Vetuit ſibi extrui monumentum his verbis: Impenſa monumenti ſuperuacanea eſt, memoria noſtri durabit, ſi vita meruimus. Excelſi animi eſt, quum præclara geſſeris, gloriã contemnere. *Animosè.*

ARCHITAS.

32 Architas quum in agro comperiſſet quoſdã è famulis admiſiſſe quiddam, ſentiens ſe commotiorem in illos, nihil quidem tum fecit, tãtum abiens dixit, For.unati, inquit, eſtis quòd iraſcor vobis. *Moderatè.*

AVFIDIVS MODESTVS.

33 Quintum in morbo ſibi dicentem manus eſſè frigidas, hoc ſcommate taxauit, Atqui calidas, inquit, è prouincia extuliſti: notans eum, quòd proconſul adminiſtrans prouinciam, multa furatus eſſet. Meminit Plutarchus in Sympoſiacis lib. ſecundo. *Salsè.*

QVIDAM.

34 Quidam imperatorem incuſauit, quòd illius inſidiis, & ocio & ſomno fuiſſet priuatus, videlicet quòd illius benignitate è paupere factus eſſet diues. Refertur eodem loco. *Iocosè.*

QVIDAM.

35 Quidam Antigoni amicus, quum ab eo petiiſſet talentum, nec accepiſſet, poſtu-

lauit ab eo deductores, ac corporis cuſtodes. Rogatus quam ob rem: Ne, inquit, inſidiis impetat, affingens ſe talentum humeris ferre. *Liberè.*

ARISTARCVS, THEODECTÆ PATER.

Dicere ſolitus eſt: Olim vixerant ſeptem ſapientes, nunc haud facilè totidem inuenias idiotas: Notans ſophiſtarum turbam, qui ſe ſapientibus iactabant, vt vix ſupereſſet, qui ſiteretur. indoctum. 36 *Salsè.*

SELEVCVS REX.

Subinde dicere ſolet, ſi multi ſcirent, quantum ſit negocij, tantùmmodo tot epiſtolas ſeribere ac legere, nec humi proiectum diadema ratollerent. 37 *Regum cu*

CANVS TIBICEN.

Dicebat homines ignorare, quantò plus ipſe canens voluptatis caperet, quàm alij, alioqui auditores non darent mercedem, ſed acciperent. Virtus iucunda eſt eam exercentibus, vnde mirum eſt quoſdam ad id mercede vel le conduci, vt bene viuant, quam ipſa virtus abunde magnum ſui ſit præmium. 38 *Facetè.*

LAMPIS NEGOTIATOR.

Interrogat⁹ quomodo ſibi paraſſet diuitias: Magnas, inquit, haud difficulter: exiguas verò cum labore, ac tardè: Sentiens initio paulatim magnaque vigilantia corraſam pecuniam. Cęterùm parata iam ingenti ſorte, facile eſt amplis lucris diteſcere. Primùm autoritas, ac fama tardè paulatimque, nec ſine negotio paratur. At qui iam innotuit, facilè magnam aſſequitur laudem. Meminit Plutarchus in libello, an ſeni ſit capeſſenda reſpub. 39 *Argutè.*

ISMENIAS.

40 Facetè. Ismenias tibicen canebat in sacrificio, quũ que non litaretur, is quis conductus fuerat, ar reptis tibiis, canebat ridiculè, & hoc canente li teratum est. Incusantibus autem iis, qui ade rant, Diuinitus, inquit, contingit venustè cane re. Hic Ismenias ridens: At me, inquit, canente dii voluptate capti commorabantur, te verò festinante illos abigere, arripuerunt hostiam. Refert Plutarchus Symposiacon lib. 2. Conductitius ille sibi laudem arrogabat, quod ipso canente litatum sit quasi dii magis delectati sint ipsius cantu, quàm Ismenię. Id lepidissimè retorsit Ismenias: ideo non fuisse litatum, q dii gaudentes erudita musica, diutius amarẽt adesse sacrificio. At quum ille tam ridiculè ca neret, quasi studeret deos abigere, ne vacui re cederent, arripuerunt victimam.

PAVSON PICTOR.

Pausón pictor receperat à quodam equum
41 pingendum specie volutantem se se, & pinxit
Correctio. currentem. Indignante eo qui conduxerat, Pausón ridens: Inuerte, inquit, tabulam, eo fa cto iam non currere, sed volutari videbitur. Ita quædam errata quæ videntur maxima, minimo negotio corriguntur, si quis com modè interpretetur. Refert Plutarchus in li bello, quur Pythia vates desijsset carmine red dere oracula.

Serbidius Scæuola vir tum iuris pruden-
42 tia tum Mar. Antonini Imperatoris amicitia
Industria. celebris, dicere solitus est, Ius ciuile vigilanti bus scriptum esse, non dormitantibus: Sen tiens iuris prudentiam non sine summo stu dio percipi: quemadmodum Aristoteles sic edidit libros naturalium, vt non essent edi-

ti, nisi viua vox doctoris accederet. Refertur lib. Pandectarum 42. titu. quæ in fraud. cred. l. pupillus Verùm, vt Scæuola meritò requirit studium ac vigilantiam à Iurisprudentiæ can didatis: ita nemo non improbabat sententiã Iodoci qui Mechlinienśi senatui præsedit. Nus quam enim non magna contentione tuebatur, neminem posse vel vnius legis intelligen tiam consequi, qui quicquam sciret in bonis literis. Et quum in conuiuio quodam mecũ disputans incaluisset, addebat vix esse treis in orbe, qui leges Cæsareas intelligerent. Aderat huic conuiuio Ioannes Syluagius, Caroli tum regis Cancellarius, Georgius ab Haloino, Bla sius iureconsultus, & alij nonnulli. Fatebatur tamen Bartolum leges ad plenum intelle xisse, quum constet illum tot locis hallu cinatum esse.

PAPINIANVS.

Bassianus Antoninus Imperator magna la- 45
borabat inuidia: quòd fratrem occidendum *Libertas*
curasset. Eoque Æmilio Papiniano prætorii *noxia.*
præfecto, ob eximiam Iuris prudentiam sum mæ apud Romanos authoritatis, negotium de derat, vt hoc facinus apud senatum defende ret. At is respondit, multò facilius parrici dium perpetrari, quàm defendi. Ob hanc li beram vocem Bassianus occidit virum im mortalitate dignum. Fui olim cum quodam Iureconsulto, in aulicis negotijs diu multum que versato, q dicebat sibi nihil esse grauius, quam quòd interdum palàm iniqua animo reclamante cogeretur exequi; nec id satis, co geretur excogitare fucos quibus, quod erat ini quum, videretur æquum. Sed hæc ipsi princi pes interdum non intelligunt, aliquoties ne sciunt quidem.

45 *Virtus præstanda, nēdum.*

Prætorijs viris ab Imperatore Adriano petentibus, vt sibi de iure respondere liceret, rescripsit, hoc munus non peti solere. sed præstari. Quare accingerentur, si qui sibi fiderent, & populo sui specimen darent. Nam Augustus quò maior esset iurisperitorum autoritas, constituerat, vt qui respondere vellent, id ex autoritate Cæsaris facerent, quum antea liberum fuisset respondendi munus subire quicunque sui fiduciam haberent.

45 *Industria.*

Saluius Iulianus tum eximia iuris cognitione, tum multorum principum amicitia clarus, solitus dicere: Et si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere vellem. Refertur Pandectar. libr. 40. titul. de fideicommissis. l. apud Iulianum. Hæc sententia optimo iure placuit laudatissimis viris. Sed hodie passim audimus has voces: Iam adultus sum, serum est discere. Imò hoc turpius est nescire, quæ cognitu digna sunt, quod adultus es.

46 *Virtus sibi præmiū est*

Quum post cladem acceptam ad Persas quidam ab Arcadia transfugissent, auxilia pollicentes, producti fuat in conspectum Xerxis. Ibi Persis percontantibus quid agerent Græci, responderunt eos celebrare Olympia, ac gymnastica, equestriaque certamina spectare. Rursus percontantibus, quod esset certaminis præmium, responderunt coronam oleaginam. Hic Tritantechines Artabani filius, versus ad exercitus præfectum, Papæ, inquit, Mardoni, in cuiusmodi viros nos incitasti ad pugnandum, qui non pecuniarum gratia certamina agitant, sed virtutis ac laudis. Ea vox tum visa est timida, vt sæpenumero prudentia habentur pro ignauia. Refert Herodotus

rodotus in Vrania.

47 *Præpostera.*

Quum Xerxi nunciatum esset, quàm fortiter, quamque etiam feliciter Artemisia rem gessisset in pugna nauali, dixisse fertur, sibi fœminas fuisse viros, contrà viros fuisse fœminas, quòd parum dextrè se gessissent. Refert Herodotus libr 8.

48 *Nugæ sub tilitas.*

Aristo Chius diceret solet, dialecticorum argutias similes esse telis aranearum, quòd plurimum haberent artificij, minimum vtilitatis. Nam his cum cæteris Cynicis putabat logicen ac physicen à philosophia submouendam, solam ethicen diligenter exercendam. Huius sententiæ princeps fuit Socrates.

49 *Salsè.*

Diogenes conuitiis lacessitus à quodam de crimine proditionis infami: Gaudeo, inquit, me tibi factum inimicum, quando tu non, hostes, sed amicos lædere soles.

50 *Salsè.*

Idem à caluo quodam maledictis aspersus: Ego quidem, inquit, tibi nullam facio iniuriam, quin potius laudo capillos tuos, quil malam caluariem effugierint: subnotans illum non iudicio, sed cerebri vitio maledicum esse.

51

Antigonus rex quum renunciatum esset, filium Alcyoneum in acie cecidisse, demisso vultu paulisper apud se cogitauit, mox erupit in hanc vocem, O Alcyonee, serius quàm oportuit vitam morte commutasti, qui tam audacter in hostes insilieris, neque tuæ salutis, neq; mearum monitorum vllam habens rationē, putauit non esse deflendum, qui sua culpa periisset, sibique calamitatem accersisset. Refertur à Plutarcho.

52 *Facetè.*

Lacon quidam gymnasiarchum ligna ἄκα τις exhibentem facetissimo ioco incusauit,

dicens, quòd per eum ne lachrymas quidem illic effundere daretur. Fumus enim excutit lachrymas oculis. Acapna ligna inde dicta sunt quòd fumo careant.

53 *Facetè.* Alius quendam quotidie conuiuantem, plagiarium ac tyrannum appellauit, per quē tot annis nunquàm vidisset mensam suam. Ioci lepos est in fictione. Plagiarium apellauit, qđ liberalitate sua homines sibi redderet obnoxios: tyrannum, quòd per illum non liceret cuiquam domi suę viuere.

54 *Nulli fidendum.* Quidam ambientes amicitiæ fœdus inire cum Lacone, volebant se quocunque vellet vinculo astringere, quò certius esset, amicitiam fore synceram. Quibus ille, Vna est, inquit, de amicitia certitudo, si etiam volentes lędere nō possent. Nam reliquę omnes prorsus infirmæ sunt. Conuenit cum illo Chilonis, Sic habendum amicum, vt cogites illum posse fieri inimicum.

55 *Grauiter.* Socrati tribuitur & illud, nec à mortuo petendum colloquium, nec ab auaro beneficium. Nam mortui aut non respondent, aut lædunt: ita auarus aut non dat, quod rogatur, aut infeliciter cedit accipienti, quod datur animo inimico.

56 *Diues indoctus.* Idem conspiciens prædiuitem quendam, sed indoctum: Ecce, inquit, aureum mancipium. Indoctus seruus est & cupiditatum, & eorum quæ possidet.

57 *Profusio.* Conspiciens quendam quibuslibet, citraque delectum elargientem. Malè, inquit pereas, qui ex Gratijs quum sint virgines, facias scorta.

58 *Vita inanis.* Aiebat sibi videri, quòd dij semper riderēt spectantes inanes hominum curas: quorum quum omnia sint exigui temporis ac momenti, tamen non pari cura tractantur. Sic enim tumultuantur homines, quasi & magna sint & perpetua, quæ hic geruntur.

Interrogatus, quare non scriberet libros? Quoniam, inquit, chartę ijs, qui scripturi sunt, pluris essent emendæ. Socrates nihil scripsit in vita, iudicans librorum copiam officere stultorum sapientiæ. 50 *Librorum multitudo*

TRAIANVS.

Traianus Impera initio procuratores habebat rapaces, qui prouinciales calumnijs expilabant. Quorum vnus fertur, vnumquemq; diuitum sic conuenire solitus, Quid habes? Vnde habes? Hæc vbi didicerat, addebat tertium, Pone, quod habes. Sed admonitus à Pompeia Plotina vxore, cohibuit eiusmodi vexationes prouinciarum, addens vocem optimo iure laudatam. Fiscum est lienem, qđ eo crescente, reliqui artus contabescant. 1 *Fiscus liē.*

Sensit optimus princeps iniquum esse, sic explere fiscum vnius, vt nihil habeant subditi, præsertim quum boni principis sit, quicquid habet populus.

Diogenes Cynicus interrogatus de quodam adolescente qualis videretur, Arcadem esse respondit. Siue significans illum esse stupido ingenio, siue vt eruditi quidam malunt, mollem & pathicum, quòd Arcades ferantur glandib. victitare: teste epigrammate. 2 *Salsè.*

Πολλοὶ ἐν ἀρκαδίᾳ βαλανοφάγοι ἄνδρες ἔασιν.

Glans autem apud Latinos interdum obscęnam habet significationem.

Scipio super cœnam interrogatus, quem egregium Imperatorem habituta esse respub. si quid ipsi humanitus accidisset: Vel hunc, 3 *Indoles.*

inquit: Matium intuens, iam tum in illo perspiciens ingenium maximis rebus natum. Refert Eutropius lib 5.

Liberè. 3 Quum Syllana crudelitas magna licentia sæuiret in capita ciuium: nam occisi feruntur supra nouem milia, percussoribus liberè per vrbem vagantibus, ac cæteris metu attonitis. Qu. Catulus palàm ausus est dicere Syllæ, Cum quibus tandem victuri sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? Eutropius.

C. Caligula frequenter exclamare soler, Vti-

Vox tyrannica. 5 nam vniuersus populus Romanus vnicam cervicem haberet. Talia portenta tulit olim mundus pro monarchis Eutropius.

Traianus Cæsar solitus est dicere, principes

De generatio. 6 omnes multum abesse à Neronis quinquennio. Nam Domitius Nero primis annis quinque summa cum laude gessit imperium prius, quam ad Caligulæ auunculi sui crudelitatem appelleret animum.

Sergius Galba in grauissimis bellis seueriss-

Disciplina militaris. 7 ma disciplina habuit milites suos, adeò vt simul atque venisset in castra, protinus vulgaretur ille Trochaicus.

Discе miles militare, Galba est, non Getulicus.

Otho Saluius cùm videret aut deponendũ

Pietas in rempub. 8 imperium, aut magna ciuium strage tuendũ, statuerat sponte mori: & amicis ac militibus hortantibus, ne tam citò de belli euentu desperaret, negauit sibi suam vitam esse tanti, vt hac de causa bellum ciuile nasceretur. Quis non miretur hũc animum, in principe Ethnico, eoque XXXVIII annos nato?

Nerua Cocceius in cœna, cui assidebat Veiento,

iento, qui sub Domitiano consularem dig- *Liberè.*
nitatem fuerat adeptus, sed multos clàm apud illum detulerat, quum orta Catuli mentione, qui calumniator insignis fuerat, diceret, quidnam faceret Catulus, si Domitiano superuixisset: Iunius Mauricus respondit, Nobiscum, inquit, cœnaret. Satis liberè submonens imperatorem, quòd Veientonem haberet familiarem, simillimum Catulo, quem vt calumniatorem execrabatur.

Optimo iure laudib. vehitur illa uox Traia- 10
ni, qui amicis incusantibus, quòd parum me- *Comitas in*
mor imperatoriæ maiestatis, nimium esset om- *principe.*
nibus expositus: respondit: Talem præstabo imperatorem priuatis, qualem optarem ipse priuatus.

Flauius Vespasianus, quum admoneretur 11
ab amicis, vt caueret à Metio Pompositano, *Beneficen-*
quòd de hoc rumor increbuerat, fore vt ali- *tia conci-*
quando regnaret; non solùm sibi non me- *liat ami-*
tuit, ab illo, sed & consulem fecit. Id admi- *cos.*
rantibus amicis: Erit, inquit, olim memor tanti beneficij.

Titus Vespasianus, quum à duobus clariss- 12
imi ordinis esset in ipsum coniuratum, ac fa- *Constanter*
cinus, eò processisset, vt iam inficiari non possent, deduxit illos in spectaculum, atque inter illos medius consedit: ac petitis de industria mirmillonum gladiis, velut exploraturus aciem, vnum vni, & alterum alteri commisit, tanquam prouocans ad id quod moliebantur illis autem perculsis, & animi præsentiam admirantibus: Videtis ne, inquit, principatum fato, dari, frustraque tentari facinus, potiundi spe, vel amittendi metu?

Idem fratrem Domitianum insidias molientẽ, nõ est vltus, sed his verbis admonuit:

Quid

Clementer. Quid opus te parricidio petere, quod me volé te obuenturum est, imò quod iam habes imperij particeps? Haud temerè in Christiano reperias tantum mansuetudinis.

14 *Crudeliter* Iulius Maximinus proditione militum interfectus est vnà cum filio Diadumeno etiamnum puero: quo tempore conclamatum est à militibus, Ex pessimo genere, ne catulum quidem esse relinquendum. Alluisse videntur ad Græcam parœmiam, υἱὸς ὃς πατέρα πτίνας, παιδας καταπίπτει

15 *Princeps charus.* Constantinus Chlorus, amicis admonentibus, quòd in augendo fisco videretur indiligentior, respondit publicas opes rectius à priuatis haberi, quàm intra vnum claustrum reseruari. Bonus princeps qui magis à suis diligitur, quàm timetur, habet, quicquid ciues possident.

16 *Famulitiũ superfluũ.* Iulianus Imperator, eunuchos, coquos, tonsores, eiecit è palatio. Rogatus quam ob causam: negauit sibi esse opus eunuchis, quũ vxor decessisset: nec opus esse coquis, q, simplicissimis cibis vesceretur. De tonsoribus, dixit, vnum multis sufficere.

17 *Liberè.* Valentinianus nondum imperator templum Fortunæ ingrediens cum Iuliano, hinc atque hinc stantibus ædituis, qui aquam introeuntibus aspergerent: vbi vidit in chlamyde purpurea guttam aquæ, pugno percussit ędituum: Hoc, inquit, non est purificare, sed inquinare. Nam illi tales aspersiunculas appellabãt purificationes.

18 *Clementer.* Theodosius Iunior tam admirabili fuit ingenij lenitate, vt quum ab amicis rogaretur, quamobrem neminem eorum à quibus lædebatur, supplicio capitis afficeret, Vtinam, inquit, mihi liceret & mortuos ad vitam reuocare.

uocare. Ad priuatas iniurias oportet principẽ esse facilem ad ignoscendum, in ijs, quæ lędunt rempub. decet esse seuerum.

19 *Clementer.* Idem quum in amphitheatro Constantinopoleos sederet spectator, populus damnatum efflagitans clamaret, Crudeli bestiæ artifex obiectus pugnet: compescuit immitem turbæ vocem dicens. Nescitis, inquit, quòd nos consueuimus clementer spectare: innuens vbicunque adest princeps, illic oportere omnia mitius geri.

20 *Constantia* Xanthippe de Socrate marito prædicare solet, quòd semper vidisset illum eodem vultu reuertentem domum, quo exierat. Argumentum verè constantis animi, quum alij domo egressi si quid accidit triste, redeant turbidi: si quid læti, gestientes.

21 *Modestè.* Pythagoras postea quàm venerat Philiuntem, & cum Leonte Phliasiorum principe doctè & copiosè quædam disseruisset, Leon ingenium & eloquentiam hominis admiratus quæsiuit ex eo, qua maximè arte confideret. Cui Pythagoras respondit: se nullam quidem artem scire, sed esse philosophum, id est, sapientiæ studiosum. Huius verecundia, sapientis cognomen arrogans, quo se prius venditarant σοφοὶ vertit in titulum modestię.

22 *Fortiter.* Antipater Cyrenaicus, mulier culis quibusdam cœcitatem ipsius deplorantibus, Quid agitis, inquit, an vobis nulla videtur voluptas nocturna? Nocte omnes cœci sumus, nec tamen lamentamur. Habet animus, quo se delectet, etiam occlusis sensibus. Responsum Antipatri conueniebat fœminis, omnia voluptate metientibus.

Asclepiades non ignobilis, nec inexercitatus

Fortiter. tatus philosophus, cuidam interroganti, quid incommodi cœcitas ipsi attulisset, Vt vno, inquit, puero ambulem comitatior: Significans sibi minimum esse molestam cœcitatem corporis, quum animo cerneret.

24 Theodorus Lysimacho mortem minitanti: *Fortiter.* Præclaram, inquit, rem effecisti, si cantharidis, vim consequutus es. Cantharis insectum est minutum quidem, quod tamen lætale gerit venenum. Itaque qui mortem homini minantur, nihil minantur magni, quum idem possit contemptissimum animaleulum scorpius.

THRASSEA.

1 *Officium bene collocandum.* Thrasea dicere solitus est, suscipiendas esse causas, aut amicorum, aut destitutas aut ad exemplum pertinentes: amicorum, quòd ex lege gratiatum amicorum communia sunt omnia: destitutas, quòd in his potissimum & constantia agentis, & humanitas cerneretur: ad exemplum pertinentes, quia plurimum referret bonum, an malum ducem haberent. Frequenter enim bonæ causæ vitio patronorum vincuntur. Expedit autem ad bonos mores, vt in iudicijs succumbat prauitas, superet innocentia. Refert Plinius in epistola ad Quadratum.

2 *Accuratè potius, quàm sæpe.* Pollio dicebat, commodè agendo factũ est, vt sæpe agerem: sed sæpe agendo factum est, vt minus commodè: quia scilicet assiduitate nimia facilitas magis, quã facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur. Quod accuratè factum velimus, rarò faciendum est.

3 *Perseuerantia.* Quum Antipater intra Lamiam à Græcorum copijs esset conclusus, ac velut ob res feliciter gestas Athenienses dijs immolarent victimas, Demosthenes ad quendam amicorum nomine Agesistratum, ait sibi non eandem esse

esse cum cæteris sententiam: Noui enim, inquit, Græcos stadium pugnare, & scire, & posse: Dolichon autem non item: Dolichus autem continet viginti quatuor stadia. Notauit suos, quod protinus vna contenti victoriola, deponerent bellandi studium, quum oporteat eiusmodi successibus non frui, sed vti ad maiorũ rerum occasionem.

Quodam tempore vox Demosthenem inter 4 concionandum defecit ob multitudinis fre- *Clamor.* mitum. Id obijcientibus ita respondit. Histrio nes è voce iudicare par est, oratorem è mente. Græca iucundius sonant. ὑποκριτὰς δεῖ κρίνειν ἐκ τῆς φωνῆς τοὺς δὲ ῥήτορας ἐκ τῆς γνώμης. Histrio seruit populo, orator consulit. Ille delectat, hic prodest. Adhibenc consulendum non refert, quàm sis vocalis, sed quàm opportuna suadeas. Actori voce opus est, quæ vincat multitudinis fragorem: orator talis esse debet, vt populus ipsum vltro tacitus & attentus auscultet.

Idem Epicli opprobranti quòd semper di- 5 sturus meditatetur: Erubescerem, inquit, optimo iure, si tantæ multitudini consulens dicerem ex tempore. Quod alij præclarum esse du- *Ex tempore dicto.* cunt, subitò & ex imparato dicere, id vir cordatus iudicabat esse temeritatis.

Quodam tempore quum populus obstrepe- 6 ret, dicenti, ait se breue quiddã velle illis nar- *Asini vmbra.* rare. Facto multitudinis silentio: Adolescens, inquit, quidam æstiuo tempore asinum conduxerat ab Athenis Megaram vsque. Sole verò circa meridiem vehementer æstuante, vterque volebat subire vmbrã asini, sed vterq; alterũ prohibebat: hic dicebat asinum conductum, non vmbram: alter contendebat per cõductionem & asini, & vmbræ ius esse factum. Atque

hæc

hæc loquutus Demosthenes abijt è suggestò, populo verò retinenti, ac narrationis finem flagitanti, De Asini, inquit, vmbra audire cupitis, rebus seriis loquentem audire non vultis.

7 *Liberè.* Lycurgus rhetor ob generis nobilitatem liberior erat in dicendo, quàm vt populus interdum posset. Itaque quum aliquando populi strepitu explodereturè suggestò, exclamauit, O Cercyrea scutica, quàm multis talentis digna es. Notans populum à quo eijciebatur, magnæ quidem autoritatis ac nominis, sed inutilem rebus gerendis.

8 *Audaster.* Idem fortè obuius Xenocrati, qui à Telone obtorto collo pertrahebatur in meteœcium, quo in loco carcer erat Athenis fustem impegit in caput Telonæ: ac Xenocratem quidem liberauit, Telonem vero tanquam indigna patrantem in carcerem conjecit. Id Lycurgi factum ab omnibus collaudabatur. Itaque post aliquot dies Xenocrates factus obuiam Lycurgi liberis, Cito, inquit, ò puer reduli gratiam patri tuo, qui vulgò laudatur quòd in re difficili tulerit auxilium: Sentiens laudem esse præmium rectè factorum, & eam demum opitulationem esse gratam, quæ adfertur in ipso discriminis articulo. Fuste enim illo patrocinatus est, non oratione. Nimirum hoc est, βοηθεῖν μάγις.

9 *Studiosè.* Obijcientibus, quòd eloquentiæ studio thecoribus daret mercedem, Si quis, inquit, profiteatur se filios meos mihi redditurum meliores, non mille drachmas, sed omnium facultatum dimidium effunderem. Plurimùm ab hominum vulgo discrepans, qui perisse existimant, quod liberis instituendis impenditur.

Inter

10 *Ciuiliter.* Inter leges quas tulisse fertur, hæc erat vna: Ne qua mulier maritata proficisceretur Eleusinem: id statuit veritus, ne à diuitibus dato pretio corrumperentur: addita est pœna drachmarum sex milia. Ei legi quum vxor Lycurgi non obtemperasset, sycophanti qui deprehenderat, ac detulerat, dedit talentum. Ea res quum illi postridie vitio daretur apud populum: Atqui ego, inquit, dare conspectus sum, non accipere. Quidam ferunt leges ad quæstum. Hanc notam à se depulit, qui nec vxoris in gratiam voluit abrogare legem, sed mulctam de suo dependit.

11 *Natura bona.* Isocrates inter familiares dicere solitus est, se quidem docere decem minis, cæterum qui ipsum docuisset audaciam, & vocalitatem, mercedis loco daturum decem milia. Nam vocis exilitas & animi timiditas reddebant Isocratem ad dicendum inutilem. Hæc autem quoniam naturæ sunt non artis, à præceptoribus dari non possunt.

12 *Modestè.* Percontanti qui fieri posset, vt quum ipse non esset ad dicendum accommodus, alios redderet idoneos: Quoniam cotes, inquit, ipsæ quidem secare non possunt, ferrum tamè reddũt acutum. Hoc videtur imitatus Horatius:

Fungar vice cotis acutum.
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi.

13 *Exaggeratio.* Interrogatus quid esset rhetorica, Ex paruis, inquit, facere magna, ex magnis parua. Est enim hæc nonnulla rhetorices pars, amplificare & extenuare, qua de re diligenter præcepit Fabius. Sed præstigij genus est, quod respondit, Isocrates. Quin illud potius artis est, quæ magna sunt ita tractare, vt auditori quoque magna videantur, & contrà.

In

14 In conuiuio Nicocreontis Samiorum ty-
Tempestiuè. ranni, quum à conuiuis iuberetur dicere: His, inquit, in quibus ego valeo, nunc non est tempus: in his verò quæ hoc tempus requirit ego non valeo. Recusauit inter pocula dicere, qui apud sobrios de rebus seriis disserere consueuerat.

15 Vbi conspexit Sophoclem tragœdiarum
Cassè. scriptorem sequi puerum, quendam forma illius captum Oportet, inquit, ò Sophocles hominem, non manus tantùm apud se continere, verùm & oculos. Vox homine Christiano non indigna.

16 Ephorum Cumanum, qui scholam ipsius
Tarditas. reliquit nullo profecto, atque ob id à patre Demophilo denuo missus est, vt ab integro data mercede disciplinã ageret, ἵππον appellabat. Diphros enim Græcis dicitur currus, q. duos ferat, pugnantem & aurigam. Tales opinor, olim fuisse cathedras (nam ἵππος interdum & cathedram sonat) quæ duos caperent: quales adhuc videmus Episcoporum veteres, quæ capiunt præsulem, & assessorem. Apud R. D. Guhelmum archiepiscopum Cantuariensem seruatur huiusmodi sella, quæ dicitur fuisse beati Thomæ Acrensis. Item Roffæ in ecclesia cathedrali similis adhuc visitur. Isocrates autem vocis etymologia captauit iocũ in stupidum discipulum, qui bis attulerit mercedẽ. ἵππος enim dici videtur, ἀπὸ τοῦ δὶς φέρειν, id est, à bis ferendo.

17 Cn. Piso iuuenis etiamnum Manilium Cri-
Liberè. spum reum egit euidenter nocentem eumque licet præpotentem multis ac magnis criminibus vrgebat, quod videret illum eripi gratia Pompeii, qui Pisoni reo aderat. Itaque quum Pompeius velut exprobrans iuuenilem temeritatem

meritarem Pisoni, qui non uereretur nobilem & opulentum, atq; ipsi eum primis ami, cũ ad iudices pertrahere, dixisset, Quin eadem opera me quoq; accusas, intrepidè respondit Piso, Da vades Reipu te, si postulatus fuerit, ciuile bellum non excitaturum, tuum nomen prius, quàm Manilii deferã. hic elegãs epiphonema subiicit Valerius Max. Eodem inquit, iudicio duos, sustinuit reos, accusatione Manilium, libertate Pompeium: & alterum lege peregit, alterum professione.

Thales Milesius interrogatus quantum di- 18
staret à mendacio veritas, quantum, inquit, *Rumores.*
oculi ab auribus, Sẽtiens ea demum esse indubitatę fidei, quæ contuemur oculis, rumoribus ac fabulis hominum haud tuto credi. Eodem pertinet Homericum figmentum de somniis, quorum q̃ subuolant p portam corneã, vera sint, q̃ p eburneam, vana. Corneę portæ inuolucro designans oculos, ob coloris similitudinẽ, eburneæ os, ob candorem dẽtium.

Isocrates ad patrem, qui dicebat se cũ fi- 19
lio non misisse nisi vnicum mancipium: Abi *Institutio.*
igitur, inquit, & habebis duo. Id bifariam potest intelligi. Redi tu domum apud me relicto filio, quem postea q̃ ita formaro, ut tibi non minus dicto sit audiens, q̃ quilibet ex uorum tuorum, pro vno mancipio habebis duo. Aut, abi domum, ac puta tibi ea pecunia, quam pactus es pro filio instituendo, iam me quoq; tuum esse factum; vt non minori curæ mihi futurus sit tuus adolescens, quàm si tuum essem mancipium. Simile quid dam tribuitur & Aristippo.

Gn. Lentulus Marcellinus consul in con- 20
cione grauiter quæstus est de Magni Pompeii *Liberè.*
ĩmodica potentia. Huius oñonem quũ populus

clara voce acclamans approbasset: Acclamate inquit, acclamate. Quirites, dum licet: iã enim vobis impune facere non licet, Significans illius potentiam breui eò magnitudinis euasuram, vt nulla in re tutum esset vllo pacto resistere, si quid illi collibuisset.

21 Liberè. Melius Mancia Formianus, Libertini filius, vltimæ senectutis, L. Libonem apud Pompeium accusabat: in quo certamine Pompeius Liboni fauens Helio & generis humilitatem, & senium exprobrans, dixit illum ab inferis remissum, vt claros viros accusaret. Hoc conuitium incontanter retorsit hoc modo: Non mémineris, inquit, Pompei: planè ab inferis reuersus sum. Sed dum hic moror, vidi Cn. Domitium Ænobarbum deplorantem, quod summo genere natus, vitæ inculpatissimæ, patriæ amantissimus, in ipso iuuentutis flore tuo iussu esset occisus. Vidi pari claritate conspicuum Brutũ ferro laceratum, quærentem id sibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidisse. Vidi C. Carbonem acerrimum pueritiæ tuæ, bonorumq́ patris tui defensorem, quum tertium consul esset, catenis, quas tu illi injici iusseras, vinctum, obtestantem, se aduersus omne fas & nefas, cum in summo esset imperio à te equite Romano trucidatum. Vidi eodem habitu & quiritatu, prætorium virum Perpennam sæuitiam tuam execrantem, atque hos omnes eadem voce indignantes q́ indemnati sub te adolescentulo carnifice cecidissent. Has Manciæ voces, fortassis aliquis temeritatem appellet citius, quam libertatem. Scitum est, qđ subnectit Valerius: eo tempore & fortissimum erat Pompeio maledicere & tutissimum. Fortissimum ob summam potẽtiam, tutissimum ob reuocatam veterum facinorum inuidiam.

Diphilus

Diphilus tragœdiarum actor, quum in ludis Apollinaribus ad eum versiculum venisset, Miseria nostra Magnus est: di rectis in Põpeium Magnum manibus pronũciauit. Actio in tantum placuit populo, vt aliquoties fuerit reuocatus, nec histrio veritus est iterare simili gestu. Dubites vtrum potius mirari conueniat actoris audaciam, an populi. Simili audacia vsus est eadem fabula, quum ventum esset ad eum versiculum: Virtutem istam veniet tempus, quo grauiter gemas. Tametsi mihi videtur carmen esse mutilum. Suspicor addendum, Seruа virtutem istam: aut aliud simile verbũ, vt sit versus Trochaicus. 22 Liberè.

Sergius Galba C. Iulium consummatis victoriis in foro ius dicentem, huiusmodi dictis ausus est interpellare: C. Iuli Cæsar pro Cn. Pompeio Magno, quondam genero tuo, in tertio eius consulatu pecuniam spopõdi, quo nomine nunc appellor. Quid agam? Num dependam? Hac voce palàm illi exprobrans q́ Pompeij bona vendidisset, cui fuerat affinitate iunctus. Æquum autem videbatur, vt qui bona generi vendiderat, ea dependeret, quæ nondum orto inter illos bello fuissent contracta. Cæsar hac inuidia commotus, æs alienum Pompeij è fisco resolui iussit. 23 Liberè.

Quum Philippus Macedonum rex cognitionem exerceret parum sobrius, ac perperam aduersus mulierem quandam tulisset sententiam, illa sentiens errorem esse viri, non regis, exclamauit: Prouocarem, inquit, ad Philippum, sed sobrium. Excussit regi mulierem conuitium temulentiam, adegitq́ue, vt expergefactus causam eandem animo præsentiore cognosceret. Hic dubites vtrum potius admirari debeas, fœminæ libertatem, an tanti 24 Liberè.

principis humanitatem, Simile quiddam & ante retulimus, sed sub viri persona.

25 *Liberè.* Scipio Æmilianus creatus censor addito collega Mummio, viro magnæ quidem nobilitatis, sed viæ dissolutioris, pro rostris dixit, se ex maiestate reipub. omnia gesturum, siue ciues sibi dedissent collegam, siue non dedissent: innuens satius fuisse non habere collegam censuræ, quàm talem collegam.

26 *Iustè.* P. Rutilius amico cuidam rem iniustam petenti pernegabat, Quumq; is commotus per summam indignationem diceret: Quid ergo, inquit mihi opus est tua amicitia, si q̃ rogo, non facis? Imò, inquit Rutilius, quid mihi opus est tua, si quid inhonestæ rei propter te facturus sum?

27 *Fortiter.* Quum M. Bruto tota ferè Lusitania sese dedidisset, sola vrbs Ciania ptinaciter arma retineret, tētatum est per Bruti legatos, vt data pecunia pseuerarent esse sui iuris. Verum his populus Cianiēsis vno ore respondit, sibi ferrum à maioribus relictum, quo vrbem tuerentur, non aurum quo libertatem redimerent.

28 *Præter spē.* Iulianus Imper. ni fallor, quū in frequenti turba quidam ipsum his verbis appellaret aduersus aduersarium suum, Thalassius inimicus pietatis tuæ nostra per vim eripuit: Agnosco, inquit, ab illo me fuisse læsum, proinde dic illi, vt mihi potiori inimico prius satisfaciat: mandauitq; p̃fecto, ne prius cognosceret illorum negotium, q̃ ipse cū Thalassio rediret in gr̃am. Qđ alter adduxerat ad maturādam vindictā, Cæsar torsit in cunctationem.

29 *Frugalitas.* Cyrus rex rogatus ab hospite, qđ ad prādiū apparari iuberet, Nihil aliud, inquit, q̃ panē: nam spero me prope Crinum cœnaturum. Mira frugalitas in Rege barbaro, cui panis erat

erat pro obsonio, & sitim aquæ spe deferebat in cœnam. Refert Ammianus.

Sigismundus Imper. Alberti socer, quum alii multis nominibus, tum illo præcipue cōmendabilis fuit, q̃ vt ipse linguarum ac literarum peritiam amauit, ita viros eruditione præstantes semper ornare, ac prouehere studuit. Quo nosse quū à Germanis principibus, q̃ Latinas literas oderant, reprehenderetur, q̃ homines obscuro genere natos ob literarum commendationem foueret, Quid ni, inquit, eos amem, quos natura cæteros antecellere voluit? Germani plurimum tribuunt generis nobilitati, at vir prudens intellexit in eruditis esse quiddam stemmatis præstantius. Illi habent ædium parietes clypeis & imaginibus depictas, hi animum habent optimis disciplinis exornatum. Portò vt natura animus præstātior est corpore, ita ornamēta ingenii longè pulchriora sunt externæ nobilitatis insignibus. Qui nihil aliud habet, q̃ maiorū imagines, opinione nobilis est verius, q̃ re. At qui virtute præditus est, vnde manat etiam illa vulgaris nobilitas, germanam ac natiuam habet nobilitatem. 30 *Honos eruditoni debitus.*

Plato dicere solet, spes esse vigilantium somnia. Ad quod alluisse videtur Vergil. quum ait, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? Nam dictu mirum est q̃ varias imaginationes patiantur in animo suo, qui vehementer sperant aliquid. Atque his inanibus simulachris perinde semet oblectant, ac si iam tenerent, quæ sibi pollicentur. 31 *Spes.*

Scopelianus sophista, quoniam somni parcissimus, noctem existimabat studiis & exercitationi mentis accomodā, subinde solitus ē exclamare, ὦ νὺξ, σὺ γὰρ ἡμῖν πλεῖστον σοφίας 32 *Nox apta contemplationi.*

μετέχεις μέρος θεῶν, id est, O nox, nam tu sanè maxima ex parte consors es sapientiæ deorum Habet enim hominis mens in alto illo silentio, corporis sensibus iam feriatis, aliquid diuinitatis, si sese intenderit ad rerum sublimium speculationem.

33 *Gloriæ amor.* Quum Alexander Thebanorum mœnia diruisset, Phryne meretrix pollicita est suis impendiis repositurum, modò ciues paterentur hoc insculpi elogium: Ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ φρύνη, id est, Alexander quidem subuertit, sed Phryne restituit Hic meritò quis dubitet, vtrum sit admiratione dignius, an quòd scortum corporis vsura tantas opes collegerit: an quòd tanto nominis amore teneretur, vt titulum tã charè voluerit emptum. Nam vt præclarius est restituere, quam demoliri: ita speciosior fuisset laus Phrynes scorti, quàm Alexandri regis.

34 *Obesitas.* Pythagoras videns quendam è discipulis attentiorem curando corpori, idque agere vt obesus esset ac nitida cute: Hic, inquit, non desinit sibi carcerem molestiorem struere. Sensit hominem esse animum, corpori ceu carceri inclusum, quod quò reddas habitius, hoc magis grauatur animi vis.

35 *Corpus hominis vmbra.* Plotinus philosophus Platonicus, Amelio pictori roganti, vt corporis formam patereturefingi, non passus est. Quid, inquit, an non satis est nos hanc imaginem circumferre, nisi & imaginis imaginẽ relinquamus posteris ostentandam? Iudicauit cum Pythagora corpus esse thecam mentis, vtcunque eam exprimentem. Minimum autem hominis videre eum, qui nihil aliud videt, quàm corpus.

36 *Senectus iana.* Sophocles iam extremæ senectutis, à filijs accusatus est dementiæ. At is pro apologis iudicibus recitauit fabulam, quam proximè scripserat, rogans num ea videretur delirãtis: Fertur & hoc dixisse: Si sum Sophocles, non deliro: si deliro, non sum Sophocles: Sentiens in eruditis, ac sobriis animi vim non elanguescere, sed reuigescere potius vsu & exercitatione.

Ælianus sophista scripsit in Gymnidem tyrannum. 37 *Laruas in sectari.* Hunc quum Philostratus Lemnius ostendisset legentem indignabundo & concitato similem, percontatus est, quid argumenti esset pra manibus: Scribo, inqt, Gymnidis accusationem. Laudarem, inquit Philostratus, si viuentem accusasses. Id.n. erat viro dignũ. Nam lacerare defunctũ, cuiuis in promptu est.

Antigonus rex cõspiciens filium suum eos 38 *Regnũ ser uitus.* in quos habebat imperium ferocius tractantẽ atque insolentius: An ignoras, inquit, fili, regnum nostrum esse splendidam seruitutẽ? Nihil dici potuit cordatius. Nam princeps non minus obseruire cogitur populo, quã populus principi, nisi q. princeps id facit cum dignitate. Alioqui re vera mutua seruitus est.

Diogenes in caupona prandens, Demosthenem fortè prætereuntem inuitauit, vt accederet: id cùm ille pudore recusaret: Erubescis, inquit, Demosthenes cauponam ingredi? Atqui hic herus tuus quotidie versatur. innuit orator nihil aliud esse, quàm mãcipia populi: nec esse par, vt illic pudeat seruum populi videri, vbi populus assiduè viueret. 39 *Rhetores serui popu li.*

Idem quibusdam admirantibus carmen illud Hesiodi, ὃδ' ἂν βοῦς ἄπολοιτ', εἰμὴ γείτων κακὸς εἴη, id est, Ne bos quidem pereat, ni vicinus sit malus: Atqui Messenij, inquit, simul cum bobus periere, vobis vicinis. Exprobrauit Athenienſibus ignauiam, qui Messeniis vici- 40 *Salsè.*

nis aduersus Lacedæmoniorũ vim non fuerint opitulati.

41 Quum Aristoteli grauiter affecto medicus quidam præscriberet cum autoritate, nec vllam adferret rationem, Ne me, inquit, perinde curaris, vt bubulcum, aut fossorem, sed prius doce me causam, quur ista præscribas, atq; ita demum habebis obsequentem. *Imperium humanum.*

42 Alcibiades Socrati miserat munus præclarum. Id quum Socrates videret recusaturus, Xantippe dissuasit, asseuerans donum esse magnificum, & indignum quòd respueretur Tum Socrates, Alcibiades, inquit, hæc mittit ambitiosè, & nobis nostra est ambitio: Sentiens interdum esse magnificentius magna contemnere, quàm magna largiri. *Facetè.*

43 Zoilus interrogatus, quamobrem ita studeret omnibus maledicere, Quũ, inquit, malefacere quum cupiam, non possum. Expedita malitia morbum ingenuè confitentis & amantis. *Maledicẽtia.*

44 Gnathæna meretrix adolescentem, q̃ fama ipsius illectus, ex Hellesponto uenerat in Atticam, esseq; in conuiuio loquacior, ira conpescuit, An non dicebas, inquit, te ex Hellesponto huc profectum? Quum annuisset: Et qui fit, inquit, vt primariã eius regionis ciuitatem non noueris? percontanti, quam? Sigæum, inquit Gnathæna: atque ita ciuiliter admonuit illum silentii. Nam σιγᾶν Græcè silere est inde dictum videtur Sigæum.

45 Philippus rex multa questus apud Romanorum legatos de moribus & calũniis Thessalorum, tandem elatus ira, hanc vocem adiecit, nondum omniũ dierum solem occidisse. Hic sermo non Thessalis modo, verumetiam Romanis suspectus vtriusq; gentis fremitum excitauit. T. Liuius 4. Decadis lib. 9. *Minaciter.*

Alexand.

Alexandri mater Olympias, quum audisset filij cadauer insepultum fuisse abiectum, inter lamenta dixit hoc quoq;: O fili, tu qui studebas cæli particeps esse, huc toto ipsecu properans, ne iis quidem potiri valuisti, quæ sunt mortalium omnium communia, terra ac sepultura. Alexander viuus ambiebat diuinos honores, defuncto nec ultimus ille contigit honos, quem quiuis homo, persoluit homini, quamlibet humili. 46 *Deus insepultus.*

Pollio Romulus, qui centesimum excesserat annũ, Augusto percontanti, qua tandem ratione illum corporis animiq; vigorem servasset, Intus, inquit, mulso, foris oleo. Tradit Plinius naturam hominibus duos dedisse liquores optimos, oleum foris adhibendũ corpori, vinum intus. Mel autem ob humidam calidamq; vim admodum senibus accommodum est. Nunc mel in totum à mensis submouimus, & oleum corpori infundimus. 47 *Senectutis alimonia.* 48

Cato Vticensis dixit, C. Cæsarem sobrium *Acutè.* accessisse ad euertendam Rempub. Id Quintilianus ita refert, vt putet nihil dici posse significantius. Sensit enim illum hoc iam olim animo adfasse, quod postea fecit. 49

Plato tñ tribuebat Aristoteli, vt quum il *Ingenium.* le fortè fortuna non adesset in Academia', exclamarit, ἀπέστιν ὁ τῆς ἀληθείας φιλόσοφος. i. ab est veritatis philosophus, Rursus quum alio tempore abesset, dixit, ὁ νῦς οὐκ ἄπεστιν. Nõ venit intellectus. innuẽs se ab illo uno intelligi.

Aristophontem Æschines tradit apud Athenienses gloriari solitum, quòd quum nonagies quinquies esset vocatus in ius, semper fuerit absolutus. At Cephalus homo popularis iustius gloriabat', q̃ quum plura decreta scripsisset, q̃ alius suorum temporum quisquam ora- 50 *Innocentia illi lata.*

orator, tamen nunquàm coactus sit causam dicere. Certius innocentiæ signum est, ita rem gerere, vt nemo velit accusare, quàm si postulatus elaberis è iudicio. Elabuntur interdum & nocentes. At qui absoluitur, licèt pœnam effugiat, cicatricem tamen criminis circumfert.

Institutio liberorum.

1 Quidam accusatus, quòd patrem pulsasset, hoc modo defendit impium facinus: Et ille, inquit, patrem suum verberauit, & hic ostenso filio, me verberabit, posteaquam adoleuerit. Adeò nobis hoc gentilitium est. Videmus hoc ferè vulgò euenire, vt qualis quisque fuerit in parentes, tales experiatur in se liberos.

Exemplũ reciprocũ.

2 Alius quidam quum à filio pertraheretur, ventumque esset ad domus limen, Desine, inquit, fili, nam & ego patrem hucusque. Agnouit se commeruisse, qui sic à filio tractaretur, tantum postulauit, vt esset æqua retaliatio.

Luxus seditionum parens.

3 Heraclitus philosophus in seditione rogatus, vt apud populum sententiam diceret, quo pacto ciuitas redigi posset in concordiam, consenso suggesto popposcit calicem aquæ frigidæ, & paululum farinæ insperſit, mox de glechone admiscuit, id est vel pulegij syluestris, vel leguminis genus. Dein epoto calice discessit, nec verbum addidit: hoc pacto innuẽs, ita demum ciuitatem carituram seditionibus, si repudiatis delitijs assuescerent paruo contenti esse. Et hic Heraclitus suo respondit nomini. Nam σκοτεινὸς dictus est, id est, tenebricosus. Referatur & hoc inter ἄφορα apothegmata.

Piscator illus.

4 Simonides Cæus in conuiuio rogatus à Pausania Lacedæmonio, vt aliquid proferret, qđ resiperet sapientiam, ridens, Memineris, inquit, te hominem esse. Ea vox tum quidem eõ tempta

tempta est Pausaniæ: verum post vbi Chalcœcæ phano incluſus obsideretur, fame ac frigore moriturus, ter inclamauit Cæum hospitem, qui prudenter admonuisset.

Sordes amb bitiosa.

5 Diogenes quum Rhodios quosdam adolescentes elegantiore cultu conspexisset, dixit, τύφος ἔνδος ἔστιν. i. hic factus est. Rursum quũ vidisset Lacedæmonios substricta tunica parcè sordideque, cultos, ἄλλος inquit ἔνδος τύφος ἔστιν. i. hic alius fastus est: Significans non minus peccare eos, qui ad ostentationem sordide vestiuntur, quàm qui splendido vestitu sese iactitant. Vnde scitum est illud diui Hieronymi Sullas vestes æquè vt candidas deuita.

Patienter

6 Adolescens quidam posteaquam Zenonem aliquandiu audierat, domum reuersus à patre rogatus, quod tandem operæ precium feciſet in philosophiæ studio, Ostendam, inquit. Quũ nihil aliud diceret, pater iracundus, existimans impendium, perisse, cœpit flagris cædere filium. Eam parentis sæuitiam adolescens æquissimo animo tulit. Ac rursus efflagitanti patri, vt aliquod specimen profectus ederet, expectanti egregium aliquod sophisma: Hoc, inquit, è philosophia fructus retuli, vt patris iram possim commodè perpeti.

Salutatio muta.

7 Demetrius Cynicus damnabat artem saltatoriam, velut inutilem gesticulationem ad tibiæ modos. Cui gesticulator quidam non imperitus, cupiés arti suæ vindicare gloriam, iussit vt submotis tibicinibus spectaret ipsum saltantem. Assensus est Demetrius. Ille saltauit Homericam fabulam, adulterium Veneris ac Martis, ambos Vulcani vinculis irretitos adamantinis, ac Sole prodente dijs cæteris exhibitos, Venerem erubescentem, varios deorum adstantium affectus, Mercurium optan-

optantem talia vincula, Martẽ dãnatum, vt pẽ deret mæchagria, ac prætereà quicquid ad eam fabellam pertinet. Ibi Cynicus artem admiratus, dixit, audio, homo, q̃ facis, non video tantũ, sed mihi manibus ipsis loq videris.

8 Lesbonax Mitylenæus histriones ac gesti- culatores appellare solet χειροσόφους, q̃ manibus saperent non lingua. Erat. n. saltationis genus, quo graues etiam historiæ citra vocẽ vel recitantis, vel tibicinis, solo corporis gestu sic representabantur, vt spectatores prope pl⁹ intelligerẽt ex saltatione, q̃ si quis recitasset.

Gesticulatio.

9 Philoxenus quondam cænans apud Dionysium, quoniam animaduertit regi appositum piscem mullum insigni magnitudine, quum ipsi appositus esset perpusillus (in piscium enim genere laudantur adulti) piscículum auribus admouit. Id factũ admiranti Dionysio causamq; percontanti, In manibus, inqt, est Galatea, de qua volebam ex hoc quædam percontari: verum negat se per ætatem quicquam adhuc scire, sed ait proauum suum istic esse in tuo disco, qui multa posset commemorare, si liceat colloqui. Exhilaratus rex misit illi suum mullum.

Facete.

10 Apellis ætate complures erant in arte pingendi nobiles, quorum opera quum pro suo candore miraretur, collaudatis omnibus dicebat illis deesse vnã illam Venerem, quam Græci χάριτα vocant, ingenuè profitens cætera omnia illis contigisse, in hac vna neminẽ ipsi parem esse. Simile quiddam est in phrasi, quod allicit, ac remoratur lectorem aut auditorem, quum tamen nec habeat nomen nec arte præcipi possit.

Veneris opera

Idem quum tempestatis vi Alexandriam delatus esset, quidam Apellis æmuli subornarunt

narunt Planum, hoc est, scurram regium, qui eum vocaret ad cænam. Is non suspicans dolum, uenit. At quum rex, qui illi erat infensus indignaretur, & ostensis vocatoribus iuberet indicari à quo vocatus esset: Apelles arrepto carbone extincto è foculo, imaginem delineauit in pariete vt rex protinus ex inchoato opere agnosceret Planum suum. Eadem opa & artis suæ, & ciuilitatis suæ specimẽ dedit. Sit & hoc, si libet, apophthegma mutum.

Ciuiliter.

Pictor quidam interrogatus, quem habuisset artis magistrum, digito populum ostendit, sentiens se ad multitudinis iudicium pingere, & obseruantem quid quisq; probaret, aut improbaret, artem fuisse consequutum. Idem ab Apelle factitatum legimus, qui post tabulam latitans, subauscultabat spectatorum censuras. Numeretur & hoc inter ἄφθογγα ἀποφθέγματα.

12 *Populi iudicium*

Socrates Alcibiadem adolescentem primum ob imperitiã trepidantem, ut fit, apud tantam multitudinem verba facere, lepida ὑσαγωγῇ animauit. An non putas, inquit, ò Alcibiades contemnendum sutorem? Annuit. An non præconem? quum & hoc annuisset, An non contemneres, inquit tabernaculorum opificem? Quũ similia quædã proposuisset, & is fateretur hos esse contemnendos, tum Socrates, Atqui, inquit, ex his constat Atheniensium populus, quem tu veteris. Quotũ si singulos putas contemnendos, qui minus etiam contemnas condensatos? Senlit non referre, apud q̃ multos dicas, sed apud q̃ cordatos. Fit enim hoc miro modo, vt quos singulos despicias, congregatos reuerearis. In conuiuio Platonis, Socrates admiratur Agathonis audaciam, qui coram tot hominum

13 *Solerter.*

mi-

milibus præsenti animo recitasset suam tragœdiam: cui quum Agathon respondisset, se citius velle coram multis hominum milibus dicere, quàm apud vnum Socratem: Atqui in illis, inquit, milibus & Socrates erat. Fit enim & illud miro modo, vt quẽ vnum reuereare, in turba mixtum contemnas.

14 *Diues indoctus.* Idem conspiciens hominem prædiuitem & arrogantem, sed nulla virtute præditum: Hic, inquit, equus est argento circumtectus. Solent enim equi stragulis, phaleris, ac bullis argenteis exornari, quum interim tamẽ nihil aliud sint, quàm equi.

15 *Imitatio.* Apud Ephesum quum Alexander conspectam effigiem sui corporis ad viuum magna arte expressam admiraretur, atque interim fortè equus inductus picto in eadem tabula equo adhinniret, deceptus imitatione, Appelles, Equus, inquit, ò rex multò melius expressus est quàm tu.

16 *Artes regia.* Quum Alexander etiamnum pubescens citharæ daret operam, & præceptor artis subinde moneret, quam chordam quo modo pulsa re deberet, & puer parum obsequens doctori dixisset, quid si hanc pulsarem? Citharædus lepidè respondit, Si isthuc quæris tanquam mox rex futurus nihil refert: si vt artifex futurus, plurimum interest.

17 *Homeri laus.* Alexan. Macedo præter modum delectatus est Homero adeò vt illum ad verbum edidicerit, ac dormiens etiam ceruicali suppositum haberet. Eum alias summum virtutis præconem, interdum poetam βασιλικὸν appellare consueuit: cuius carmina censebat non ad citharam vt aliorum, sed ad tubam potius esse canẽda. Addebat illud, se malle Homeri Thersiten esse, quàm Cherili Achillem.

Cherilus erat Alexandri poeta non satis felix, qui cum fertur ita pactus, vt pro quoque bono versu acciperet Philippeum aureum. pro malo colaphum.

Aristobulus historicus librum conscripserat de rebus ab Alexand. Macedone gestis, in quo multa supra veri fidem adulantissimè affinxerat, eum quum illi in nauigatione recitasset, Alexander arreptum è manibus librum in fluuium Hydaspen demersit, & ad Aristobulum conuersus: Tu, inquit, dignior eras, vt eodem præcipitareris, qui solus me sic pugnantem facis, ac vel vno iaculo interficis elephantem. 18 *Adulatio.*

Socrates animaduertens Antisthenem ambitiosius ostentare vestem laceram & detritã, facetè hominem increpuit: οὐπαύσῃ, inquit, *bitiosè*. γυμναλλωπιζόμενος ἡμῖν, id est non desines te nobis comere? Significans eiusdem esse ambitionis vtilitatem amictus ostentare, & delicato cultu sese vendicare. 19 *Sordes amb.*

Milo Crotoniates quum iam consenuisset, videns Athletas in certamine exerceri, suos lacertos intuitus iã senio defectos, illachrymasse fertur ac dixisse: At hi quidem iam mortui sunt. Corporis vigorem adimit ætas, animi vis ad extremam vsque duratætatem. 20 *Senectus.*

Cyrus apud Xenophontem moriens, extremæ iam senectutis, negabat se vnquam sensisse senectutem factam imbecilliorem quã fuisset adolescentia. Maxima pars incommodorũ ob quæ vulgò malè audit senectus ab intemperantia vitæ proficiscitur. 21 *Senectus vegeta.*

Pythius natione Lydus in vrbem Phrygiæ Celænis, nam ibi regnabat, homo prædiues, sed auri studio præter modum deditus, totam ferè ciuitatẽ in fodiendis metallis occupatam 22

patâ tenebat, vt iam vix quicquam aliud agi vacaret. Huius morbo vxor solerti remedio medicata est. Absente marito curat & mensam, & omnem mensæ supellectilem ex auro confici: deniq; & cibariorum effigies quibus nouerat maritum præcipuè delectari. Reuerso quum conuiuii tempus esset, apponitur mensa aurea, cum reliquo vasorum apparatu. Atq; hoc sanè spectaculo diues aliquandiu pauit oculos. Tandem quum interpellaret stomachus, iubet apponi cibos. Apponuntur illa aurea ciborum simulachra, spectanda non edenda. Hic quum incandesceret ira Phytius, flagitans apponi, quod edi posset, iandudum spectaculorum esse satis: Tum vxor, An non sentis, inquit, Pythi, dum nihil aliud quæris, quàm aurũ, agricolationẽ deseri, & ciues tuos ad famem vocari, breui perituros, si quà cępisti pergas? Hoc ciuili commento cordata mulier maritum ab immodico auri studio reuocauit.

Claudi salaces.

23 Antiania Amazonum regina demirantibꝰ q̃ nupsisset claudo, satis cynicè indit, ἄριστα χωλὸς ὀιστεῖ. i. Claudus optime virum agit. Sensit maritum adhibendum non ad oculorũ oblectamenta, sed ad vsum coniugii. Ferunt autem claudi salaciores esse cæteris, & ob id ad gignẽdã proles magis accommodi.

Vxor molesta.

24 Pacuuius Ario vicino querebatur, q̃ in horto suo funestam haberet arborem, vnde prima vxor sese suspendisset, dein altera postremo tertia. Cui falsissimè respondisse, fertur Arius, Mitor, te in tot successibus inuenisse lachrymas. Item, Deum immortalem, quot tibi dispendia arbor illa suspendit. Adiecit, Amice quæso te, da mihi ex ista arbore, quos inserami surculos. Hoc postremum

mũ à nobis ante relatum est. Arius μισογυνὴς fortunatum existimabat ab vxore liberari.

Narratur & illud Catonis dictum, si sine vxoribus mundus esse posset, vita nostra non esset absque diis. Sensit felicissimam hominum vitam fore, si datum esset a coniugio liberos viuere. Sed vt idem ait apud A. Gelliũ, cum illis incommodè viuitur, sed sine illis omnino non viuitur, vt merito dici possit, vxor necessarium malum. 25 *Coniugii molestia.*

Orsines satrapes, quum Alexandrum & huius amicos muneribus amplissimis honorasset, Bagoæ eunucho nihil dedit, sed admonitus ab amicis, quòd is Alexandro cum primis esset charus, respondit se regis amicis honorem habere non scortis, nec apud Persas esse moris, vt viri mares ducant. Agnoscas in hoc satrapa mentem Cyro generis autore dignam. Honorare nouerat, adulari nõ poterat, quum hodie quoque cernantur in aulis, qui scortis morionibus ac lenonibus Principum plus deferant honoris, quàm genere ac virtute præcellentibus viris. 26 *Liberè.* 27

Gorgias sophista quum forte fortuna legisset Platonis dialogum sui cognominis, qui Gorgias inscribitur, dixisse fertur, ὡς καλῶς εἶδε Πλάτων ἰαμβίζειν, vt pulchre nouit Plato iambissare, hoc est mordere. Nã is pes primum ab Archilocho, ni fallor, repertus est ad maledicendum: vnde & nomen habet, vel à muliere petulante & baccha vel à mitrẽdis iaculis. Siquidem in eo dialogo, proscindit sophistas, id quod nusquàm non facit.

Rhodius, quidam, de quo nobis antea dictũ est, ob intempestiuam libertatem à tyranno cõiectos in caueam, in qua more nocentis bestiæ alebatur ad cruciarum & ignominiam, 28 *Spes pertinax.*

amputatis naribus ac fœdata vulneribus facie, quum ab amicis admoneretur, vt media sibi malorum finem quæreret: Cuncta, inquit, homini quoad viuit speranda sunt. Citius illū laudarim, quàm istos qui ob causam non admodum graues confugiunt ad laqueū, aut præcipitium.

29 Anniceris quidam Cyrenaus aurigandi peritia fuit insignis: & vt egregius artifex, ita glo- *Artes inutiles.* riosus artis ostentator, venit in academiam Platonis: atque illic rationes omnes procurrendi, recurrendi flectendi currum, & per easdem interdum orbitas redeundi ostentabat. Admirantibus cæteris, Plato negabat sibi videri probabile, eum virum, qui totum animū inutili studio dedisset, ad vllam rem grauem ac frugiferam esse idoneum.

30 Themistocles quum aduersus barbaros describeret Athenis exercitum, & in theatro ex illius gentis more producti essent galli gallinacei, atque inter sese commissi mira pertinacia inter se depugnarent ad necem vsque, rem ludicram vertit in seriam cohortationem. Sic enim ciues suos affatus est: At isti, inquit, neque pro aris, ac focis, neque pro liberis depugnant, sed tantùm quòd vinci turpe sit. Quo igitur animo vos esse par est, quibus pro salute patriæ, pro charissimorum incolumitate, pro libertate certamen est?

Subactis à barbaris Lacedæmonijs Leptines dicit Græciam esse factam πονόφθαλμον, id est, luscam: Sentiens Atticam & Laconicam esse cordatissimas Græciæ partes. Meminit Aristoteles in Rhetoricis.

31 Apud Lassios, populum magna ex parte *Ventris cura prima.* piscibus victitantem, citharœdus quidam in foro ostentabat artem. Verùm simul atque tintina

tinnabulum crepitu signum dedit adesse pisces venales, turba subitò desernit cantorem, & ad piscium mercatum aduolauit, vno excepto, qui quòd surdaster esset, tintinabuli sonitum non audierat, aut certè non attenderat. Huic citharœdus propius accedens, gratias egit, quòd & artem honorasset, & ipsum non passus sit esse prorsus desertum. Tum ille, an crepuit tintinabulum? Vt annuit: Valebis, inquit, egregie magister, sese{que} mox ad pisces proripuit. Citharœdo liberum erat sibi cauere & musis.

Romæ in foro pendebat tabula quædam 32
habens imaginem pastoris vetuli cum pedo. *Crassi iudicia.*
de hac Teutonum orator rogatus quanti eam
æstimaret, satis Germanicè respondit, se nolle sibi dono dari talem viuum ac verum. Barbarus non agnouit artificium, tantùm spectabat formam. Atqui quæ natura deformia sunt, plus habent & artis & voluptatis in tabula.

Gorgias Leontinus extremæ iam ætatis: 33
cum sentiret somnum letalem obrepere, ami- *Mors senilis.*
co qui assidebat percontanti quo pacto haberet: Somnus, inquit, iam incipit me fratri suo commendare. Homerus enim Somni fratrem appellat Mortem. Nam mors Græcis masculus est. Simile quiddam de Diogene retulimus antea.

Ismenias insignis tibicen discipulis suis nō 34
minus ostendebat malè canentes, ac scitè canentes, dicens, Ad hunc modum canere oportet, ad hunc nequaquam. Admonuit & Q. Fabius, in scriptis rhetorem non tantùm iudicare debere bene dicta, sed & mala.

Democharis dixit, quemadmodum nemo 35
possit è tymbra siue satureia facere bonā lan-

Philosophus miles.

ceam, ita nec è Socrate probum militem: Sentiens militibus conuenire ferociam, quum Socrates esset omnium iniuriarum tolerantissimus. Quidam hoc tribuunt Crateri.

36 *Ira breuis*

Melanthius negabat eam iram videri grauem, quæ mentem cogat emigrare, sed quæ prorsus excludat domo: Sentiens probris etiá ingeniis adiunctam esse iracundiam, sed hoc vitium esse tolerabile, si celeriter animus ad se redeat, & pro ira rationem in consilium adhibeat. At si perturbatio penitus insideat animo, ita vt excussa ratione feratur effreni impetu, certa pernicies est.

37 *Ingenirsi.*

Isocrates pueros candidos, ac felici ingenio natos appellare solet θεῶν παιδας ideſt, deorum filios: eò quòd hominis mens diuinæ sit originis, qua qui præcellit, deos parentes referre videtur. Prisci dæmonibus attribuebant corpora, eosque deorum filios appellabant. Dæmones autem à scientia dicti sunt, quasi δαήμονες.

38 *Gladiatorum immanitas.*

Demonax Cynicus philosophus, quum videret Athenienses hoc agere, vt Barbarorum exemplo gladiatorum spectacula in vrbem inducerent: Nolite, inquit, ò canes istam crudelitatem prius admittere in ciuitatem vestram, quàm misericordiæ aram sitis demoliti: Significans non conuenire, in ea ciuitate, in qua misericordia pro dea coleretur, spectari plus quàm ferinam crudelitatem.

39

Cornificius Poeta, videns milites in bello, quod inter Augustum & Antonium gerebatur, frequenter fugere, appellauit eos lepores galeatos.

40 *Diuitiarũ cõtemptus.*

Philoxenus Poeta quum in Siciliam fundum ac domum opulẽtam nactus esset, & animaduertisset illius gentis luxum ac delitias: per

Per deos, inquit, hæc bona me non perdent, sed ego potius illa Moxque cessit aliis hæreditatem, & è Sicilia abnauigauit.

41 *Adulans libertas.*

Furnius Antonii partes sequutus fuerat. At posteaquàm victoria cessit Augusto, metuẽs sibi, subornauit filium, qui à victore veniam peteret. Petiit & impetrauit. Tum Furnius his verbis Cæsari gratias egit. Hæc vna ò Cæsar ẽbs te mihi facta est iniuria, effecisti, vt mihi & viuendum, & moriendum sit ingrato: significans tantam esse eius beneficii magnitudinem, vt nulla ex parte par esset referendę gratiæ. Reprehensionis colore blanditus est principi.

42 *Proditio.*

Cillicon quidam siue Acheus Miletum patriam prodiderat Prienensibus, Quo nomine meritò habebatur omnibus exosus, cuius perfidium Lanius quidam Theagenes sic vltus est. Cilicon adiit Theagenem in macello empturus carnes. Lanius dissimulato odio porrigit carnium partẽ, veluti resecturus quod superesset. Cillicon profert dextram ex aduerso retenturus carnes, Theagenes machæra sublata proditoris manum amputauit, ac ne id videretur errore factum, addidit, Ista saltem manu posthac non proditurus es vllam ciuitatem. Applaudebatur lanio, quòd impium pro dignitate tractasset. Hinc adagium, Cillicontis exitium.

43 *Pronuntiatio.*

Celebratur C. Cæsaris dictum, quòd prætextatus adhuc deprompsisse fertur, in quendam modulatius orantem. Si legis, cantas; si cantas, male cantas. Quidam latrant orantes verius, quàm loquuntur. Sunt qui rhetoricam pronuntiationem affectantes, medii sunt inter canentem & loquentem. Meminit huius Qu. Fabius.

44 *Tibicĕ vir improbus.*

Antisthenes quibusdam Ismeniam admirantibus, quòd insignis esset tibicen, Nequâ, inquit hominem esse oportet: nam si bonæ frugis esset, non esset egregius tibicen. Indicabat eos non posse bonos viros euadere, qui tantum opere Dionisiacis artibus impendissent.

45 *Luxus impia parens*

Tiberius Cæsar Attilio Butæ viro prætorio, quum ad inopiam per luxum ac socordiam redactus fateretur, ac deploraret paupertatem suam: Serò, inquit, experrectus es. Dormiunt temulentiæ ac luxui dediti verius, quàm viuunt. Nam vita vigilia est. Refert Seneca in epistolis.

46 *Furet magni.*

Cato seuior dicebat priuatarum rerum fures in compedibus vitam agere, publicarum in auro & purpura conspicuos incedere. Olim simplex furtum non puniebatur capite, sed vincti compedibus præstabant operam. At longe grauius crimen est peculatus quàm furtum. Et tamen qui fiscum Principis, qui rempubl. compilant, magnates fiunt.

47 *Otium inutile.*

Appius Claudius dicere solitus est, populo Romano longe melius committi negotium quàm otium: Sĕtiens multitudinem bellis excitari ad virtutem, in pace defluere ad voluptates ac luxum, ex quibus nascitur rerum publicarum ac regionum exitium.

48 *Facete.*

Galba parasitus obiicientibus, quod in otio viueret. Nemo inquit, cogitur ad reddendam ocij sui rationem: innuens nullos tutius viuere quàm ocioſos. Nam rerum gestarum rationem poscuntur, qui tractant negotiat ab ocio

49 *Bona præcipua.*

sis ea ratio non potest exigi.

Pythagoras tria præcipuè dicebat à diis optanda in hac vita: Bonã valetudinem. formã, ac

ac diuitias, quòd homo cætera sibi præstare posset. Quanquàm illud ὑγιαίνειν non minus ad animi sanitatem, quàm corporis pertinet.

1 *Diuinatio vana.*

Cato senior aiebat se demirari, quòd non rideret aruspex, quoties aspiceret aruspicem: Sentiens totum hoc diuinationum genus imposturam esse, qua populo fiebat fucus. Id quum non fugeret eius artis peritum, mirabatur, quod aruspex aruspicem posset videre absque risu. Solent enim impostores inter se ridere multitudinis stultitiam.

2 *Absurda.*

Demonax Cynicus interrogatus quid sentiret de conflictu duorum, quorum alter inepte proponebat, alter absurdè respondebat; ait sibi videri alterum mulgere hircum, alterum supponere cribrum.

3

Pericles quum vrgeret belli necessitas, Palladis ornamenta vendidit quadraginta talentis auri: & admirantibus ab illo rem sacrilegam admitti, respondit ex hostium manubiis posse illi reddi cultum nihilo deteriorem.

4 *Debere & mentiri.*

Persæ dicere solent esse duo peccata quorum prius sit esse debitorem, alterum mentiri: quòd obærati plerunque mentiuntur, dum pollicentur in diem, nec præstant, quod pollicentur.

5 *Argute.*

Messala vir exactissimi iudicii ac Romanæ linguæ obseruantissimus, quum audisset M. Porcium Latronem declamantem, dixit sua lingua, Disertus est: Desiderans videlicet in eo Latini sermonis elegantiam, quum ingenium esset felix. Sed hunc Latronem Seneca cæteris omnibus anteponit.

6 *Memoria.*

Cassius Seuerus, quum ex senatusconsulto libri illius exurrerĕtur: Nunc, inquit, superest, vt ipse viuus comburar, qui illos edidici.

Quod animo insculptum est, nisi cum vita eripi non potest.

7 Montanus Attilii Butæ carmen recitabat. *Facetè.* Quumque quidam indignaretur, quòd toto die recitasset, negaretque ad illius recitationes accedendum, Nacta Pinarius ait, Nunquid possum liberalius agere? paratus sum illum audire ab exortu solis vsque ad occasum: gaudebat enim is poeta subinde repetere ortus & occasus descriptionem. Notat autem & Horatius eos, qui ornatus gratia vel immodicè, vel non suo loco affectant tales descriptiones:

At flumen Rheni, aut pluuius describitur arcus.

8 Quum à Montano recitarentur versus, quibus exortus solis describebatur, Varus eques Romanus dixit: Incipit Buta dormire, Rursus quum succederet descriptio occasus: Quid dicit, inquit, iam nox est? Ibo & Butam salutabo: eodem scommate taxans, & affectatum carminis decus, & Butæ præposteram vitam. *Vita præpostera*

9 Demetrius dicere solet, nihil sibi videri infelicius eo, cui nihil in vita accidisset aduersi: quòd oporteat talem hominem aut sibi ignotum esse, vt qui nunquàm sui periculum fecerit: aut dijs inuisum, vt quem præterierint, velut ignauum, nec idoneum ad fortunæ conflictum. *Prosperitas perpetua.*

10 Libertinus quidam prædiues aiebat sibi facilem fuisse viam ad diuitias, posteaquàm pœnituerat ipsum bonæ mentis. Sed ac illiberalem vocem Demetrius grauiter castigauit, apud Senecam, per ironiam ostendens commodissimam ad parandam opes viam, si quâ impudentissimè aduletur. *Adulatio.*

11 Crispus Passienus dicebat adulationi non esse

esse claudendum ostium, sed aperiendum, *Adulatio* verùm vt solet amicæ, quæ impulit, grata est, *vtilis.* gratior si effregit. Sensit non probandos eos, qui prorsus non ferunt vllam adulationem, quam vt affectare turpe est, ita ingerentem se non oportet omnino repellere. Prodest enim in hoc, vt homo perspiciat, qualis esse debeat. 6

12 Plancus aiebat, non esse occultò aut dissimulate blandiendum, quòd periret procacia, *Adulatio* si lateat. Fortasse pro procacia, quod erat scri- *tecta.* ptum, legendum est, procatio, vt sit sensus. Adulator vt procus captat gratiam: procus autem si tam tecte ambiat, vt puella non sentiat, perdit operam.

13 Latro Porcius, cuius ingenium supra modum miratur Seneca, fuit in illi cõdiscipulus, *Salsè.* quum Maxillus rhetor exilitatẽ orationis suæ imputaret controuersiæ, diceretque Necesse est me per spinosum locum ambulantem suspensos habere pedes: Non mehercule, inquit, tui pedes spinas, calcant, sed habent. Nam alter ariditatem ingenii imputauit materiæ.

14 Asinius Pollio dicebat in causa verecunda nunquàm tentari debere improbam quæstionem. Notauit rhetores, qui in declamando mouerent quæstiones nihil ad causam facientes. *Coacta.*

15 Oscus rhetor erat non infacundus, sed illud dictionem illius vitiabat, quòd nihil diceret *Affectatio* absque schemate. Cui quum Pacates rhetor Massiliæ manè, siue ad mare occurrisset: Poteram, inquit, dicere aue Osce. Schematum affectatorem salutaui: schemate, quum nusquam minus locus sit schemati, quàm in quotidiana vulgarique salutatione. Per ironiam itaque vsus est occupatione, vt diceret, quod

quod non decebat, quum sine tropo dicere posset aue Osce.

26 *Furta sententiarum.* Seuerus Cassius, qui alienas sententias paucis immutatis vocibus vsurparet pro suis. dicere solet eos esse similes furibus, qui poculis alienis mutarent ansas, ne possent agnosci.

17 *Elementia.* Demonax dicebat nequaquam hominib. irascendum esse, si delinquerent, sed corrigenda vitia. nimirum exemplo medicorum, qui non indignantur ægrotis, sed morbo medentur. Nam hominis est peccare, dei verò aut hominis Deo proximi, emendare peccata.

18 *Oratio modulatior.* Idem Phauorini dictionem vt nimium cõpositam, ac mulieri congruentiorem quàm philosopho, solet dicteriis incessere. Id indignè ferens Phauorinus adiit Cynicum percontans quis esset ille, à quo derideretur: Homo inquit, cuius auribus difficile est imponere Philosophum vt vestis neglectior, ita & oratio decet inaffectata.

19 *Cynicè.* Rogatus à Sophista quopiam, quod viaticum attulisset ad philosophiam, admodum Cynicè respondit, ὀρχεῖς, ideſt, testes: significans se nudum accessisse.

20 *Barbatio facit philosophũ.* Alteri percontanti, quam philosophiæ sectam potissimum amplecteretur: Quis, inquit tibi indicauit me esse philosophum? Moxque vehementer secum ridens abiit Interrogatus quid rideret: An non magnopere ridiculum, inquit si tu me ex barba iudicas philosophũ, ipse barbam non habens?

21 *Salsè.* Adolescenti lasciuius culto, qui quæstionem sophisticam proposuerat, nihil aliud respondit quã πτύειν ὄπται. Vox anceps est ad conficientem quod colligit, & ad obscœnum sensum. Cumque adolescens indignatus respondisset, At ego tibi virum ostendam. Demonax

nax admiranti similis: Quid, inquit, num etiam virum habes?

22 *Toleranter* Athleta quidam ab eo reprehensus quòd victor in Olympiis cultu molli floridoque vteretur, lapidè illi incussit in caput, ita vt sanguis ex vulnere proflueret: Id factum indigne ferẽtes qui aderant, hortati sunt, vt adiret proconsulem: Nequaquam, inquit, ò viri ad proconsulem, sed ad medicum potius. Prius esse debet homini, vt malo accepto medeatur, quàm vt regerat in alterum.

24 *Liberè.* Proteo cuidam obijcienti, quòd morderet omnes, nec tamen Cynicum viueret: Amice, inquit, non viuis hominem.

24 *Frivola.* Physico quodam multa de antipodibus differente, ostensis in puteo umbris, rogauit, num illos antipodas diceret: ridens absurdã quæstionem. Quanquam nunc compertum est, esse veros antipodas.

25 *Luctus.* Herodem sophistã immodicè lugentem Pollucis obitum præmaturum, quum vellet illi currus & æquos velut ascensuro iungere atque etiam cœnam apparare, adijt Demonax: En tibi, inquit, à Polluce literas: exhilarato Herodi & quid vellet Pollux sciscitanti: Incusat, inquit, te, quòd cunctaris ad ipsum venire: significans Pollucem ad ipsum non rediturum, sed rectè parari currum, si vellet, sequi defunctum.

26 *Luctus.* Alium quendam filij mortem inconsolabiliter lugentem, & in tenebris abditum adiit certo promittens se filij vmbram ab inferis reuocaturum, si tres ex hominum numero sibi nominare posset, qui nullius luxissent, obitum. Quumque is cogitationem per omneis notos circumferens, ne vnum quidem reperisset luctus expertem: Quid igitur, inquit,

quit, teipsum diserucias homo, quasi nouum aliquid acciderit?

27 *Obsoleta.* Quum à quodam quæsisset aliquid, atque ille verbis obsoletis ac priscis respondetet. Ego, inquit, amice te nunc percontor, ac tu perinde respondes, quasi regnaret Agamemnon,

28 *Arrogantia.* Ad Agathoclem Peripateticum arroganter iactantem, sese & solum & primum esse dialecticorum: Si solus, inquit, es, qui primus esse potes? si primus, qui solus?

29 *Absurdè.* Quum apud Atheniensis audisset præfationem solenni à sacris submoueri barbaros, rogabat quamobrem id facerent, quum ea sacra tradidisset ipsis Eumolpus, natione Thrax, minimum barbarus.

30 *Facetè.* Quum legatus nauigaturus in Asiam, nauem conscendisset, & à quodam interrogaretur, num metueret, ne naufragio eiectus à piscibus deuoraretur: Quid, inquit, metuam à piscibus qui tot pisces deuorarim?

31 *Nemo sui index.* Quendam infeliciter declamantem admonuit, vt sese diligenter exerceret: quumque is respondisset, Nunquam apud me non declamo: Nil igitur mirum, inquit, si dicis inepte, qui hactenus semper stulto auditore solitus sis vti.

32 *Ambiguæ.* Quum Athenis quidam Romanus senator filium ad Demonactem adduxisset, eleganti forma, vestitu delicato, ac deliciis effeminatum, diceretque, Salutat te ò Demonax filius meus: Pulcher est, inquit, & te dignus, & matri non absimilis. Vtrunque poterat dici in laudem. Nunc patrem notauit ex filij moribus, & matri similem dixit mollem & euiratum deliciis.

33 Senex quidam Romanus bene robusto corpore, qui armatus sese ad palum exercuerat, rogauit

rogauit Demonactem num magna vehementia videretur depugnasse: Nimirum, inquit, aduersus hostem ligneum: innuens illum in vera pugna fore meticulosum. *Pugna ludrica.*

34 *Vestis.* Cuidam qui purpura indutus sese insolentius ostentabat, in aurem dixit, Heus tu, hoc ante te gestabat ouis, & ouis erat: significans illum nihilo minus stupidum esse, si gestaret purpuram.

35 *Fortitudo.* Quum aliquando in balneis refugeret ingredi aquam feruentiorem, & alius illum appellaret meticulosum: Quid inquit, an hoc pro patria passurus essem: Sentiens temeritatis esse non fortitudinis, subire periculum ni ob causam grauem & honestam fiat.

36 *Salsè.* Admeto poetæ insulso iactanti epigramma monostichon, quod testamento mandasset suæ addendum statuæ. Carmen erat: Corpus humo tegitur, Admetus ad astra volauit. Respondit adeò sibi placere carmen, vt magno emptũ cuperet, si iam nunc esset adscriptum: Tecte optans illi mortem, qui vita erat indignus.

37 *Senectus.* Demonacti seni crura intumuerant. id videns quidam, Quid isthuc, inquit, mali est Demonax? Tum ille, Charon, inquit, me monet. Pro cane dixit Charontem, innuens senectutem morti vicinam.

38 Ad Lacædemonium flagris sęuientem in seruum: Desine, inquit, te seruo tuo similem ostendere. Seruus enim est, qui suis cupiditatibus imperare non potest.

39 *Arrogantia.* Cynico cuidam arroganter iactanti pallium, & peram & baculum, ac subinde vociferanti, se Anthistenis, Crateris, ac Diogenis sectatorem esse: Impudenter, inquit, mentiris, quum sis Hyperidæ discipulus. Allusit ad vocem ὑπερηφανίαν, quod est per arrogantiam

gantiam despicere. Est autem & rhetoris nomen Hyperides

40 Proconsul Cynicum quendam, à quo pu- *Mollicies.* blicè fuerat proscissus ob vnguenta ac molliciem, ad supplicium abripi iussit. Hic deprecator aderat Demonax dicens ignoscendum Cynico, si quid dixisset mordacius, id esse sectæ vitium, non hominis. At quum proconsul non negaret veniam, sed si quid simile denuo committeret, rogaret, quas pœnas esset daturus: Profectò, inquit Demonax, tum hominem totum inungi, ac forcipe velli iubebis: plus quã Cynicè momordit, qui Cynicè mordacitatis agebat patronum.

41 Alteri cui imperator ingentem exercitum *Grauiter.* commiserat, sciscitanti, quomodo posset delegatam prouinciam, quàm optimè gerere: Si, inquit, ira vacaris, & quàm minimum loquès plurima audieris. Ira ad omnem functionem inutilis est, & prouerbio quoque princeps iubetur, & æqua & iniqua audire.

42 Rogatus an philosophus etiam placentis ve- *Facetè.* sceretur: Quid, inquit, num putas apes stultis tantum mellificare? Placentæ melle condiebantur, faccari vsu nondum reperto.

43 In Ruffinum claudum multo tempore fa- *Iocosè.* miliarem Peripateticis dixit, nihil esse turpius Peripatetico claudo. Allusit huc, quòd Peripatetici dicuntur ab inambulatione, quæ nõ conuenit claudo.

44 Epicteto Cynico suadenti, vt vxore ducta da- *Monitor.* ret operam liberis, neque enim id indignum esse philosopho: Da mihi, inquit, igitur vnam è filiabus tuis Notans illum ineptè suadere alteri quod ipse non faceret.

45 In Herminum Peripateticum, qui semper *Ambiguè.* in ore habebat decem Aristotelis Categorias, ita

ita lusit: E quidem arbitror Hermine te non indignum decem categoriis. Iocus ex ambiguo vocis. Categoriæ Græcis vel prædicamenta dicuntur vel accusationes.

Bion eos qui auscultarent adulatoribus, di- 46
cebat esse similes amphoris, quæ auribus circumaguntur. *Adulatio.*

Pindarus cuidam commmemoranti, quòd 47
ipsius laudes vbique prædicaret: Ego, inquit, *Laudata*
pro isto officio bonam reponam gratiam, effi- *virtus.*
ciens vt uera prædices. Vera virtus nihil moratur hominum laudes. Eas qui prædicant, plus debent ijs, quos laudant, quàm ipsis debent, qui laudantur.

ALPHON. ARAGONVM REX.

Eques quidam ingens patrimonium per lu- 1
xum ac libidinem absorbuerat, atque insuper *Iustè.*
magnam æris alieni vim contraxerat. Pro hoc intercedentibus quibusdam apud Alphonsum Aragoniæ regem, ne saltem quæ debebat, corpore luere cogeretur, Alphonsus respondit: Si tantam pecuniam vel in sui regis obsequium, vel patriæ commodis, vel sublenandis propinquis impendisset, audirem: Nunc quoniam tãtas opes impendit corpori par est, vt luat corpore.

Commemorantibus quendam ex Hispaniæ 2
regibus dixisse, non decere principes viros scire literas, exclamauit eam vocem bouis esse, *Eruditia.*
non hominis. Non omnes literæ conueniunt principi, sed ex quę politicen tradunt, aut ethicen, quæque rectè ac secus gestorum exempla commonstrant, id quod facit historia.

Hunc quum adissent legati Matricienses, 3
in quorum agris tum agebat Alphonsus, *Caute.*
consulentes vtri iuberet ipsos gratificari, Nicolao ne Picinino, an Francisco Sphortiæ, respon-

respondit ambos pro amicis habendos, sed nihilo secius ab ambobus tanquam ab inimicis cauendum. Id temporis inter Nicolaū & Franciscum simultas intercedebat, ac Rex nondum statuerat vtrum vellet in societatem recipere, cum vtrunque ob dissidium non posset.

4 *Cōiugium tranquillum.*

Idem dicere solet, ita demum matrimonium tranquillè citraque querimonias exigi posse, si maritus surdus fiat, vxor cæca: inuens, opinor, fœmineum genus obnoxium esse zelotypiæ, atque hinc oriri rixas & querimonias: tursum maritis permolestam esse vxorum garrulitatem: qua molestia caritur, si fiat surdus: nec illa vexabitur adulterij suspitione, si careat oculis.

5 *Integrè*

Aiebat si sibi contigisset nasci temporibus, quibus Romana respub. florebat, se constructurum fuisse contra curiam templum Ioui Positorio, in quo prius quàm venirent in senatum patres conscripti, odium, amorem ac priuatos affectus omnes deponerent. Allusit ad priscorum morem, qui Iouem multis cognominibus insigniebant, nunc Statorem, nunc Camelion, nunc Genethlion, nunc Philium, nunc Xenion appellantes. At si tam multa possit Iupiter, illud in primis præstandum erat, vt in synodis, in iudiciis, in senatibus in quibus de republ. consultatur, nihil haberent momenti affectus priuati. Nam hi sunt qui frequenter & ciuitates & regna bellis commiscunt, ac pessundant denique.

6 *Saltatio fœda.*

Quum fortè mulierem quandam impudentius, Mox Sibylla edet oraculum: Sentiens saltantem aspexisset, expectate inquit, saltationem insaniæ genus esse. Sibylla autem vates, non edebat oracula, nisi furore correpta.

correpta. Mihi quoque sæpenumero qui saltationem tumultuosam agitant, visi sunt afflati furore quodam, præsertim fœminæ.

7 *Lenitas*

Admonitus ne nimia lenitas exiret in contemptum, & ex contemptu nasceretur pernicies: Magis, inquit, cauendum, ne seueritas conciliet inuidiam, vnde maius exitij periculum.

8 *Postulator improbus.*

Quum eques quidam ab hostibus captus, & ab iisdē emissus carcere, regem adisset, in solatium calamitatis multa postulauit ab eo, & impetrauit. Quo digresso rex dixit ad familiares: Dispeream, inquit, ni metui, ne vxorē etiam meam deposceret eques meus.

9 *Ocium dulce.*

Familiares illi rusticum quendam velut ignauiæ exemplū ostenderunt, qui porrectus humi vescebatur vuis. Hic rex, vtinam mihi sic per ocium comedere datum esset à superis. Simile quiddam narratur de Ptolemæo rege. quum antea se iactaret reperisse immortalitatem, tandem podagra discruciat⁹, cōspiciebat Ægyptios aliquot plebeios sic temere apud flumen discumbentes: Vtinam, inquit, saltem ex istis vnus essem.

10 *Profusio fundo caret.*

Equiti subinde aliquid à rege flagitas, sed mox quod acceperat profudenti: Si pergam, inquit, ubi dare quæ petis citius me paupertem effecero, quam te dimittem: nam qui tibi donat, nihil aliud, quam aquam infert pertuso dolio.

11 *Ciuium caritas.*

Interrogatus quos è ciuibus haberet charissimos, Qui magis inquit, pro me metuunt quàm me. Sentit illos esse ex animo amicos, qui principem magis amant, quàm timent.

12 *Ambitio principum*

Aiebat olim inter Iouem, Neptunum & Plutonem omnium rerum partitionem trifariam esse factam, & horum vnumquēque sua

sua sorte contentum esse, nec occupare aliena: at inter homines, neminem sua portione contentum esse, nec vllam partitionem esse stabilem, sed omnes πλεονεκτεῖν

13 *Eruditio.* Per contantibus vtri rei plus debere se fateretur, libris an armis: Ex libris, inquit, & arma & armorum iura didici: hac voce profitens se libris deberi omnia.

14 *Clemẽter.* Magnopere laudare solet dictum nescio cuius, hostibus fugientibus pontem argenteum extruendum esse: siue quòd existimaret multo optabilius esse, hostes in fugã vertere, quam occidere: siue quòd putaret hostes pecunia solicitandos, vt ab acie discederent.

15 *Facetè.* Dicebat sibi videri eos maximè insanire qui vxorem fugitiuam perquirerent: Significans magnę felicitatis esse ab improba muliere liberari.

16 *Grauiter.* Improbo cuidam ac vecordi, iactanti repetisse se virum sapientem, Et qui geri potuit, inquit, vt sapientem dignosceret stultus?

17 *Regum cura.* Cum cœnanti senex quidam importunus & garrulus hoc fine obstreperet, exclamasse fertur & dixisse Asinorum conditionem esse potiorem quàm regum. Nam illis dum pascuntur dominos parcere regibus neminem.

18 *Fortiter.* Demetrius graui calamitate affectus, dixit referente Seneca: Hoc vnum dij immortales queri possum quòd non antehac mihi voluntatem vestram notam fecistis, Prior enim ad ista veniissem ad quę nunc vocatus adsũ, Maluissem offerre, quam tradere.

FINIS.

INDEX PERSONARVM.

A

Acheus 693
Actius pieta 524
Adrianus Cæsar 460
Adrianus Sophista 645
Ælianus Sophista 679
Ægyptij 345
Æschines 182.635
Æschylus 525
Afer orator 487
Africanus censor 512
Acasicles 6
Agat archus pictor 548
Agaocles 555
Agesilaus 7
Agesilaus Ephorus 43
Agesipolis Cleombroti 36
Agesipolis Pausan. 37
Agesistrata 149
Agis primus 37
Agis secundus 41
Agis vltimus 41
Alcamenes Telecori filius 43
Alcander 86
Alcibiades 379.680
Alexander Magnus 258 520 651 686
Alexander Seuerus 368
Alexander sophista 644
Alexis 523
Alexinus sophista 552
Alfonsus rex Arrag. 703
Amasis Aegypti rex 521
Anacharsis Scytha 582
Anaxagoras Clazomenius 587
Anaxandridas Leontis 44
Anaxarchus 542.& 610
Anaxarchus Abderites philosophus 526
Anaxilas 45
Anaximenes 520
Androclidas Lacon 46
Anma 653
Annibal 400
Annicerus 690
Antagoras poeta 277
Antacidas 46
Antianira 688
Antigenides 525

Antigonus rex Macedonũ 273.661.679.
Antigonus secundus 361
Antiochus 48.367
Antiochus Ephorus 48
Antiochus tertius 363
Antiochus quartus 363
Antiochus sopu ista 644
Antipater 647.667
Antoninus Geta 468
Antoninus Heliogab. 468
Antoninus Pius 463
M Antonius 436
Antisthenes 572.644
Antoninus Caracallus 467
Antonij familiaris quidam 529
Appius 497
Appius Claudius 694
Appius maior 530
Apelles 112.347
Aratus 550
Arcadion adulator 540
Arcesilaes 128.546
Asclepiades 668
Archelaus 50.356
Archidamidas 50
Archidamus Zeuxidami 51
Archidamus alter 52
Archileonis 142
Architas Tarentinus 655
Argeus 48
Aristarchus Theodecta pater 657
Aristides Iustus 236
Aristippus 183
Arist. Chius. 49. 661.554.
Aristophontes 681
Aristoteles Stagirites 605
Artoxerxes 342
Artoxerxes alter 343
Asinius Pollio 697
Asbyeratidas 55
Atheas Scytha 347
Athenienſis quidam 491
Athenodorus 281
Atilius 654
Atilius Regulus 498
Auſidius Modeſtus 655
Auguſtus 279.484
Auli Fulusius 500
Aurelius 476

B

Bias Lacedam. 55
Bias Priena 572
Bibulus 503
Bion Boriſthenites 600
Bithys paraſitus 543
Bonoſus 477
Bos 652
Braſidas 55
M. Brutus 440
Brutus iunior 481
Buris 123

C

Cæcilius Met. 430
Caſellius 478
C. Caligula 687
C. Craſſus 480
C. Domitius 408
C. Fabritius 396.511
C. Figulus 499
C. Fimbria ibid.
C. Furius Creſinus 503
C. [illegible] 509
C. [illegible] 293.693
C. [illegible] 478
C. [illegible] 515
C. Marius 431
C. Memmius 514
C. Plautius 496
C. Popilius 432
C. Publicius 512
C. Severus 503
C. Sulpicius 503
C. Valerius 501
Callicratidas 68
Callipedes 26
Calliſtion 556
Caluinus Glaucia 486
Canna 561
Canus tibicen 657
Carneades 128.603
Caſsius 438
Caſsius Seuer⁹ 99.484.698
Catilina 489
Cato ſenior. 411.502.694.696
Cato Vticenſis 421
Catulus 485
Catulus Luctatius 432
Cephalus 681
Ceſelius 500
Charias 384
Charillus ſiue Charilaus 59.107
Chiro Lacon 150
Chiowat a Ortiagõtis vxor 561
Chiroſophus Dionyſii adulator. 540
Chryſippus 486.626
Cineſias 546
Claudius Cæſar 685
Cleanthes Aſſius 622
Clearchus 71
Cleombrotus Pauſaniæ ibidem.
Cleomenes Anaxandrida 71
Cleomenes alter 76
Cleon 527
Cliſiphus Athenien. adul. 493
Cn. Piſo 672
Cn. Lentulus. 673
Commodus Ælius Verus 45
Conſtantinus Chlorus 666
Collatinus 496
Corydus paraſitus 543
Cornelia Graccborum 562
Cornificius 692
Cotys thraciæ rex 277
Crantor Solenſis 588
Chrates Thebanus 610
Criſpus Paſſienus 697
Cteſibius 650
Cuculus 563
Curius 535
Curtius eques Rom. 290
Cyllicon 693
Cyniſca 23
Cyperiorum mulieres 561
Cyrus maior 451.676
Cyrus iunior 342.688

D

Damindas 57
Damis 57
Damatria 143
Damonidas 56
Darius 339.520
Demaratus 58
Demetrius 696
Demetrius Antigoni filius 126
Demetrius Cynicus 683
Demetrius Pharius 550
Demetrius Phal. 609 386
Demochares 691
Democritus Mileſius 629
Demonax Cyni. 692 695 698
Demonides 127
Demoſthenes orator 332 670
Demonſthen. Mitylaneus 654
Dercillidas 57
Diocletianus 476
Diogenes 198.661 663.669 683
Dion 356
Dionyſiodorus tibicen 651
Dionyſius ſoph. 349 640
Dionyſius iunior 354
Diphilus 675
Dolabellæ ſeruus 528
Domitianus 459
Domitius Afer 436
Duellius 651

E

Merepes Ephorus 60
Empedocles 483.628
Epænetus 60
Epaminondas 387
Epicharmus 350
Epicurus Athenienſis 650
Ereocles 120
Euboidas 60
Euclides 554
Eudamidas Archidami 61
Eudemonicus 267
Eumenes 363
Euryeratidas Anaxandrida 63
Euripides 523.650

F

Fabius 516
Fabius Max. 398
C. Fabritius 396
Fabritius 505
Fauorinus 637
Fauorinus philoſophus 479
Fauſtus Sylla filius 480
Firmus imperator 477
Flauius Veſpaſianus 665
Frontinus 656

G

Alba orator 488
Galba 694
Galienus 474
Gallus 512
Gelo Syracuſanus 347
Gera-

Gerapas Spartanus 91
Glaucias 510
Gnathæna meretrix 555 680
Gorgo 142
Gorgo Leonida uxor 88
Gorgias Leontinus ſophiſta 338.553 642.689 691
Granius prætor 501
Gyrtias 143

H

Anno 502
Hegeſippus Crobelus 384
Helius Mancia 674
Heraclides ſophiſta 647
Heraclitus Eph 628 682
Herennius Pontius 40
Hermogenes 645
Herodes ſophiſta 642
Herondas 64
Hieron 348
Hipparchia Metroclis ſoror 615
Hippocratidas 68
Hippodamus 67
Rippodromus ſophi. 648
Hippamachus Alipt. 517
Horatius 496
Hortenſius orator 505

I

Aſon Theſſalus 527
Idathyrſus Scytharum rex 346
Ion ſophiſta 637
Iphicrates 380
Intaphernis uxor 562
Iſchomachus minus 538 638
Iſæus 658.691
Iſmenias 658.691
Iſocrates 621 673.692
Iulius Druſus 509
Iulius Maximus 660
Iulia Auguſti 293
Iulianus 666
Iulius Baſſus 478.484

L

Aberius 529
Laborus 76
Lacedæmonij 6 127
Lacedæmoniæ priſca inſtituta 128
Laconum ἀτώνυμα apophthch. 109
Lacanarum apophth. 142
Lacydes Arceſilai familiaru 127
Lacydes 609
Lais Corinthia 557
Lamachus 382
Lamia meretrix 560
Lampis 657
Laphyropolæ 12
Lariſſæi 22
Leo Byzantius 525.636
Leon Euricratidis 78
Leonidas Anaxand. ibid.
Leonides 238

Leontion 557
Leontychidas primus 77
Leptines 690
Leontychidas alter 77
Lesbonax Mitylen. 684
Libo 510
Licinius Varas 487
P. Licinius 408
Livius Salinator 512
Lochadas Polyenidæ 82
Longus Sulpitius 48
L. Cæcilius 529
L. Crassus 506
L. Galba scurra 488
L. Philippus 506
L. Porcius 507
Lucretia 496
Lucullus 433
Lycurgus 82.670
Lycurgus orator 519
Lysander 94.526
Lysimachus 237

M

Macander 75
Mancia 513
Mantius Curius 596.484
Manlius 499
Manlius Torquatus. ibid.
M Antonius 436
M Attilius 498
M Bibulus 503
M Brutus 441
M Castritius 500
M. Crassius 438
M. Cice. M. Tullij pater 519
M. Cincius 515
M Drusus 499
M Lepidus 515
M. Livius 505
C Marius 451
M. Pomponius Marcellus 649
M. Scipio Maluginen. 485
M Seruilius 510
M Tullius Cicero 518
Marius tyranus 653
Martia Cato. filia minor 653
Martius Coriolanus 497
Maximinus 473
Medius parasitus 689
Megabates 31
Megabizes 522
Melanthius 692
Melanthus 526
Melanthus parasitus. 540
Memnon dux 345
Menander 524
Menecrates medicus 27
Menedemus 553
Menedemus Eretrien. 591
Messalla 695
Metrocles 614
Melo Crotoniates. 552.687
Monianus 696
Myronides 377
Myson 587

N

Namertes 98
Nicalces 550

Ne-

Nero quidam 486
Nero imperator 528
Nerua Cocceius 459.665
Nestor 492
Nicander 98
Nicetes 638
Nicesias 543
Nicomeretrix 556
Nicostratus dux 387

O

Octauius Cæsar Augustus 297
Olympias Alexandri mater 561.681
Onomademus Chius 519
Orbilius grämaticus. 489
Orontes 345
Orsines satrapæ 689
Oscus rhetor 697
Otho Syluius 454.664

P

Pacuuius 688
Padaretus 102
Pantaleon 546
Panthoidas 99
Passienus Paulus 655
Papinianus 659
Papyrius Cursor 496
Paryssatis Cyri mater. 345
Paulus Æmilius 408
Pausanias Cappadox 647
Pausanias Cleombroti 99
Pausanias alter 101
Pausimachus 545
Pauson pictor 658
Pelapidas 395
Pericles 377.695
Pesa 695
Perseus 552
Pescennius Niger 466
Philager 645
Philemon 479.
Philippus Macedo. 247. 550.556.560
Philippus orator. 478 485
Philippides poeta 552
Philiscus 648
Philoxenus 113. 524 543.692
Philoxenus Pternocopis 543
Philotimus 553
Phœnicides 539
Phocion Athen. 313.634
Phocionis uxor 561
Phryne 558.677
Phurnius 693
Pisistratus 385
Pittacus Mitylenæus. 571
Pindarus 703
Piso 515
Plancus 528.697
Plinius maior 655
Plato 593 677
Plistharchus Leonidæ. 103
Plistonax Pausaniæ. ibid.
Platinus philosophus 678
Palemon 640
Polycletus statuarius 550
Pollio 290.568.681
Poltys rex 345
Polycratidas 109

Po-

Polydorus Alcamenis 104
Pompeius 516
Pompeius Magnus 306
C. Popilius 433
Poppea 560
Porcia minor 652
Porcius Latro 697
Porsina 495
Porus rex 265
Praxaspes 542
Probus 477
Proclus 647
Prodicus 553
Prometheus 652
Protagoras Abderita 637
Protogenes 548
Psammenitus Ægyptiorũ rex 496
Ptolemæus Lagi filius 358
Publius 480
P. Bessius 485
P. Clodius 481
P. Licinius 408
P. Rutilius 676
P. Natione Syrus 480
Pylades histrio Aug. 530
Pyrrho Eliensis 632
Pyrrhus rex 364
Pythagoras 627.666 678.695
Pythias 385.412
Pythius 688
Pytho rhetor Byzãtius 525

Q

Q. Catulus 664
T. Quintus 407
Q. Fabius 408
Q. Fabius Minutius 505
Q. Flauius 501
Q. Opimius 503
Q. Secundi Publij filius 512
Quirinus sophista 648

R

Remnius Palemõ 650
Romulus 495
Rutilius 504

S

Salvius Iulianus 660
Saturninus 475
Scaurus 514
Scæuola 512
Scilurus Scytha 347
Scipio Æmilianus 676
Scipio maior 311 403.663
Scipio minor 424.485
Scipio Nasica 507
Scopas Thessalus 549
Scopelianus 639.671
Secundus sophista 641
Seleucus 657
Semiramis regina 341
Seneca 529
Serbidius Scæuola 659
Sergius Galba 664.675
Seruilius Geminus 307. 480
Sertorius 433
Seuerꝰ imperator 465.542

Sextus Nero 448
Sextus Titius 510
Silenus senex 509
Silus 514
Sigismundus rex 557
Simon Athenien. 591
Simonides 519.524 683
Socrates 158.553.662. 685 687
Socbidas 106
Solon Salaminius 569
Sophocles 678
Spartacus 516
Spartis 123
Spharus 626
Spurina aruspex 516
Spurius Caruilius 474
Stilpon Megaren. 592
Strato Physicus 633
Strato 633
Stratonicus citharœd. 531
Stratocles Athenien. 527
Sylla 434.491
Synorix Galata 562

T

Tacitus 477
Tarentini milit. 478
Tarquinius Superbus 495
Testamenes 66
Telecrus 106
Teleuitia 146
Teres 346
Tescha Dionysii soror 354
Testius Penarius 511
Teutonum orator 691
Thais 556
Thacus rex 92
Thales Milesius 566.673
Thasij 17
Theano 149
Thearidas 64
Themistcas vates 64
Themistocles 368.696
Theocritus Chius 539
Theodorus 668
Theodosius iunior 665
Theonis meretrix 558
Theodorus atheos 526.637
Theodotus 485
Theopompus 64
Theophrastus 560
Theophrastus Eresius 608
Theramenes 527
Tericion 67
Thrasea 655
Thrasibulus 514
Thucydides Athen. 520
Tiberius Cæsar. 444 694
Tiberius Gracchus 503
Timon Athenie. 381.552
Timon Nicæus 633
Timotheus dux 384
Tissaphernes 11
Titius quidam 529
Titus Labienus 504
Titus pater 511
Titus Quintius 407
Titus Vespasianus 665
Trachalus 485
Traianus 459.663.664
Turbo Adriani præf. 552
Turonius 292
Tynnicus 119

Valentinianus 666
Valeria 653
Valerius Publicola 504
Vargula 484
Varro pauli collega 505
Vatinius 323.486
Vectius Valens. 479
Vespasianus pater 455
Vespasianus filius 459
Vespa Terentius 529
Veturia 498
Vibius Crispus 673
Virginius 656
Volumnius 501
Vopiscus 476
Votacillus Pitholaus 481

Xanthippe 667
Xenanetus 383
Xenocrates Chalcedonen. 597
Xenophanes Lagi 358
Xenophon 643
Xerxes. 341.661

Zeno Citieus 636
Zeno Eleatis 631
Zenobia 475
Zenophantus 273
Zeuxidamus 98
Zeuxius 549
Zoilus 680

INDEX SENTENTIARVM.

A

Ab altero petitum alteri datum 356
Ab ambiguo 531
Ab imitatione psonæ. 513
Ab impossibili 515
Ab inexpectato. 227. 487. 480. 514. 530. 533. 555. 560.
Abstinentia 376
Abstinentia ducis 414
Absurda 695
Absurde 700
Αναπνοα 585
Accurate potius, quam sæpe 668
A carmine Homeri 544
Acerbe 329.335
A crassis minus periculi 301
Acriter 584
Actio totum 336
Acute 681
Adde pusillum pusillo 622
Admonitio ciuilis 617
Admonitio commoda 395
Admonitio facilis 668
Admonitio grata 252
Admonitio libera 257
Admonitio retorta 648
Admonitio sera 418
Ad Speculum 618
Adulans libertas 503 541.693.
Adulanter 542
Adulatio. 233.267.271. 572 575. 613. 651. 687. 696. 703.
Adulatio repulsa 294
Adulatio tecta 697
Adulatio vtilis ibid.
Adulator impius 541
Adulterium 90.225.258. 317.574
Adulterium in regis filio 350
Aduocatæ 152
Æmulatio 604
Ænigmata 566
Æqualitas 78.184.371. 287.323
Æquitas 374
Æstimatio præposterа 209
Affabilitas. 343.460.505.
Affectata oratio 596

Affectatio 560.697
Affectus cohibiti 159
Affectus priuati 369
Agamemnone maior 393
Agere, satagere 486
Agri modus 396
Agricultura militaris 348
Albus asinus 478
Alexander Herculem contempsit 264
Aliena curare 378
Aliena dulciora 328
Aliena à causa 487
Alius alio præstat 533
A mendacio manifesto 488
Amanter 496
Amari sine cõtemptu 155
Amator blandus 559
Ambigue 225.235.451 703
Ambiguus morsus 700
Ambitio 257 299 424 459
Ambitio insatiabilis 270
Ambitio notata 57. 216
Ambitio principum 705
Amicè 28. 501
Amici 424
Amici exploratio 98
Amico fida nihil pretiosius 340
Amicus 265 610
Amicus rara res 607
Amicus consulator 156 445
Amicus deligendus 124
Amicus in aduersis 610
Amicus insignis 577
Amicus verus & sincerus 152.161.166
Amicorum communia 650
Amicorum fides 353
Amicus fidendum 242
Amicitia 317.568.597
Amicitiæ fiducia 517
Amicitia iuncta inimicitiæ 157
Amicitiæ regum 362 570
Amor 417.581
Amor animi 130
Amor castus 176
Amor gloriæ 496
Amor insanus 346
Amor mercedu 519
Amor ob malum 381
Amor patriæ 306
Amor turpis 224
Amor verus 619
Anathemata 232.354
Anima immortalis 180
Animosè 13.21.28.33.72 69. 80. 81. 82. 95. 145. 268. 272. 304. 308. 343. 379. 395. 423. 432. 435 475. 497. 500. 560 587. 597. 609 656.
Animus ægrotus 637
Animus imperterritus 301
Animus incorruptus 316
Animus inexpugnab. 397
Animus metu liber 195
Animus præsens 404
Animus vere regius 266
Animi cult. 169 174 232 568
Animi lux 605.
Animi vera bona 400 552 576
Anomine 535.536.555
Ante mortem nemo beatus 536
Antuerpia 536
Applausus 533
Arta 486
Artè retortum 357
Aquila in nubibus 365
Arcana nulli committenda 568
Ardelio 498
Argutè 9 20 27 36 39. 44. 48. 49 60 65. 71. 74. 79. 91. 92. 99. 106 110 113.117. 122. 125. 147 159. 184. 192. 229. 242. 430. 544. 567 578. 587 626 641 647. 657 695
Argutè infeliciter 590
Argutia multebris 615
Argutia simulæ 212.227
Argutiæ sophisticæ 592
Arma indiga viri 192
Arma nesciunt leges 524
Arma non audiunt leges 432
Armata timiditas 376
Armata virtus 581
Armatæ preces 311
Armati dii 136
Arrogantia 52.700 701.
Arrogantia felix 499
Ars alit vbiq; 450
Ars conuiuij 409
Ars gubernandi 160
Ars imitatrix 536
Ars imbellis 364
Ars inhonesta 219
Ars inutilis 51.58.62.75
Artis exercitatio 548
Arte retortum 528
Artes 266
Artes inutiles. 51.84.199 690
Artes regiæ 441.686
Artes regè indignæ 257
Asini vmbra 669
Assersio simulata 326
Assuescere malis 594
Assuescendũ optimis 493
Assuetudo mitigat 172
Athletæ insani 184
Attentio 619. 624
Auare 457
Auarus 602
Auaritia 224.329
Auaritia deluſa 341
Auaritia in principe 456
Auaritia non pecuniæ tam tumeſt 197
Audacia 73.300

Audacia ex periculo. 302
Audacia periculosa 52
Audaces 670
Augustarum cultus 472
Aurum in templis 469
Aurum index 151
Aurum spretum 165
Auri amor 225
Auri contemptus 505
Auro bene uti 352
Auro nihil inexpug. 250
Auro pugnare 495
Aut uincere, aut mori. 441
Autoritas 282. 375. 379 422. 465
Autoritas persona 514
Auxilia mutua 652

B

BAlneum sordidũ. 535
Bãratus magistratus 592
Barba non facit philosophum 698
Barbæ bello inutiles 260
Barbati medici 354
Barbarice 516
Barbaries 533. 587
Belle retortum 13. 357. 744
Bellum cum graculis 685
Bellum iniustum 278
Belli disciplina 125
Belli incera 154
Belli studium 346
Benedicendi studium 323
Bene facta pro liberis 393
Beneficentia 252
Beneficentia conciliat amicos 665
Beneficentia ultronea 169
Beneficium meritum. 235
Beneficij obliuio 364
Benenolentia virtute paranda 257
Benigne 394. 469. 546
Benignitas 203. 220. 458. 607. 650
Benignitas in hostes 367
Benignit. in quosuis 605
Bibacitas 109. 190
Bibit & fugit 529
Bibulus censor 331
Blandiloquium 65. 225
Bona animi. 198. 460. 552. 576
Bona fortunæ 243
Bona fama 562
Bona præcipua 269. 695
Boni similes diis. 224
Bonis uti, malis abuti. 251
Bonorũ paucitas. 494. 581
Bonum uaclus ne mutes 247
Breuiloquentia 614. 596 639
Breuiloquentia sententiosa 312.
Breuiter 54
Breuis potestas 480

C

CÆca percent. 607
Cæsar innocens 458
Cæsaris affabilitas ibid.
Calceus qua torqueat. 410
Callidè 12. 25. 33. 106. 136. 336. 432. 437. 519. 559
Calumnia 64
Calũnia ex calumnia 605
Calutiũ accersitum 293
Candidè 193. 270
Candor 103
Canicies 109
Canini mores 219
Canis conuitium 114
Canis Diogenes 229
Capere fugiendo 633
Captatio 605
Carpendi morbus 619
Carptores aliena fama. 350
Castè. 274. 319. 349. 672
Castigatio 130
Catonis testimonium 425
Causatio 303
Cautè 704
Cautio 384
Cautio aduersus ea 382
Cautio sui 155
Cautio tuta 552
Celeritas conficiendi 301
Celeritas inepta 547
Censor Bibulus 331
Certamen argentariũ 555
Certamen uere regũ 264
Certare cum rege 537
Chara 468
Chori tres 133
Cibus 641
Cicer pro Cicerone 319
Cithareedus malus 533. 534. 538
Citonata non durant 549
Ciuium charitas 705
Ciuilis ultio 688
Ciuilitas 248
Ciuilitas prudens 386
Ciuiliter 61. 263. 267. 287. 357. 379. 582. 585. 423. 671. 685.
Ciuitas lupanar 535
Clamosi 669
Claudus 146
Claudi falaces 658
Claudicatio honesta 427
Clemens uictor 481
Clementer 22. 36. 59. 25. 277. 280. 282. 286. 295. 342. 406. 441. 349. 465. 470 476. 495. 571. 665
Clementia 460. 580.
Clementia simulata 322
Clodicare 481
Clypeus glaudius 516
Coacta 697
Cœlibatus damnatus 88
Cognatio uirtutis 581
Coitus moderatus 89
Colossi fragmenta 406
Coma 93
Comitas in venatu 342
Comitas in principe 665
Comiter. 107. 169. 195. 342
Comœdia libertas 178
Commiseratio in malis 554
Commoda interp. 263. 283
Commode dicere 595
Communitas 85. 131. 135.

Compilare venire 511
Conceſſis abuti 201
Concordia 537.576 639.
Concordia fratrum 347
Confeſſio per ironiam 488
Coniugium. 573.580. 600.
Coniugij moleſtia 689
Coniugium par 572
Coniuncta vires 371
Conſcientiæ puritas 151
Conſiliarius 490
Conſilium in bellis 136
Conſilium multorum 464
Conſilium optimum 415
Conſilium præcipitatum 315
Conſilium præſens 283
Conſilium prudens 366
Conſilium tutum 407
Conſtanter 10.43 469 665
Conſtantia 667
Conſul ridiculus 421
Conſulatus breuis 374
Conſulatus maieſtas 400
Conſulator non calumniator 332
Contanter dare 230
Contatio 399
Contatio mala 167
Continenter 15 16.44.51
Continentia 263 585. 617.631.
Contumelioſe 486
Conuena 535
Conuiciius improbus 233
Conuictus arguit mores domina 293
Conuitium apertum 313
Conuitium mutuum impetus 484
Conuitium in laudem retortum 319
Conuitiũ retortũ 510 637
Conuitia aniculatum 639
Conuitia contempta 398
Conuitiator vtilis 248
Conuiua vltroneus 556
Conuiuia pudica 440
Corpꝰ hominis vmbra 678
Correctio 602. 621. 626. 658
Correctum in peius 510
Corruptela 472
Corruptela munerum 314 368
Craſſa iudicia 691
Craſſa veritas 492
Crimen retortum 506
Crimen tectum 330
Crudelitas 285 445
Crudeliter 445 446.449 499 665
Culcita obarati 288
Cultus 296
Cultus animi 134 169. 232
Cultus Auguſtarum 472
Cultus diuorum 633
Cum dis 538
Cura militis 374
Cura præpoſtera 202
Curare friuola 418

Curatio morbo grauior 431
Curioſitas 164 462. 493. 598. 610
Cynice 590 698

D

DE arte iudicet artifex 256. 547
Debere & mentiri 695
Decorum 103. 530. 533
Decorũ perſonæ 173. 503
Decorum vbiq; 211
Dediſcere 576
Dediſcere mala ibidem
Deformis ingenioſus 489
Deformitas exprobrata 321
Degenerare 593
Degeneratio 53 141. 664
Degeneres 387
Delicatus reus 486
Delicia 90. 179 218 225 233 341 378.
Delicia emolliunt 337
Delicæ indignæ principe 269
Delicæ verſæ i amarorem 452
Delicia ſpreta 229
Deliciarum contemptus 309
Depranatio nominis 537
Depranatum 485
Deſperatio 311
Deſtitutus vndiq; 42
Deus imitandus 158
Deus omni ſcius 367
Deus inſepultus 681
Dei arcana conſilia 423
Deo debetur gratia 526
Dextre 478
Dexteritas Cæſaris 418
Dij armati 136
Dij miſeri 546
Dij, vis & Suaſio 372
Dialectica 626.661
Dicacitas moleſta 311
Diffidentia 380 509
Dignitas 473
Dignitas induſtria parta 355
Dignitas vileſcit in plures diffuſa 296
Diligentia moroſa 534
Diſcendi auiditas 621
Diſciplina ciuilis 19
Diſciplina militaris 664. 409
Diſciplina puerorum 131
Diſſimulanter 104 487
Diſſimulatio 230. 488
Dives indoctus 662 686
Diuinatio 154 516 559 631.700
Diuinatio futurorum 310
Diuinatio vana 695
Diuitiæ 523. 571. 601
Diuitiæ immodicæ 438
Diuitiarum contemptus 692
Diuitiarum vſus 188
Diuorum cultus 633
Docilitas 574 577 600

Doctrina sine moribus. 237
Doctrina quib. parcitur. 605
Dolor dissimulatus 220
Dolus dolum vincit 401
Domini præsentia 492
Dos regnum 464
Duabus sedere sellis 324
Dure 467
Dux bonus 101. 383
Dux egregius 384. 396
Dux aliorũ seruator. 395
Dux omnia facit 429
Dux & idem miles 308
Dux usu rerũ callidus. 409
Ducis peritia 384
Duces præcipua victoria spes 393
Ducum prudentia 650

E

EBrietas 571
Ebrietas loquax 448
Ebrietati condonatur. 352
Educatio 82. 214
Educatio frugalis 204
E fastu iudicium 161
E linea iudicare 548
Eloquentia popularis 332
Eloquentia vitrix 383
Eloquentia victor non causa 329
Eloquentia certamen. 520
Eloquentiæ vis 365
Empta 539
Error correctus 230
Error iuuentis ibid.
Error meritis condon. 399
Eruditio 606. 708. 706
Eruditio studio venalis 615
Eruditio vtilis 186. 188. 190. 242
Eurota 54
Ex absurdo 488
Exaggeratio 671
Ex aliis exẽplũ. 584. 595
Ex ambiguo 488 529. 540. 545. 557
Exactio moderata 445
Exceptio iocosa 490
Excusatio 488
Excusatum in peius 486
Exempla insignia 208
Exempla sapientum 591
Exemplum duris 269. 269
Exemplũ reciprocum 682
Ex eodem ore frigidum, & calidum 329
Exercitatio 91. 596
Exercitatio moderata 179
Exercitatio pro condimento 128
Exercitatio prædæ apt. 402
Exitium excusatum 362
Exilium optabile 534
Exilium vtile & felix 221 370
Ex inuersione 543
Ex ysde uerbis retortũ 515
Ex linea iudicare 547
Ex mutata littera 537
Exordium ab ætate 326
Experientia 61
Exprobratio facta 290
Ex temporalis allio 669
Extra causam 374

Extorta liberalitas 292
Extorta venia 286
Exul in patriam pius 334 368
Ex uerbus alter exceptis 312
Ex uocum affinitate 534

F

FAbula populi 380
Facere præstantius, quam dicere 491 612
Facetum 290
Faceta exprobratio 354
Facetas rapacitas
Facete 19. 21. 23. 27. 199. 222. 231. 236. 277. 398. 425. 532. 612. 627. 632. 609. 646. 652. 657. 680. 684. 696. 700. 702. 706.
Facetum iudicium 250
Factum 114
Facta dictis potiora 497
Factio vitata 422
Factiões et sodalitatis 373
Fama qũo paranda 160
Fames cõdimẽtũ 344. 358
Fame vincere 305
Famulitium superfluũ. 666
Fastus 577
Fatuis omnia licent 344
Fauor arte captatus. 340
Fauor regũ tẽporarius 345
Felicitas 434
Felicitas intractabilis 596
Felicitas timidos facit 278
Felicitas vera 568. 575
Feliciter 23
Ferocia 595
Festina lente 295
Festinatio 167
Festinum 214
Festiua negatio 294
Festine 456
Festiuiter 273
Festum semp sapienti 244
Fidenter 21
Fides erga patriam. 516
Fides in milite 455
Fides amici 277
Fides in deditum 264
Fides in duce 313
Fides in hostem 397
Fides in hostium legatis seruata 502
Fides vxoria 441
Fiducia 259. 342. 368
Fiducia artis 523. 525
Fiducia ætatis & orbitatis 500
Fiducia euentus 268 403. 408
Fiducia fallax 312
Fiducia meritorũ 392. 405
Fiducia senectutis 509
Fiducia sui. 299. 391. 397
Fidus amicus 340
Filij deorum qui 261
Filius improbus 416
Filius patri similis 436
Filius solatiũ mortis 465
Finis uitæ spectandus 392
Fissus lien 603
Fœmina masculâ 88
Fœminarum osori 210

Fœmineus sexus ad omnia docilis 175
Forma 578. 601. 606. 620
Fortiter 18. 27. 31. 41. 53. 54. 56. 76. 80. 82. 92. 102. 111. 115. 119. 120. 123. 143. 145. 149. 318. 425. 499. 504. 521. 527. 587. 598. 631. 649. 668. 676
Fortitudo 701
Fortitudo intempestiua 259
Fortitudo vera 419
Fortuna 527. 529. 609
Fortuna aduersa prudentes facit 319
Fortuna inuidia 247
Fortuna vicissitudo 360
Forum 586
Frater marito potior 562
Fratrum humanitas 263
Frenum receptum 405
Friuola 659
Friuolæ quæstiones 612
Frugalitas 159. 165. 168. 170. 174. 219. 229. 260. 296. 576. 677. 387. 396. 409. 474. 477. 553.
Frugalitas regia 358
Frugaliter 60. 87. 118
Fucus 614
Fucus vtilis 351
Fuco non credendum 254
Fucata 558
Fuga excusata 361
Fugienda quæ in vita 283
Fugiendo capere 633
Fumi venditor 472
Funeris cura 171
Furacitas 228
Furandi ars 132
Furax 510
Furax magistratus 511
Fures magni 692
Furta sententiarum 698

G

Garruli 348
Garrulitas 357. 592. 619. 621.
Gaudium temporarium 326
Generose 6. 41. 55. 57. 62. 113. 115. 118. 148. 406. 410. 574.
Genus 574
Genus pudendum 608
Gladiatorum immanitas 692
Gesticulatio 684
Gestus 641
Gloria 389. 426
Gloria ducis 671
Gloria ex benefactis 629
Gloria potior pecunia 390
Gloriæ amor 301. 496. 678
Gloriæ stimulus 277. 378
Gloriæ studium 368
Gloria tecta 201. 215
Gloria vita carior 263
Gloriose 94
Græcorum mores 510

Gratitudo 156. 253. 582
Gratitudo principis 291
Graue damnari à probis 403
Grauiter 6. 7. 16. 17. 19. 24. 26. 28. 42. 43. 46. 79. 81. 107. 112. 145. 289. 337. 400. 406. 467. 567. 520. 576. 588. 603. 619. 628. 629. 662. 702.

H

Hæredipeta 514
Harmonia vita 632
Helepolu 359
Hercul. m contempsit Alexander 264
Hic est ille 208
Hilaritas in conuiuio 622
Hilaritas in festiu 194
Hilaritas in morte 176
Hilaritas in re tristi 176
Homerus 648
Homeri laus 686
Homericorum carminum comparatio 271
Homo 632. 655
Homo animal stultiss. 201
Homo rarus inuentu 215
Homines non homines 214
Homines pecudum similes 206
Honesti labores 462
Honor detractus 638
Honor potior merce 498
Honor pretio prior 504
Honos alit virtutem 418
Honos artis habitus 358. 425. 550
Honos eruditioni debitus 677
Honos negatus 305
Honos non semper iisdem 413
Honos promeritus iuuat 367
Honos virtutis 410
Hostis aut pe dendus, aut di mirendus 502
Hostis populi 447
Hostis puaendus 430
Humane 464
Humanitas eicurat optime 400
Humanitas fratrum 363
Humanitas plus valet quamuis 348
Humaniter 15. 25. 38. 49. 69. 82. 84
Humaniter & grate 404
Hydropicus 480
Hypocrisis 261. 218

I

Iactantia elusa 400
Iactura felix 615
Ignaui non expectandi 377
Ignauia 406
Ignota loqui 203
Illo mala 534
Imitatio 499. 579. 645
Imitatio mala 530
Immortalitas 575. 594. 601

Imparpriuilegiatui 441
Imperare difficile 476
Imperator castus 423
Imperiose 267
Imperium breue 475
Imperium humanum. 680
Imperium in liberos 377
Imperium nescit pietatis ura 305
Imperitia 608
Impie 447.468.473.637 701.
Impietas 238
Impietas felix 354
Impigre 19
Improbe 43
Improba cura 431
Improbitas 499.645
Impudentia 446
Impudicitia 508
Impunitas 412
Impunitas mala 411
Incessus decorus 321
Incorrupte 29
Incorruptus animus 316
Indecora 576 591
In deterius omnia 563
Indocilis 602
Indoctus 610
Indoles 664
Indoles agilis 258
Indoles erecta 163
Indoles excelsa 267.298 306
Indoles in puero mira 438
Indoles maleficia 445
Industria 137.623.641 642 658 660.
Industria lucrosa 501
Industria 75.473.466
Inexpectata 366
Infamia non deletur 348
Ingeniose 520.602.693
Ingenia erecta 610
Ingenium 681
Ingenium variam 328
Ingenuè 270 440.475 583
Ingratitudo 290.310. 370 487
Ingratitudo tolerata 249
Inhumaniter 382
Inimici vtiles 519
Initiari non est satis 213
Initum bellum 513
Initijs obstandum 628
In nobis est, vt bene audiamus 248
Innocentia 597
Innocentia ikibata 681
Innocentia tuta 602
In pusillum 322
Insaniæ genera 209
Insania nota 620
In sinè 339 Insolèter. 277
Insolentia 153
Institutio 365.379.517. 673
Institutio liberorum 682
Institutio recta 188
Integrè 43.45.62.75. 390.466.704
Integritas 289.374. 520.615
Integritas damnata 375
Integritas militis 526
Intempestiua 383
Intendendum honesti studium. 208
Interpretatio cõmoda. 260 283.322
In terrestri prælio apparet virtus 437
Intrepidè 22
Inuidia 480.603
Inuidia eleuat 438
Inuidia fortunæ 247
Inuidia in alium deriuata 352
Inuidia notata 39.575
Inuidia ob benefacta 416
Inuidia quomodo vitetur 413
Iocare 284 480.656
Iocus ab absurdo 484
Iocus ab ambiguo 242. 245.321 484
Iocus ab inexpectato 228
Iocus ab ironia 487
Iocus crudelis 454
Iocus è fabula 510
Iocus ex addito 331
Iocus ex deprauatione.445
Iocus ex Homero 456
Iocus ex nomine 329. 480.485.507.543. 627.
Iocus ex similitudine vocis 325
Iocus ex spẽ corporis 511
Iocus ex vocabulis 249
Iocus in luscum 279
Iocus in morbo 249
Iocus in morbum proprium 641
Iocus in morte 244.458
Iocus in mortuum 453
Iocus in principem retortus. 289
Iocus insanus 447
Iocus intempestiuus 507 508.640
Iocus obliquus 325
Iocus salubris 593
Iocus submorosus 513
Iouis filius 562
Ira 701. Ira brevis. 692
Ira impotens 501
Ira sapientis 631
Ira remedium 281
Iræ subducẽda occasio. 346
Iracundia 645
Irrisio 330.485.507
Irrisio contempta 232
Irrisio detorta 515
Iudex attentus 254
Iudex incorruptus 269
Iudex non accusat 426
Iudex seuerus 255
Iudicare de arte alie. 548
Iudicium incorruptũ. 648
Iugulare mortues 593
Iuuenũ est dialectica. 627
Iustè 8.11.27.28.36.39. 42.45.50.69.79.81. 342.363.369.421.511. 581.676.
Iustitia 412
Iustitia dirimit fines. 308

L

Labor 623
Lacrimæ fera 401
Lamina meretrix 360
Lamia regia ibid.
Largitio 495
Larvas infectari 679
Latinus Græce 415
Laus ab hominibus 96
Laus alaudato 651. 575
Laus conciliat amicos 553
Laus immodica 237
Laude incorruptus 583
Laudes depravatæ 336
Laudando vituperare 534
Lautitia 191
Lectio mortua 221
Lectio utilis 610
Lectionis utilitas 655
Leges 70.187.570
Legum autorit. 101 155. 571
Legum multitudo 599
Legum observatio 628
Lenitas 173 239 257 275 292 297.373.658
Lenitas mira 296
Lenitas prava 244 418. 438
Lenitas principis 291
Lenitas regia 358
Leniter 357 421 444 456.484
Lenocinium virtutis 177
Lepide 40 48 56 76.78. 80. 100. 111. 133. 169. 172. 183. 194. 196. 218 280 284. 285. 288. 356. 456 459. 461 474. 478. 508. 529 590. 647
Lepide negare 284
Liberalitas 259. 265. 266 601
Liberalitas extorta 294
Liberalitas nimia 201
Liberalitas regia 275 350
Libera monitio 518 519
Libere 17 41 110 114 120 191 198 217 223 233. 300 395 425. 429. 436. 444. 446. 450. 454. 463 468. 473. 484 496 518. 519 544 572 593. 641 620 63 6180 631 640 658. 664. 656. 670. 672 674. 676 689
Liberi degeneres 196
Liberi mali 197
Liberi pro similib 502
Libertas 18 184. 199. 231 234. 242 243 291. 395 592 633
Libertas adulat. 503. 541
Libertas exitiab 474. 546
Libertas immodica 630
Libertas in dicendo 95
Libertas innocentia 291
Libertas intempestiva 604
Libertas magno emp. 385
Libertas noxia 659
Libertas oppressa 325
Libertas stulta 349
Libertas vera 197
Librorum multitudo 603
Licentia 111 124
Licentia principis 449.367
Lingua 608
Lingua lubrica 622
Lingua præceps 151
Literarum amor 270
Literarum interpre. 513
Locus nō contaminat 237
Locus eligendus urbi 522
Locum ornat homo 189
Loquacitas notata 38. 40 44.73 76.107 111.122. 139.331.540.559 602. 617
Loquacites inconuiuio 152
Lucernam olet 332
Lucrum damnosum 568
Lucrum ex damno 588
Lucrum turpe 152
Lucri auiditas 494
Luctus 644. 653. 696. 699
Luctus immodicus 643
Ludibrium sacrilegio additum 354
Ludimagistri 380
Lurco 413
Lusus in morte 462
Luxus 170 224 227. 412. 524.528 534.540.
Luxus animi 605
Luxus damnatus 428
Luxus inopiæ parens 694
Luxus seditionis parens 682

M

Macedonia 535
Magnanimiter 29. 24.606
Magnifica promissa, sed inania 315
Magniloquētia irrisa 464
Magno ēpta voluptas 335
Magno paranda 364
Magnus non fortu 384
Magnus stultus 538
Maiestas nominis 298
Mala vera 213
Males inuisere in carcere iucundum 314
Malorum fons 552
Male præcinctus 322
Maledici 110
Maledicus contēptus 248
Maledicus male audit 510
Maledicus prodest 172
Maledico cedendum 185
Maledicentia 77 345 356.418.644.680.
Maledicere regi non tutum 344
Maleolus 478
Matrimonium 168 573
Matrimonium vitandum 228
Matris lacryma 270
Matronæ ornamenta 560
Medicus malus 235
Medicus optimus quis 102
Medici barbati 354

Medicorum turba 460
Medicina contempta 102
Melior dextra 326
Memoria 179. 371. 690
Mendacium 60
Mendacium elusum. 328
Mendacium in contractibus 584
Mendacium urbanum 251
Mendicus à mendico. 537
Mendicitas 223
Mendicitas occulta 240
Mercedis amor 519
Metus malis diuturnitatis custos 247
Miles bonus 412
Miles dicto audiens. 404
Miles ditatus 392
Miles dines 383
Miles durus 347
Miles ociosus 477
Miles innoxius 470
Miles sine gladio 480
Militu officium 317
Milites prompti 432
Militum cura 469. 471
Militariter 435
Militaria 439
Militaris ferocia 401
Militia laboriosa 391
Militia misera 250
Mina 391
Minæ inutiles 152. 493
Minæ in principem 459
Minæ potentium 300
Minaciter 680
Miseria multiloquia. 390
Moderate. 6. 10. 20. 25. 15. 28. 35. 45. 59. 63. 68. 77. 79. 86. 96. 107. 122. 150 153. 164. 171. 194. 215. 310. 365. 430. 455. 466. 503. 565. 599. 634.
Moderatio. 577. 603. 621. 624
Moderatio pœna 263
Modestè 23. 27. 34. 46. 66. 108. 272. 274. 297. 303. 356. 444. 465. 474. 531. 552. 573. 594. 598. 644. 648. 667. 671.
Modestia 607
Modus 179. 188
Modus in honoribus 416
Mollities 219. 228. 599. 702
Molesti 534
Molestè loqui 649
Molliores 616
Monarchia 260
Monitor 702
Monopolia fœda 450
Mora noxia 301
Morbus exprobratus 339
Morbus vitalis 274
Mores in publico 154
Mores peregrini. 135. 138
Mores præposteri. 525. 585
Mores pro philtris 582
Morosa diligentia 547

Mores

Mors an mala 241
More contempta 66. 68. 70. 80
Mors destinata. 442. 454
Mors empta 318
Mors & somnus 180
Mors facilis 601
Mors generosa 394
Mors in bello 387
Mors ineuitabilis 171
Mors liberat à cruciatu 245
Mors non defienda 171
Mors peregrinatio 465
Mors principis 463
Mors quatenus contemnenda 151
Mors sancta 177
Mors spontanea 438
Mors senilis 697
Mortis contemptus. 57. 395
Mortu locus 588
Mortis memoria 493
Mortu metus 186
Mortis solatium 317
Mortui non mordent 485
Mortuis parcendum 153
Morsus ambiguus 700
Morsus rectus 393
Mos præposterus 585
Mulier Cynica 615
Mulier erudita 616
Mulierum ornatus 614
Multiscius 629
Mundus matrona 560
Munera 545
Munera contempta 169
Munera regum 239
Munerũ corruptela 314. 368
Munus inutile 165
Muns in tpe datum 344
Musicæ regum 542
Musicas abigere 485
Musica contempta 581
Musica digna duce 271
Musicæ genus 133
Musica virilis ibid.

N

NAtura varia 465
Naturæ bonæ 671
Nauigatio 584
Necessitate delatus honor 408
Negatio festiua 294
Neglectus iniuriarũ. 229
Nemo sine vitio 612
Neronis extremæ voces 453
Neutra pars placet 327
Nihil agere 654
Nihil de vitello 493
Nihil gratis 397
Nihil parati 322
Nihil scire 320
Nihil medium 371
Nobilitas in talis 642
Nobilitas vera 326. 383 580
Nobilitas virtute parta 318
Nomen habet momentum 383
Nominis immortalitas 575

Nomi-

Nominis maiestas 298
Nominis deprauatio 531
Nomēclator obliuiosus 288
Non omnia vulgo proferenda 513. 590
Non semp pugnandū 274
Nota insania 620
Noua sententia 417
Nox apta cōtēplationi 677
Noxia tollenda 377
Nudus non metuit 550
Nugax subtilitas 661
Nulla proportio 323
Nulli fidendum 662
Nuntius fidelis 552
Nuptiæ dotis causa 533
Nuptiæ intempestiuæ 350
Nux pinea 481

O

Obesitas 231. 678
Obesus 418
Obesus miles 387
Obiurgatio 245
Obliuiosus nomēclator 288
Obscuritas 369
Obsequium humile 490
Obsolita 700
Obsoletorū affectatio 479
Obtrectatio 618
Occasio neglecta 369
Otiū 108 155 298. 394 422 551. 580. 596.
Otium dulce 705
Otium honestum 167
Otium inutile 508 694
Otium liberale 140
Otium molestum 480
Otium rege indignum 351
Otium sapientis 403
Otium turpe 163. 308
Oculus domini 361
Odium furum 472
Odium pertinax 403
Officium bene collocandum 661
Omen 541
Omen commode interpretatum 349
Omen exitiū 452. 454
Omne solum forti patria 236
Omnia expertus 466
Optima decernenda 315
Optima neglegimus 230
Optima primum 198
Optimi ejiciuntur 373
Opus immortalitate dignum 546
Oraculum 268
Oracula à nobis pēdēt 388
Oratio affectata 596
Oratio aliena 276
Oratio grauis 617
Oratio modulatior. 602. 698
Oratio speculū animi 175
Orationis vis 609
Oratores 200
Ornatus mulierum 614
Ossa fœminarum 226
Ostentatio inanis 67
Ostentum commode interpretatum 389 434
Ostētorū interpretatio 437

Fla-

P

Palato sapere 417
Parpari 215. 346. 353 616
Parricidium exprobratum 451
Parsimonia 137. 261. 543
Parsimonia sordida 492
Parta tueri maximū 281
Paruo contentus 611. 612
Pater iudex 447
Pater pro filio punitus 108. 413.
Patienter 164. 169. 420. 586 683
Patientia 317. 178. 568
Patria dulcis 440
Patria perniciosa 563
Patria vita carior 309
Patria caritas 410. 491
Patria desiderium 933
Patria neglectus 613
Patria studium 105
Patronus malus 490. 501.
Pauci boni 202. 617
Pauci pro omnibus 333
Paucitas bonorū 494. 581
Pauc. loquium 506
Pauciloquus 618
Paupertas 246
Paupertas expedita 92
Paupertas Tragica 211
Pax bello parta 393
Pax bello potior 522
Pax domestica 52
Peculatū dissimulatus 448
Pecunia contempta 142. 178 395. 428. 598.
Pecunia pestifera res 140
Pecunia qualis 170
Peregrinatio inutilis ibid.
Perfidiosè 94
Periculum prauisum 479
Periculū vitare satius 380
Persona respectus 388
Persuasio pro vi 621
Perseuerantia 668
Pertinacia vincit 401
Petax 542
Phasilita 536
Philosophia 206. 610
Philosophia ars 550
Philosophia i aduersis 355
Philosophia medicina animorum 186
Philosophia naturam mutat 177
Philosophia necessaria 185
Philosophia præstantior oratoria 187 602.
Philosophia regi necessaria 258
Philosophia regina 195
Philosophia rusticana 129
Philosophiæ fructus 165. 184
Philosophia simulatio 237
Philosophiæ studium 192
Philosophus 230
Philosophus aulicus ibid.
Philosophus dives 196
Philosophus homo 230
Philosophus meretrici similis

milu 555
Philosophus miles 197
Philosophus mundi spectator 627
Philosophus nullius eget 197.611
Philosophus oratore præstantior 189
Philosophus paucu eget 211
Philosophia vita 211
Philosophos bonos habitus 359
Physiognomen 625
Pie 30.479
Pie in patrem 106
Pie in patriam 32
Pietas 347.389 498
Pietas in fratrem 383
Pietas in matrem 509
Pietas in parētes 520 569
Pietas in patrem 418
Pietas in patriam 123. 149. 361. 525. 526. 569
Pietas in præceptorū. 268
Pietas in temp. 664
Pietas mira in filium. 360
Pingere fingere 481
Piscator ictus 682
Placere bonu 362
Plebs arte tractata 518
Podagra 326
Pœna ridicula 475
Pœnitentia 417
Poesis fallacia bona 642
Poetica fictio 524
Pollicitatio 578
Pompa inepta 200
Populi iudicia 524.550 685
Populus qualis 415
Populus nocentissima bestia 334
Postulator improbus 705
Potentia innoxia 377
Potentia inuidiosa 516
Potestas abdicata 391
Potestas breuis 481
Potestas empta 305
Potestas moderata 412
Potestas spreta 507
Potiora fectanda 583
Potiri dulce 568
Preces abiecta 195
Pretium expugnat 558
Præco rerum 266
Præcones poeta 368
Præconum turba 538
Prædæ cōemptus. 261. 372
Præfectus vigilans 215
Prælongi 506
Præpostera 641
Præpostera studia 202
Præscientia 461
Præstantia 402
Præter spem 676
Prima coitio 497
Princeps 459
Princeps aditu facilis. 283
Princeps auriga 451
Princeps charus 646
Princeps indulgens 460
Princeps legum observator 282
Princeps nulli molestus 462
Princeps in virtute præcellit 338
Princeps scenicus 450
Principu delectus 462
Principis est ornare ditionem 282
Principum amicitia 570
Principum institutio. 604
Principatus amor 300
Principatus solicita res 494
Probrum commune 383
Procliuitas ad deteriora 599
Prodesse pluribus 160
Prodigiosa 637
Proditio 693
Proditio grata 280
Proditio turpis 37
Profectus 655
Profusio 220. 133. 240. 258. 419 447. 468. 481. 601. 607. 614. 621. 662 573.
Profusio fundo caret 705
Proles debetur patria 522
Prolis amor 422
Promissa magnifica, sed inania. 315
Pronunciatio 649. 694
Prouisio necessaria 190
Prouidentia 387. 406. 423 436. 569. 581. 468. 522.603.
Prudentia senilis 682
Publica utilitas 58
Pudica vxor 561
Pudice 68.148.343 363. 378.638.653.
Pudicitia 652 653
Pudicitia coniugum 48. 349.496.652
Pudicitia matronalis 561
Pudor 228.411
Pudor liberalis 653
Pudor inutilis 208. 210. 442. 613
Pudor præposterus 88
Pueri reuerentia 598
Pueritia dura 139
Pugna ludicra 701
Punire in alijs quod ipsi cōmittimus 161
Pura sacra 237
Pusilla curare cum periculo 417

Q

Quando bellandum. 406
Quæ in vita fugienda 203
Quæ nos admonent mortalitatis 269
Quæstiones friuola 642
Quid optandum à Deo 353
Qui malus, vbique malus 245
Quod supereſt, sacris impēdendum 313

R

Rapacitas 447. 449. 456
Rapacitas faceta 354
Ratio 200
Ratio reddita populo 380
Reconciliatio 195. 435 554.
Recriminatio 525
Reditus e bello 414
Reditus in gratiam 338
Regaliter 265
Regem regia decent 255
Reges non admittendi 365
Reges raro verum audiũt 367
Regibus honesta tantum licent 275
Regum amicitia 362
Regum cura 706. 657
Regum est audire oēs 257
Regum humanitas 251
Regum natiuitas 537
Regnandi dulcedo 350
Regni stabilitas 273. 472
Regnum seruitus 679
Regnum virtute ambiendum 253
Relaxandus animus 521
Relictu gaudendum 192
Religiosè 10. 34
Reipub prima cura 473
Rempub. fuge 334
Res verbis contraria 537
Res verbis efficacior 355
Resupini 483
Retortum 313. 319. 478. 489 506.
Retortum dictum 413. 591.
Retortum miro 306
Retortum falsè 319
Retortus iocus 495
Rex cogitabundus 530
Rex equum fricans 347
Rex insensus democratis 416
Rex segnis 427
Rhetores serui 679
Ridicula præferuntur salutaribus 202
Ridicule 112. 402. 489. 511. 611 655.
Ridiculis assuescere 413
Ridiculum 214. 231 232. 248.
Risus interimens 479
Robur corporis 473
Rumores 673
Rustice 144

S

Sacra pura 239
Sacrilegium 226
Salsè 8. 30. 38 44. 46. 99. 108 112. 119. 121. 164 179. 215. 218. 223. 230. 240. 284 288. 304. 319. 321 328. 407. 416. 451 453. 467 487. 490. 512. 515. 572. 574. 593. 601. 605. 620 626. 629. 638. 641. 647. 650. 657. 661. 663. 680. 698. 701.
Salubritas iuncta fœcunditati. 398
Saltatio muta 683
Saltatio fœda 704
Sanctè 477
Sanctitas non ficta 374
Sapiens 580
Sapiens diues 210
Sapiens sub stulti persona 365
Sapientes inuisi tyrannis 353
Sapienter 15. 16. 29. 28. 44. 57. 66. 81 100. 105. 108. 131. 568.
Sclerosis uti 435
Schema male affectatum 325
Scomma 303
Scomma contemptum 384
Scomma ex ambigue 331
Scorta 244
Scortum 234
Scortum imperiosum 236
Scortator 239
Scytha ἄμυσος 347
Secreta regum 524
Secundis moderate gaudendum 389
Securitas 603
Securitas philosophica. 612
Sedition 613
Senectus 224. 413. 600. 602. 701.
Senectus animosa 304
Senectus audax 568
Senectus honoranda 153
Senectus honorata 122
Senectus sana 679
Senectus iuuenilis 156
Senectus vegeta 625. 687
Senectus virilis 553
Senectutis alimonia 682
Senectus neglecti 424
Senex bellator 439
Senex ædificator ibi.
Senilis prudentia 602
Sensus communis 168
Sepultura 205. 226 244
Sepultura viui 452
Sera monitio 214
Sermo breuis & efficax 332
Sermo incompositus 645
Sermo index animi 204
Sero 223. 235
Serui veri 207
Serui principum elati 461
Seruus domino melior 162
Seruus prudentior hero 209
Seruo prudenti obtemperandum 205
Seruorum cura 438
Seruorum turba 149
Seruitus grata 347
Seruitus vitiorum 240
Seruire tempori 269

Seruire voluptatibus 160
Serus apparatus 261
Seuere 22.52.97.110. 115. 117. 142. 143. 146. 275. 409. 419. 466. 471. 497. 499.
Seuere & pudice 432
Seuerus in seipsum 411
Seueritas 138.413 500.274.
Seueritas in vxorem 503
Seueritas patris 500
Seueritas verbis temperata 345
Sexus 582
Sibi quisque testis 412
Silentium 128 152.261. 609.624 651.
Silentium ducis 430
Silentium in bello 273
Silentium opportunum. 58.
Silentij fides 526
Silere in tempore 50
Simpliciter 9.40
Simultas à rogo deponenda 430
Simultas magistratum. 374
Sitis 432
Sitim præuenire 531
Sobrietas 77.495. 518.
Sobrietas in eduliis 162
Sobrius princeps 388
Soloriens 307
Solerter 7.13.30. 35.28. 52. 292. 348. 385. 576. 579. 636.
Solitudo 579.587. 625.632.
Somnus excusatus 256
Somniorum obseruatio. 632.
Sordes 226
Sordes ambitiosa 683.687
Sordes gloriosa 171
Sordide 457
Spectator conuiuij 545
Spes 677
Spes boni futuri 547
Spes fallax 419
Spes in clypeo 429
Spes pertinax 689
Sphinx domi 321
Splendide 434
Spontanea grata 334
Spontanei labores 162
Stantem mori 458
Statuarum gloria 412
Stratagema 92.93
Studiose 670
Studium 579.629.616
Studium immodicum. 654.
Studium sapientia 190
Stultiloquium 103
Stupidi 519
Stupor animi 222
Sua cuique patria chara. 346.
Sua cuique sors displicet 180.

Sua quisque virtute commendetur 361
Suasio pro deo 172
Sumptus inutiles 570. 624
Sumptus præpostere 611
Supercilioſi 609
Superstitio 216. 221.700.
Superstitio funerum 134
Superstitio irrisa 420. 433
Superstitio nulla 78. 101
Superuacua 542
Superuacua officia 468
Surdus delatori 445
Συμπάθεια 571

T

Taciturnitas 421 598.621.
Tædium gloriæ 311
Tarditas 672
Temeritas 398.410
Temperantia 523
Temperate 15.18 573
Tempestiue 672
Templa vacua 538
Temporis parsimonia 609. 620.630 655.
Temulentia 237 594.
Temulentia castigat 351
Tenebris assuescere 129
Ter homines 219
Tertia deducta 327
Testimonium inimici 528
Tibicen vir improbus 694
Timiditas armata. 370.
Timiditas laudata. 358.
Toleranter 699
Tolerantia 136.580. 601
Tranquillitas 502. 589. 600 613.
Trophæum ridiculum. 391
Turba inutilis 342
Turba sine duce 517
Turcæ aut superandi, aut non prouocandi 314
Turmales 486
Turpe vbique turpe 243
Turpiloquium 238
Tutum consilium 407
Tyranni species 563
Tyrannus 303
Tyrannidis osor 430
Tyrannidem mitigat liberalitas 352
Tyrannica vox 447
Tyrannicæ 468
Τυφλὸς ὁ πλοῦτος. 85

V

Vafre 54. 94
Valli fiducia 429
Vanitas 605
Varia lectio 187
Vehementia in dicendo. 639.
Venia extorta 256

Venia lacessito 455
Venus 627
Venus moderata 185
Venus parabilis 611
Venter & lingua 363
Venter omnia deuorat. 225.
Venus operis 684
Venter surdus 411
Ventris cura prima 690
Ventra studium 541
Vera bona animi 198
Vere pulchra 582
Veritas 251
Veritas odiosa 197
Verba affectata 276
Verborum ampulla 541
Versus detortus 327
Versutia 446
Vesci in publico 232
Vesci quouis loco 239
Vestis 701
Vetula amata 558
Vetula concubinus 545
Vetulus dux 440
Vicary graues 469
Vicinus bonus 370
Vicissitudo rerum 150
Victor benignus 339
Victor ferox 436
Victor & Victus 400
Victoria dulcis 498
Victoria incruenta 571
Victoria magne emp. 365.
Victoria speciosa 53. 326.
Victoria uti 361 401.
Victoria moderatio 93
Vigilantia 391
Vincere sine cæde 429
Vindicta ciuilis 207
Vindicta optima 425
Vindicta odium 317
Vindicta neglectus 375
Vinum vetus 323
Vini parcus vsus 583
Vini patiens 477
Vinolentia 585
Violente 95
Virgo mulier 326
Vir magistratum ornat. 394.
Vir pecunia potior 369
Vini fortis fiducia 264
Virtus in actione 580
Virtus infelix 505
Virtus laudata tantum 207. 703
Virtus legibus non eget. 580.
Virtus principis 406
Virtus per se honesta. 582.
Virtus præstanda, non profitenda 660
Virtus præmium est ibidem.
Virtus quærenda 168
Virtus succedit 364
Virtus tuta 582
Virtutis cognatio ibi.
Virtutis præmia. 96. 150

Vis, Deus 372
Vis pro iure 305
Vires forma præstant 612
Vita a verbis dissentiens 625
Vita anxia 304
Vita fugax 633
Vita inanis 663
Vita misera 229
Vita præposterа 696
Vita pura 510
Vita sine literis mors 238
Vini docendi, non laudandi 460
Vltio 513
Vltio ciuilis 445
Vltio Deorum 441
Vltra malleum 534
Vltronea beneficentia 189
Vmbra 545
Vnguenta 90. 240
Vnguentum olere 455
Vnus eximius 460. 566
Vocalitas 331
Voluptas 216. 234. 553. 608
Voluptas doloris comes 176
Voluptas emollit domitos 403
Voluptas ex virtute 160
Voluptas magno empta 335
Voluptas temporaria 528
Voracitas 545
Vota 136
Vota morientis 461
Vota qualia 158
Vota stulta 216
Vox in bello 414
Vox tyrannica 664
Vrbane 15. 34. 41. 61. 71. 73. 255.
Vrbanitas 274
Vsque ad aras 377
Vsus lenit molestiam 221
Vsus rectus 652
Vtcunque vincere 397
Vtilitas 425
Vtilitas ex hoste 581
Vtilitas ex inimicis 633
Vulgi iudicia 577. 585
Vulgi nihil sanum 312
Vulgo nihil placet 238
Vxor casta 353. 562
Vxor eligenda 89
Vxor humilis 153
Vxor molesta 489. 688
Vxor quare ferenda 172
Vxoris reuerentia 463
Vxorum imperium 411

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca